





PRAXEOS MEDICAE

VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

PARTIS PRIMAE

EDITIO ALTERA DENVO ELABORATA.

VOLVMINIS PRIMI SECTIO SECVNDA,


CONTINENS

DOCTRINAM FEBRIVM CONTINVARVM, MORBORVM CVTIS IN GENERE, ILLAMQVE PETICVLARVM, MILIARIVM, BVLLARVM, VRTICARIAE, ERYSIPELATIS, FVRVNCVLI, ANTHRACIS ET CARBVNCVLI.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIƆIƆCCCXXVI.



CONSPECTUS

RERUM PARTIS I. VOLUM. I. SECTION. 1 et 2. PERTRACTATARUM.

Vol. I. Sect. 1.

CONSPECTUS HISTORIAE ET LITERATURAE PRAXEOS MEDICAE.

INTRODUCTIO AD STUDIUM CLINICUM.

Eri-

DE FEBRIBUS.

Cap. I.

De febribus in genere. p. 205—218.

Cap. II.

De febribus intermittentibus. p. 219—388.

Pro-

Vol. I. Sect. 2.
DE FEBRIBUS CONTINUIS.

Cap. I.
De febre inflammatoria. p. 3—3.

Cap. II.

De febre rheumatica. p. 21—50.

Cap. III.

De febribus catarrhalibus. p. 50—90.

Di-

Cap. IV.

De febribus gastricis. p. 90—167.

Di-

Cap. V.

De febribus nervosis. p. 168—252.

DE MORBIS CUTIS.

CAP. VI.

De morbis cutis in genere. p. 255—335.

Pru-

Cap. VII.

De peticulis. p. 335—360.

Cap. VIII.

Cap. IX.

Caus-


CAP. XII.

De furunculo. p. 479 — 489.

CAP. XIII.

De anthrace et carbunculo. p. 490 — 512.

DE
FEBRIBUS CONTINUIS.



Caput I.

De febre inflammatoria.

§. I.

Definitio. Literatura.

1. Febris continua, parum plerumque remittens, primum frigore sat intenso, dein calore magno (attactui tamen amoeno), rubore cutis universae (inprimis faciei), oculorum splendore, vibratione arteriarum, pulsuque (nisi oppresso) pleno, duro et constante, atque proclivitate ad phlogoses et haemorrhagias, insignita, *inflammatoria* dicitur [1]). Definitio.

1) *Synon.* Synochus imputris (Galeni); synochus simplex (Hoffmanni); febris continens (Stahlii); febris continua non putrida (Boerhaavii); synocha (Sauvagesii et Cullenii); febris inflammatoria (Stollii); febris continens non putrida (Sellei); febris continua inflammatoria (J. P. Frankii); Pyrexia (Brunonis); febris angeiotenica (Pinelii); febris irritativa (Hufelandii); enecia cauma (Masoni Good); pyrexia erethistica, neurico-sanguinea (Harlessii), febris vasorum. Italic. *Febbre inflammatoria.* Gall. *Fièvre inflammatoire.* Germ. *Entzündungs-Fieber.* Suec. *Brand-Feber.* Dan. *Betaendelses feber.* Angl. *Inflammatory fever.* Belgic. *Ontsteekings-Koorts.* Hisp. *Calentura inflammatoria.*

Literatura. 2. De febre inflammatoria in specie scripserunt HENCKEL [2]), FORST [3]), DERCUM [4]), KALTSCHMIED [5]), NEUBERT [6]), LUDOLF [7]), ITTNER [8]), HARRER [9]), FORDYCE [10]), MÜLLER [11]), REIL [12]), AYGALERG [13]), WUCKE [14]), GAUDICHAU - DELESTRE [15]), MÜLLER [16]), TONNET [17]) aliique [18]).

§. II.

2) Diss. de febrib. inflammatoriis. Erfurt. 1747.

3) Diss. de febrib. inflammator. in genere. Argent. 1747.

4) Diss. de febrib. inflammator. in genere. Herbip. 1748.

5) Diss. de inflammationibus febre acuta stipatis, sive de febrib. inflammat. in genere. Jen. 1750.

6) *Kennzeichen und Ursachen hitziger Entzündungsfieber. Königsb.* 1753.

7) Diss. de febrib. inflammat. Erf. 1755.

8) Diss. de febrib. inflammat. Mogunt. 1762.

9) Diss. de febrib. inflammat. earumque phaenomenis. Mannheim. 1769.

10) *New inquiry into the causes, symptoms and cure of putrid and inflammatory fevers. Lond.* 1773.

11) Diss. de febribus inflammat. Erf. 1777.

12) Diss. de febre inflammat. simplici. Hal. 1794.

13) *Dissertation sur la fièvre angioténique inflammatoire. Paris* 1800.

14) Diss. de febre inflammat. Würceb. 1805.

15) *Essai sur la fièvre inflammatoire. Paris* 1806.

16) Diss. de febre inflammat. Lips. 1810.

17) *Essai sur la fièvre inflammatoire angioténique. Paris* 1813.

18) FOURNIER et VAIDY in *dictionnaire des sciences médicales. T. XV.* p. 247—257.; J. G. SCHLEGEL *Fieberlehre. Erf.* 1824. p. 78—111.

§. II.

Symptomata. Necroscopia.

1. Febris inflammatoria utplurimum extemplo evolvitur. Alias illam praecedunt sensus torporis, inquietudinis, et caloris interni, noctes insomniis perturbatae, rubor insolitus faciei, capitis gravedo, vertigo, aurium susurrus, sitis, ciborum desiderium modo deletum, modo auctum, dolores artuum et lumborum, atque interdum sanguinis e naribus stillicidium. Symptomata prodroma.

2. Febris ipsa frigore, plerumque sat intenso, haud tamen multum protracto incipit. Succedit calor, magnus quidem, sed attactui amoenus. Corporis volumen augetur. Venae turgent. Cutis, primum arida, dein sudore sive universali, sive partiali, eoque vaporoso cooperitur. Pulsus plenus, durus, interdum oppressus, utplurimum modice frequens semperque constans. Facies ac universum corpus rubent, oculi splendent, lucem aegre ferunt, palpebrae tenduntur, nares, os, lingua et labia siccescunt, magna est sitis, cum potus frigidi desiderio. Urgent pro re nata cephalaea, vigiliae, sopor, et interdum transitoriae convulsiones. Vibrant cor et arteriae tum carotides, tum temporales. Respiratio fit anhelosa, intercurrente tussicula. Urina pauca, ignea, sub mictu uret. Alvus obstructa. Saepe sanguis sponte e naribus, vagina, ano manat, vel in textum cellulosum vasa cutis capillaria ambientem, Symptomata constitutiva.

sub

sub forma macularum lenticularium deponitur. Cruor e vena ope vulnusculi duarum vel trium linearum, ita ductus, ut spatio vigesimae horae partis circiter octo illius unciae vase metallico colligantur, talis, inquam, cruor in placentam (marginibus elevatis introrsum reclinatis instructam), coire, crustam sic dictam phlogisticam [1]) formare, gravitatem specificam majorem [2]) electricitatemque minorem exhibere [3]) solet. Placenta illa mollior est, albumen sanguinis minus ab alcohole et a calore coagulatur, facileque in materiam lacteam et pultaceam commutatur [4]). Interdum

1) Recentissimi de hoc argumento scriptores sunt: J. E. Belhomme *observations faites à l'Hôtel-Dieu sur le sang et la couenne inflammatoire pendant l'an* 1823. (*Revue médicale, mars* 1824) *et* C. Scudamor *an essay on the blood, comprehending the chief circumstances which influence its coagulation, the nature of the buffy coat etc. Lond.* 1824.

2) John Davy in *philosophical transactions of the Royal society of London for the year* 1822.

3) C. F. Bellingeri *sull' elettricità del sangue nelle malattie.* — Magnus iste aevi nostri physiologus et nuper mihi scripsit: „*gli dirò che ho fatte molte nuove sperienze, le quali sempre mi confermano che nelle malattie infiammatorie l'elettricità del sangue è minore di quello che sia nello stato di salute.*"

4) Parmentier et Deyeux *Abhandl. über das Blut* in Reil's *Archiv für Physiologie.* 1. B. 2. *Heft.* p. 5. Cfr. G. Koenig diss. physiologico-pathologica sistens

dum vero sanguinem hîc vidimus vix a normalì diversum. Donec febris inflammatoria cruoris aut spontanea aut artificiali evacuatione non infringatur, remissiones haud conspicuae sunt. Solvitur morbus plerumque post unum alterumve nychthemerum; alias ad septimum protrahitur diem. Crisis fit per indicatas haemorrhagias, praeterea per sudorem, per urinam, largo sedimento puriformi instructam, per alvi profluvium, per somnum, et per metastasin. Morbo neglecto aut male tractato symptomata febris nervosae, phlebitidis, viscerumque phlogoseos, propriis periculis stipata, in conspectum veniunt.

3. *Cadavera* sic defunctorum multifaria exhibent phaenomena. Inter haec proximum cum morbo primario, febre videlicet inflammatoria, nexum habet phlogosis arteriarum et venarum illiusque varii exitus [5]). Necroscopia.

§. III.

C a u s s a e.

1. Praedisponunt ad febres inflammatorias aetas Praedisponentes.

experimenta quaedam circa sanguinis inflammatorii et sani qualitatem diversam instituta. Bonnae 1825.

5) Cfr. Partis secundae, voluminis secundi, sectionis secundae Cap. XIV. §. LVI. Cap. XVIII. §. LXXIV. Et R. I. Bertin *traité des maladies du coeur et des gros vaisseaux, rédigé par* J. Bouillard. *Paris* 1824. *chap. de l'aortite.* G. B. Jemina *cenno sull' aortite toracica acuta* (In *repertorio medico-chirurgico di Torino. No.* 57. *Settembre* 1824).

aetas infantilis, juvenilis et media, senili non excepta[1]); corporis fabrica robusta, ossa nimirum voluminosa, musculi torosi, vasa sanguinea ampla; temperamentum sanguineo-cholericum; sexus masculinus, alias epocha catameniorum, graviditatis, puerperii, lactationis et cessationis menstruorum; venaesectionis habitualis intermissio; evacuationes consuetae, imprimis cruentae, suppressae; sed et illarum excessus, imprimis phlebotomiae crebrae[2]); vitia congenita vel acquisita cordis vasorumque majorum; victus praeter modum succulentus, e regno animali petitus, aromatibus aliisque vegetabilibus aestuosis conditus; potus vini, alcoholis, taphiae, cerevisiae fortis, coffeae; usus protractus pharmacorum calefa-

1) An *medicum* in RICHTERO cognosceres, ubi ait: „*Das Entzündungsfieber befällt nur gesunde, starke und (!) robuste Personen im mittleren Alter von* 20 *bis* 40 *Jahren, sehr selten Kinder (!!) und alte Leute.* (*Specielle Therapie. I. B.* p. 123.)? —

2) Doctrina antiquiorum pathologorum de *plethora ad vasa* (BÜCHNER de crebriore sanguinis missione plethorae genitrice. Halae 1758) hic mirifice cum illa recentiorum de *nimia arteriarum irritabilitate*, ut febrium inflammatoriarum caussa, convenit. (GATTI *del sangue e del salasso considerati sotto nuovi rapporti. Bologna e Torino* 1824). „*Dal salasso*, ait, *la debolezza, e dalla debolezza l'intolleranza; dal contatto poi del nuovo irritante sangue nel circolo la reazione, quindi l'infiammazione dei vasi.*"

lefacientium[3]); regiones montosae[4]); transitus repentinus hiemis siccae in ver; calor[5]) et electricitas[6]) atmosphaerae.

2. Excitantur febres inflammatoriae aquilone et euro, ignotâ annua seu epidemica constitutione, praeposterâ vestium hiemalium depositione, insolatione, balneis calidis, corporis nimio motu, e. c. laboribus duris, cursu, exercitiis gymnasticis et palaestricis, choreis etc.; ebrietate, irâ, vigiliis, contagiis, quibusdam venenis, et violentiis externis. Excitantes.

3. Repetebatur *caussa proxima* febris inflammatoriae: a sanguinis fermentatione[7]); — a mutuo Proxima.

3) E. c. guttularum antihystericarum, aloes etc.

4) Legi meretur de hoc argumento Panzani *Beschreibung der Krankheiten in Istrien. Lübben* 1801.

5) Calorem, non frigus, febribus inflammatoriis favere, observationes ab aliis circa morbos regionum tropicarum et a me circa illos Lithuaniae, collectae, docent. Sub rigidissima hieme, thermometro Reaumuriano per hebdomadem inter gradum vigesimum tertium et vigesimum nonum sub congelationis puncto fluctuante, morbos inflammatorios vix Vilnae conspexi, saltem non crebriores, quam reliquis anni temporibus. Nec, qui hic occurrunt, morbi inflammatorii, tanta vi saeviunt, ac in Austria et Insubria.

6) Hopf diss. sistens rudimenta theoriae de principio febres inflammatorias epidemicas gignente. Tubingae 1794. — Bellinoeri l. c.

7) Chimiatri, Cfr. Conspectus hist. et lit. prax. medicae. § VII. 4.

tuo inter sanguinem et vasorum parietes attritu[8]; — ab illius lentore mucosaque conditione[9]; — a cruore, oxygenio abundante[10]; — a sthenia seu virium vitalium excessu[11]; — a vita arteriosa ad altiorem, quam par est, potentiam evecta[12]; et a statu inflammatorio arteriarum[13]. Haec quidem ultima opinio veritati proxima videtur; verum nec *sanguinis ipsius* constitutio morbosa[14], nobis ignota, excludenda est.

§. IV.

D i a g n o s i s.

Nominis ratio. 1. Ut in morbo, de quo agitur, denominando, hypothesium vix allatarum vestigia, quousque licet, evitaremus; illum nomine usitatissimo, febris continuae *inflammatoriae* compellavimus. Incen-

8) Iatromechanici. §. VIII. 1.

9) Boerhaave ibid. 3.

10) Baumes *fondemens de la science méthodique des maladies.*

11) Brown *elem. med.*

12) Val. ab Hildenbrand op. c. T. II. p. 201.

13) Wedekind et J. P. Frank in Epitom. de cur. hom. morbis. Vol. I. p. 187.

14) Raimann (*Handbuch* §. 74.) statum irritationis systematis vasorum pro probabili febrium inflammatoriarum caussa proxima agnoscens, addit: „*verbunden mit erhöhtem Leben im Blute selbst, mit beschleunigter und vermehrter Bereitung, und grösserer Geneigtheit derselben zur Gerinnung* (*organischen Bildung*)," Cfr. Lappenberg diss. de diathesi sanguinis inflammatoria. Gotting. 1783.

Incendii enim metaphora, cui hujusmodi innititur denominatio, scopo therapeutico optime respondet.

2. Characteres gentilitii febris continuae inflammatoriae in data ejus definitione exarati sunt. Toties ad illos recurrendum erit, quoties de distinctione febris continuae inflammatoriae ab aliis, adhuc describendis, febribus quaeretur. Distinctio ab aliis febribus.

3. Distinctio febris *continuae* inflammatoriae a febre *intermittente* inflammatoria, interdum ardua est. Conveniunt enim inter se hae febres, quod ambae a frigore sat intenso ordiuntur. Differunt, quod febris intermittens inflammatoria, nisi apyrexiam perfectam, saltem remissionem evidentem habet; quod vero febris continua inflammatoria parum remittit. Praeterea haec febris utplurimum sporadice[1]; — illa plerumque epidemice obvenit. Distinctio a febr. interm. inflammat.

4. Inter ipsas vero febres inflammatorias *differentiae* locum obtinent. Febres enim istae modo *per se*, modo *phlogosi*, aut *exanthematibus primariis* stipatae, apparent. Quum hoc ultimo in casu morbus adpellationem aut a parte phlogosi correpta, aut a forma eruptionis cutaneae nanciscatur; nomen *febris continuae inflammatoriae* pro primo illo reservatur. Variae febris cont. inflammat. species.

5. Caeterum prorsus convicti sumus, phlogoses Febr. inflammat.

1) „*Aussi la fièvre angioténique est-elle prèsque toujours sporadique.*" Fournier et Vaidy l. c. p. 251.

cum phlogosi. goses viscerum, quae epitheto *inflammatoriarum* salutari solent, re ipsa nil aliud esse, *quam febres continuas inflammatorias, cum eminente phlogosi partiali.* Pars prae aliis laeditur, dum illa caussis febris inflammatoriae generalibus quoque prae aliis patula est. Praeterea ad eundem effectum etiam praedispositio, sive haereditaria, sive, morborum praegressorum culpa, acquisita, concurrit.

Monitum. 6. Absit vero, ut allatam doctrinam quoque ad phlogoses *originis traumaticae* extendamus. Hic enim morbus e parte inflammata emanat, febrisque plane symptomatica est. Et talis febris, favente constitutione annua et dispositione aegrotorum morbis inflammatoriis, indolem inflammatoriam induere valet. At magna inter eam et febrim inflammatoriam primariam intercedit differentia! Ibi enim febris a phlogosi pendet, hic contra phlogosis a febre regitur.

Febris contin. inflammat. cum exanthematibus. 7. Febres *continuae inflammatoriae cum exanthematibus primariis* (e. c. variolis, morbillis, scarlatina), id proprium habent, quod sua absolute percurrere debent stadia. Quoniam exanthemata haec *post* febrem comparere solent, quaeritur, quomodo ista in primo morbi limine a febre inflammatoria simplici distingui possint? Distinguitur propter absentiam signorum, quae exanthematum primariorum adventum annuntiant [2].

tiant[2]). Dubia vero hoc sub respectu interdum urgere, debitis docebitur locis.

8. Febris continua inflammatoria, quae, ob defectum phlogoseos partialis et exanthematum, *simplex* dicitur, caeterum *complicationes* rheumaticas, catarrhales, gastricas et nervosas, serius indicandas, non respuit. Complicationes.

9. Tam simplex, quam complicata febris continua inflammatoria, frequentissime ut *ephemera* decurrit. Alias etiam septimum attingit diem. In genere quis istiusmodi morborum limites statuere auderet? Fateri nihilominus oportet, a nobis febrim *inflammatoriam chronicam*, de qua mentio injicitur[3]), visam non esse. Cavendum, ne hoc sub respectu *febres hecticae*, et *inflammationes* diuturnae *cordis* et *vasorum majorum* in errorem ducant. Decursus.

10. *Febris hectica* similitudinem, quam ab initio cum febribus intermittentibus habuit[4]), progrediente morbo amittit, ac sub forma febris continuae saevit. Huic quoque febri haud raro symptomata inflammatoria socia sunt. At quum febris hectica phlogoses, in suppurationes conversas, sequatur, et praeter symptomata localia istiusmodi suppurationum, maciem, evacuationes colliquativas et defluvium capillorum socia agnoscat, Distinctio a febre hectica.

2) Cap. VI. §. XXXVI. No. 10.
3) J. P. Frank l. c.
4) Part. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXVIII. No. 2.

scat, facillime illa a febribus inflammatoriis simplicibus distinguitur.

Distinctio a carditide, arteritide et phlebitide.

11. Longe difficilior est harum febrium distinctio a *carditide*, *arteritide* et *phlebitide*. Neque id mirum, quum inter statum irritationis vasorum sanguiferorum in febre inflammatoria, et inter illorum inflammationem, *gradus* dumtaxat differentia locum obtineat. Haec tamen differentia admodum conspicua est; in febre enim inflammatoria simplici, gravis angustia, magna praecordiorum oppressio et deplorabilis pulsuum conditio, carditidi, arteritidi et phlebitidi propriae, desiderantur. Excipi solummodo merentur febres inflammatoriae, quae miliariis stipantur, priusquam nempe hoc exanthema prorumpat, utplurimum symptomata, quae illis inflammationum vasorum sanguiferorum admodum similia sunt, observari solent.

§. V.

P r o g n o s i s.

Boni effectus.

1. *Febris continua inflammatoria* per se periculo vacat. Imo ea sub forma ephemerae, praecipue vernali tempore obveniente, salutaris esse solet. Vidimus saltem homines diu haemorrhoidibus, viscerum abdominalium vitiis, arthritide et labe mercuriali excruciatos, illius ope, pro tempore saltem, incolumes evasisse. Itaque ephemerae inflammatoriae non immerito *depuratoriae* vocan-

vocantur. Quum autem de bonis istis effectibus nonnisi superata jam febre, certitudo habeatur; ab initio morbi prognosis esto cauta.

2. Potest enim febri continuae inflammatoriae simplici inopinate visceris cujusdam nobilis *phlogosis* cum suis sequelis adsociari. Porro *haemorrhagia*, in genere salutaris ac haud raro critica, aut modum excedendo, aut in contextum viscerum irruendo magna interdum portendit pericula. Sunt praeterea aegri, qui conspicuum febris inflammatoriae gradum, quin vires multum decrescant, diu sustinere nequeant. In illis transitus morbi in *febrem nervosam* timendus. Et *miliare exanthema* a febribus continuis inflammatoriis (praecipue certarum regionum et puerperarum) non alienum; praeter omnem exspectationem graves excitare valet angustias. Tandem quo propius illae febres ad pericarditidem, arteritidem et phlebitidem accedunt; eo majora et multifaria urgent pericula. Nisi enim lympha coagulabilis a membrana interna vasorum sanguiferorum exsudata per renes excernatur, atque sub specie sedimenti puriformis albi in urinis compareat; illius in varia corporis humani loca, secundum ignotas leges, depositio exspectari debet. Sic, febre inflammatoria versus finem vergente, brachium dextrum feminae inopinate summo dolore correptum fuisse observavimus. Explorata illico parte dolente, en, sine praevia phlo-

Mali effectus.

phlogosi abscessus jam maturus! In doctrina inflammationis vasorum sanguiferorum palam fit[1]), quot mala chronica, plerumque insanabilia, illo ex morbo, saepe sub forma febris inflammatoriae simplicis, recondito, ortum trahant. Adde pericula, quae e simplici hac febre in aegrum, jam prius vitiis organicis cordis vasorumque majorum contaminatum, incidente, emergunt. Postremo ipsa illa vitia, dum tandem in chronicam phlogosin desinunt speciem febris inflammatoriae, prognosi atra notandam, exhibent.

§. VI.

C u r a.

Fons diaeteticus. 1. Febris continua inflammatoria *simplex* saepe uno *regimine diaetetico* debellatur. En illius cardines. Nisi agatur de puerpera, de aegro sudore irrorato, miliaribus cooperto, deque sene consuetudini adhaerente; vestes, amicula cubicularia, mitrae dormitoriae, idque genus alia, removenda sunt. Decumbat enim aeger, indusio dumtaxat tectus, in lecto amplo, culcitis plumeis et stragulis laneis destituto. Adstantes sunto pauci, animus et mens tranquilli, conclave spatiosum. Temperaturam illius inter caloris gradum duodecimum et decimum quartum thermometri Reaumuriani optamus. Aeger parvis iisque repetitiis

1) Part. II. Vol. II. Sect. II. Cap. VII. §. XXIII. 2. Cap. XIV. §. LVI. 1. Cap. XVIII. §. LXXIV. 4.

titis haustibus multum aquae fontanae vel simplicis vel syrupo citri (limonada), aceti, berberum, ribesiorum, mororum, vaccinii oxycoci, vel oxymelle ad gratum usque saporem nuptae, bibat. Potus liquorum fermentatorum omnis generis, ciocolata, thea, coffea, sacra sunto. Ita carnes eorumque juscula licet tenuia. Nil enim hic impedit, quominus aeger per unum alterumve nychthemerum absque cibis maneat. Caeterum, fame urgente, praesertim apud pueros, oryza, hordeum, avena, in aqua decocta, cum parva butyri et salis copia, concedi possent. Ita appropinquante convalescentia fructus horaei vel recentes, dummodo maturi, vel cocti unoque saccharo conditi.

2. *Venaesectio* tunc solum indicatur, dum aegrotus est valde robustus et plethoricus; dum morbus ab omissione vel suppressione evacuationis sanguinis habitualis excitatus fuit; dum natura ipsa haemorrhagiam spontaneam largiorem incassum molitur; et maxime, dum cerebrum, spinalis medulla, trachea, pulmones, cor, vasa sanguifera atque viscera abdominis et pelvis phlogoseos periculum incurrunt. Hoc ultimo in casu *venaesectio revulsiva* (juxta praecepta in tractatibus specialibus inflammationum tradenda) indicatur. Alias parum interest, qualis pro sanguine emittendo seligatur locus. Utplurimum brachium sinistrum phlebotomiae inservit. Homini adulto cruoris ab unciis novem usque ad libram detrahimus; Venaesectio.

himus; infanti tot circiter drachmas, quot illi uncias[1]). Necessitas, venam repetitis vicibus secandi, raro in hoc morbo occurrit. Fracto enim illius impetu, quod reliquum est, naturae tutissime committitur. Venaesectionem eousque repetere, donec omnis febris exstincta fuerit, idem est, ac illius crisin impedire, et aegros graviores in morbos, aut saltem in diuturnam convalescentiam conjicere[2]).

3. Mor-

1) Sanguinis emissi pondus adcuratissime determinandum esset, rite monente J. Fr. Glasser (*Blutwage und Blutgeschirr. Hildburghausen* 1758. et: „*Sendschreiben den* 21. *May* 1764. *im* 281. *Stück des Arztes*").

2) De venaesectionis abusu legantur: J. Pores de nimis licentiosa ac liberaliore intempestivaque sanguinis missione, qua plerique hodie abutuntur. Lion. 1566. — Castelli de abusu phlebotomiae. Romae 1628. — J. Fuchs compendium abusuum auctoritate Galeni et Hippocratis damnatorum. Monachii 1629. — De la Couvée frequentis phlebotomiae usus et cautio in abusum. Paris. 1647. — P. Barra *abus de l'antimoine et de la saignée. Lion* 1664. — Abrah. a Gehma *Grausame med. Mordmittel. Bremen* 1688. — Dodart non ergo phlebotomia magnorum morborum omnium princeps et universale remedium. Paris. 1691. — C. Hornlacher *höchstschädliche Wirkung d. Aderlassens und Purgirens. Ulm* 1691. — R. J. Camerarius diss. de abusu venaesectionum. Tubing. 1715. — Fr. Hoffmann diss. de venaesectionis abusu. 1730. Opp. T. VI. — Heister diss. de venaesectionis abusu apud Gallos. Helmst. 1750. — Boyer *de l'abus*

3. Morbus noster, quippe in vasis majoribus vigens, et affectione locali destitutus, *hirudines* generatim respuit. Nec credas, illas ad praepediendam affectionem localem inservire posse. Morsu enim et suctione hirudines affluxum sanguinis in partem, prope quam adplicantur, promovent, qua ratione phlogosis in ea potius elicitur. Hirudinum itaque usum ad illas circumscribimus febres continuas inflammatorias simpli- Hirudines.

B 2 ces,

de la saignée démontré par des raisons de la nature. Paris 1759. — Ch. G. W. Behrisch *die Missbräuche des Aderlassens. Leipz.* 1767. — Melon *Abhandl. vom Missbrauch des vielen Aderlassens. Nürnberg* 1774. — Baldinger de abusu sanguinis missionis in variis morbis. Gotting. 1778. (v. opuscula p. 157.). — Bach *Abhandl. über die Schädlichkeit des allzugrossen Blutlassens in Ansehung der Seelenwirkung. Bresl.* 1786. — M. E. Styx *über den Missbrauch des Aderlassens in den nördlichen Provinzen Russlands. Riga* 1793. — J. M. Schrao *über den Missbrauch des Aderlassens und die daraus entspringenden Folgen. Stuttgard* 1815. — L. Bucellati *il salasso considerato quale causa della maggior parte delle malattie e della frequenza delle immature ed improvise morti in onta a tutte le leggi. Italia* 1819. — Hufeland *die Gefahren der Blutentziehung* (in *Journ. der pr. Heilk.* 1824. *Jan.* p. 1.). — Hoppe in *Bibliothek for Laegar.* 1823. p. 231. — L. Angeli *l'abuso del salasso condannata dall' autorità de' sommi pratici, dalla ragione, e dalla sperienza. Imola* 1824. — *Della prudenza necessaria nella prescrizione dei salassi, ossia avvertimento salutare al popolo. Milano* 1825.

ces, quae ex suppressione cujusdam haemorrhagiae salutaris ortum ducunt, quaeque in hominibus debilioribus adeo mite decurrunt, ut phlebotomiam instituere piaculum foret. Hoc in casu hirudines partibus, e quibus sanguis prius manare erat solitus, admoventur. Quantis cum cautelis id fieri debeat, debitis locis indicabitur. Hic adhuc per transennam dicendum, nos in neonatis, qui morbis inflammatoriis, phlebotomiam exposcentibus, corripiuntur, hirudinem, lanceolae loco, venae aut medianae aut saphenae admovere, partem dein sauciatam, detracta necessaria cruoris copia, consueta fascia circumdando.

Cucurbitulae scarificantes. 4. *Cucurbitulae*, imprimis *scarificantes*, praevia venaesectione ad sanguinem magis magisque a corde et vasis majoribus ad corporis superficiem inque systema vasórum capillarium revocandum inserviunt. Tanta autem vi hoc chirurgicum instrumentum corporis superficiem aggreditur, tantamque operari illud solet cruoris revulsionem, ut neque hominibus delicatis, neque illis, qui de vitiis vasorum sanguiferorum suspecti sunt, adcommodari tuto possit. Reservatur igitur pro rusticis, militibus, aliisque, habitu corporis athletico donatis.

Epispastica. 5. De *vesicatoriis*, utpote febribus continuis inflammatoriis simplicibus e diametro oppositis [3]),

tis[3]), nequaquam loquimur. Quisne enim prudens igni ignem admoveret? Tutius *sinapismi*, haud acerrimi, procul a parte, phlogoseos periculum incurrente, per breve temporis spatium appliciti, usurpantur. Si enim sinapismi vehementem excitent dolorem, cutemque exedant; quo teneriores sunt aegri aetas et constitutio, eo evidentius nocent, pabulumque febri addunt. Quamobrem apud infantes et feminas, *panis fermentum*, *aceto adspersum*, omni alio epispastico anteponimus. Sunt, qui adhuc mitiora commendent[4]).

6. *Clysteres* ex furfuribus, aut herbis emollientibus aqua decoctis, additis oleo olivarum paucoque sale culinari, tepideque adhibiti, omni nychthemero semel bisve injiciendi sunt, si alvus obstructa fuerit, si aeger absque magna adversitate illos admittat, sique haemorrhoides ani non obstent. Clysteres.

7. *Pharmacorum*, quibus ad curandas febres continuas inflammatorias simplices indigemus, dispensatio, pharmacopolas non reddet divites. Enimvero in ephemera, quum medici prudentis sit, ante omnia observare, quorsus ingruens morbus Pharmaca.

3) Probatur meridiana luce clarius a Baglivio (diss. VII. vid. opp.) — Trallesio (usus vesicantium salubris et noxius in morborum medela. Berolini 1776.) multisque aliis.

4) Cataplasma ex *seminibus lini* (Desruelles in *Journ. universel des sciences médicales*. 1824. *Janvier*).



bus tendat, tempus formulas concinnandi fere deest. In reliquis febribus inflammatoriis, quid praeter *nitrum*, *cremorem tartari* et *tamarindos* commendandum foret, ignoramus. Nec magnae hujusmodi pharmacorum doses requiruntur [5]); alias enim a *nitro* cardialgia, et a *cremore tartari* atque a *tamarindis* alvus liquida imminent. — *Salem* quidem *ammoniacum*, nitri aemulum, in febre inflammatoria simplici curanda non spernimus, ast ob ingratum illius saporem vix adhibemus. Pro usu *calomelani et foliorum digitalis purpureae* nulla hîc urget necessitas. Haec enim pharmaca adversus febres inflammatorias, quae jam ad inflammationem cordis et arteriarum spectant, determinandis sub circumstantiis, reservari debent. Illa adversus simplicem febrem inflammatoriam in usum ducere, idem foret, atque in levi excubiarum externarum pugna tormenta, obsidioni urbium munitarum dicata in auxilium vocare.

Ejusd. argumenti continuatio.

8. Sudor salutaris versus febris inflammatoriae simplicis finem erumpens probe sustinendus, ast non

5) R. Pulv. nitri grana quinque — cremoris tartari — sacchari albi ââ grana decem. M. S. Cap. secunda quaque hora pulverem. — Cfr. P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXX. (37). — R. Fructuum tamarindorum unciam unam, mellis puri uncias duas. Nitri puri drachmam unam. Ebulliant per aliquot horae momenta. Colatum librae unius d. s. Cap. sesquiunciam secunda quaque hora.

non vi promovendus. Itaque aeger tantillum magis cooperitur stragulis, commutato potu frigidiusculo in tepidum, puta infusum *florum* sive *sambuci*, sive *tiliae*. Fortiora diapnoica, nec excepta multorum panacea, videlicet *spiritu Mindereri*, nocent. Idem de *tartaro emetico* dicendum.

9. Febris inflammatoria *complicata* juxta praecepta, quae ex sequentibus capitibus prodeunt, curanda est. C. complicationum.

10. Contingente *metastasi purulenta* ad *partem externam*, haec cataplasmate emolliente fovenda, ac pseudo-abscessus secundum chirurgiae regulas curandus. Febris hîc, forte ex irritatione locali orta, probe a praegressa primaria distinguenda. Illam enim unis auxiliis antiphlogisticis non tolles. Idem de *metastasi interna* dici debet. Doctrina ipsius ad tractatus de abscessibus variorum viscerum pertinet. C. metastaseos.

11. In *convalescentia* febrium inflammatoriarum de virium restauratione ope victus nutrientis, vini et cinchonae non est cogitandum. Etenim alias morbus in perniciem aegrorum rursus accenderetur. Loquimur vero hîc de convalescentibus nostra methodo curatis, non de illis, qui a cruoris evacuationibus exhausti fuere. His sane tonica. C. convalescentiae.

CAPUT

Caput II.

De febre rheumatica.

§. VII.

Definitio. Historia.

Definitio. 1. *Febris continua*, vicissitudinum atmosphaerae progenies, insignita horrore crebrius intercurrente calore, exacerbationibus et remissionibus sat distinctis, doloribus sedem vicissim in fibris muscularibus, membranis serosis, tendinibus, ligamentis et periostio, sine reliquis phlogoseos indiciis, figentibus, *rheumatica* dicitur [1]).

Historia. 2. Hujus morbi clara vestigia inveniuntur apud Hippocratem [2]), Galenum [3]) et Aretaeum [4]).

Gra-

1) *Synonym.* Febris lymphatica Fracassinii (comprehendens etiam febrem catarrhalem); febris lymphatica glandularum conglobatarum, Ettmülleri (item); Synocha subphlogistica systemati fibroso eminentius propria Harlessii; Germ. *Flussfieber.* Gall. *Fièvre rheumatique.* Ital. *Febbre reumatica.*

2) Opp. Lib. de locis. Et Epidem. Lib. I. cap. 3. aeger 6. 10. 13. 14. Lib. III. cap. I. aeger 3. Cfr. Barker *essai sur la conformité de la médecine.* p. 272. — Reimart de tum. ligam. §. 88.

3) Opp. cap. VII. de differentiis febrium.

4) Lib. II. cap. 12.

Graphice illum BALLONIUS [5]), LANCISIUS [6]) et SARCONE [7]) descripserunt. Accedunt observationes C. PISONII [8]), L. RIVERII [9]), TH. SYDENHAMI [10]), FRACASSINII [11]), ETTMÜLLERII [12]), WEDELII [13]), FR. HOFFMANNI [14]), GORTERI [15]) et LEIDENFROSTII [16]). De eodem quoque argumento dissertationes auctoribus JUNCKERO [17]), BOEHMERO [18]), HART-

5) Opp. omnia. Tom. IV. Liber de rheumatismo.

6) Opp. varia. De nativis et adventitiis coeli Romani qualitatibus. (Epidemia rheumatica, quae cum acutis febribus Romae pervagata est, hieme praesertim a. 1709.).

7) *Krankheiten von Neapel.* (*A. d. Ital. von* SCHMID VON BELLICON. *Zürich* 1770.) *Von dem rheumatischen Fieber, welches im Februar* 1764. *ist beobachtet worden.*

8) Opp. de serosa colluvie. Sect. V. cap. III.

9) Praxis medica. Lib. XVI. cap. 3.

10) Obs. med. Sect. VI. c. 5. (Aliorum observationes aut ignorans, aut spernens, morbum pro novo descripsit).

11) De febribus. Sect. 3. De febre continua lenta.

12) Opp. omnia. L. II. Collegia practica.

13) Exercitationes med. philolog. Decad. I. Diss. de catarrho et rheumatismo.

14) Med. rat. syst. de febribus. Sect. I. cap. 6.

15) Syst. prax. med. Lib. III.

16) Opuscula. Vol. IV. No. 6.

17) Diss. de congestionibus, vulgo catarrhis et rheumatismis. Hal. 1748.

18) Diss. de rheumatismo et febre rheumatica. Halae 1774.

Hartmanno[19]) et Fabricio[20]) exstant. Mirum igitur est, praxeos medicae compendia de febribus rheumaticis, quarum nomen in ore est omnium, vix aut ne vix quidem mentionem injicere[21]). Propter hoc medici, qui e schola ad artis exercitium perveniunt, magna difficultate premuntur. Nec satis! Gravia quoque pericula inde in aegrotos redundant. Palam enim fiet, febrem rheumaticam sistere morbum sui generis, a reliquis febribus continuis (inflammatoriis et catarrhalibus non exceptis), a rheumatismo acuto, et ab affectionibus rheumaticis apyreticis plane diversum, propriisque periculis stipatum atque peculiarem medendi methodum exposcentem. Febrium rheumaticarum tractatum propterea quoque magni facimus, quod ille doctrinae *inflammationum rheumaticarum* pro fundamento inservit.

§. VIII.

Symptomata. Necroscopiae.

Symptomata. 1. Febris evolutionem lassitudo spontanea, gravi-

19) Diss. de nonnullis ad febrium rheumaticarum solutionem pertinentium.

20) Diss. de rheumatismo — veterum medicorum fragmenta. Erlang. 1802.

21) „*Man muss über die zweifelhafte Sprache erstaunen, welche sowohl die ersten Väter der Heilkunde, als ihre Nachfolger über diese Krankheit, die wir* r h e u m a t i s c h *nennen, sowohl in Hinsicht auf ihre Natur, als in Hinsicht der Heilungsmittel geführt haben.*" (Sarcone l. c. §. 87.).

gravitas artuum praecedere solent. Morbus ipse horrore, crebrius intercurrente calore, orditur. Aeger itaque, ut stragula mox admoveantur, mox removeantur, enixe rogat. Serius ocius tamen frigoris sensus plane deletur, relicto calore, eoque sat ardente. Pulsus saepe normalem parum excedit frequentiam[1]); est vero utplurimum contractus et duriusculus. Sitis modica; dolores, veluti ossa frangentes[2]), nunc hanc, nunc illam partem invadunt, et ab alio loco in alium derepente migrant, priori subito immuni reddito, ac dolore omnino vacuo. Adgrediuntur sic caput, collum, pectus, dorsum, lumbos et artus. Ubique a partis affectae motu augentur. Caeterum tumorem et ruborem vix socios habent. — Cuncta morbi symptomata horis pomeridianis aut vespertinis exacerbantur, leniunturque circa mediam noctem aut diluculum. Exacerbatio haud raro inquietudinem, anxietatem, vigiliasque socias agnoscit. Urina incipiente morbo plerumque copiosa et aquea, serius pauca flammea atque sedimento roseo, puriformi, instructa. Nisi morbus sub ephemerae adspectu obveniat, praecise ad septimum diem perdurare solet, quo, praevia for-

1) „Manus quidem medici percipit calorem acrem et mordacem; sed in pulsu nil aut parum quid febrile percipitur." — „Si pulsum consulis, febris aut nulla aut exigua esse videtur; et tamen febris est revera, sed non valde magna." (Ballonius l. c.).

2) Osscarcea lassitudo Galeni.

fortissima exacerbatione, sudore universali terminatur. Tandem et urina, rursus copiosa reddita, sedimentum grave deponit. Quae singula nisi tempore indicato contingant; morbus ad diem decimum quartum, vigesimum primum et ultra protrahi potest.

Necroscopiae. 2. „Praecordia rubentia usque ad diaphragma et nigricanti sanguine coacto, inque magnis cordis vasis polyposo, inspecta sunt"[3]. — Haec vero, plurimaque alia, non de febre rheumatica simplici, hactenus descripta, sed de alia gravi, adhuc describenda, et inprimis de illius transitu in varios morbos, debitis locis anatomice perlustrandos, intelligenda sunt.

§. IX.

C a u s s a e.

C. proxima. 1. *Caussa proxima* febrium rheumaticarum (et rheumatismi) quaerebatur in carnium refrigeratione[1]); — in flatu tunicis et musculis infenso[2]); — in humore seroso tenui fervidoque[3]); — in

3) Lancisius l. c.

1) Hippocrates de locis in homine. („Fluxiones autem contingunt ex *perfrigerata* valde carne et supertumefacta").

2) Avicenna Fen. I. Lib. 3. tract. 2. cap. 7. („Et *flatus* est quandoque in *tunicis* membrorum et villis, sicuti in colica flatuosa; aut ex tunicis membrorum, et *sub membranis* et *super ossa*; aut in *circuitu* musculorum; inter carnem et cutem; aut in ipso membro latitans, ut in musculis in pectore").

in lympha acida[4]); — in stasi humoris acris[5]); — et in cohibita perspiratione cutanea. Quam ultimam opinionem (caeterum ab explicatione *modi*, quo perspiratio cohibeatur, abstinentes)[6]) etiam nos amplectimur. Confirmatur nimirum ea a comparatione caussarum, quae ad febres rheumaticas praedisponunt easque excitant, cum experimentis a Sanctorio[7]) aliisque[8]) respectu negotii perspirationis cutaneae institutis.

2. Ad

3) Riverius l. c. („Caussa igitur proxima et immediata hujus effectus est humor *serosus*, qui propter *tenuitatem* partes in tumorem non elevat, et propter substantiam minime suppurationi idoneam nullum unquam abscessum producit, sed tantum dispositionem quandam inflammatoriam *ex seri fervore* oriundam").

4) Ettmüller l. c.

5) Leidenfrost l. c. §. 26. („Rheumatismus est dolor musculorum, oriens *ex stasi humoris serosi* plus vel minus *acris* in suis vasis serosis propriis, vel aliquando etiam extra ea in vaginas villorum muscularium effusi").

6) De hoc *modo* per sequentem hypothesin Fracassini (l. c.) rationem reddit: „A calore, ait, fluida nostri corporis ad circumferentiam pelluntur, cutisque poruli aperiuntur; postea vero, si in aërem frigidum transeamus, . . . transpirationis oscula obturantur. Hinc transpirabilis materia alio tendit, et ubi minor solidorum elasticitas invenitur, ibi stagnat."

7) Ars de statica medicina, aphorismorum sectionibus VII comprehensa. Una cum Martini Lister in hos aphorismos commentariis. Lugd. Batav. 1728.

8) Doleo, experimenta ope sellae pensilis Sanctorii ad

C. praedisponentes. 2. Ad febres rheumaticas praedisponunt: aeta florens[9]), sexus masculinus[10]), interdum corpori constitutio robusta[11]), longe saepius debilitas[12] (praesertim post phlebotomias aliasque haemoı rhagias[13])), morbi alii[14]), victus depravatus[15] jeju

exemplum a PETRO MOSCATI quondam instituta, pu blici juris facta non fuisse. Sed gaudeo, C. REILIUI istam viam iterum prosequutum esse. (*Ueber d Ausdünstung und die Wärmeentwicklung zur Tags- ı Nachtszeit. Im deutsch. Archiv für die Physiologie vo* J. F. MECKEL. 7. *B.* 3. *Hft.*). Praecessit J. FRIED LÄNDER *Versuche in der Arzneykunde.* 2. *Th. Ueb die Perspiration nebst den Aphor. des Sanctorius, un Keills und einem Modell zu einem* Compend. stat. me *Leipz.* 1809. 2. *Aufl.* Cfr. Cap. VI. §. XXXIII. N 1. (10).

9) *Infantes* sat raro febribus rheumaticis obnoxios ess ubicunque locorum observavi.

10) In epidemia a LANCISIO descripta, feminae mini leviusque adfligebantur: „constabat autem hoc fie eo, quod *non similiter velut viri prodierunt.*"

11) „*Corpus plethoricum, validum* ac juvenile, praese tim si intempestive exerceatur, isto rheumatismo f cile corripitur." (BALLONIUS l. c.).

12) „Frigus externum prohibet perspirationem *in d bili* . . ." SANCTORIUS l. c. Sect. I. aphor. 68.).

13) „Qui post *venaesectiones* aut *haemorrhagias critic* se in aërem liberiorem frigidiorem conferunt." (F HOFFMANNUS l. c.).

14) „Duo genera corporum maxime occupari ab ea aff ctione, experientia comprobavit: unum sanorum ... *alterum eorum, qui jam reapse aegrotant.*" (BALL NIUS l. c.). Sic aegroti, ruri habitantes, qui propt

jejunium[16]), crapula[17]), ebrietas[18]), vita desidiosa[19]), tristitia[20]), ira[21]), vigiliae[22]), somnus pertur-

chronicum, quo laborabant, morbum, consilii expetendi gratia Vilnam vigentibus pluviis aut gelu vehebantur, aut sub ipso jam itinere, aut paulo post, saepe in febres rheumaticas inciderunt. Complicatio inde orta diagnosim haud raro perdifficilem reddebat. Praeterea aegroti pusillanimes, recentem aegritudinem, pharmacis, quae vix sumere inceperunt, adscribentes, timore percutiebantur.

15) „Illud genus edulii optime perspirat et commode nutrit, cujus pondus in ventre non sentitur." (Sanctorius l. c. Sect. III. aphor. 28.).

16) „Dum omittitur coena, vacuo existente ventriculo, nulloque urgente paroxysmo, *retinetur perspirabile*, et *retentum fit acre, inde corpus ad calidas aegritudines praeparatur.*" (Idem ibid. aph. 15.). — „Qui vacuo ventriculo it cubitum, ea nocte tertiam partem minus more solito circiter perspirat. (Idem l. c. Sect. IV. aph. 20.).

17) Fr. Hoffmann l. c. 18) Idem, ibidem.

19) „Nimia animi quies magis prohibet perspirationem, quam corporis." (Sanctorius l. c. Sect. V. aph. 15.).

20) „Moestitia et timor impediunt perspirationem." (Idem l. c. Sect. VII. aphor. 8.).

21) Qui sub *irae* insultu caussis, febrem rheumaticam excitantibus sese exponit, licet is caeterum ad hunc morbum non sit praedispositus, illius fieri solet praeda. Idem, corpore aestu venereo calefacto, accidit.

22) „*Somno solito breviore* semper aliquid perspirationis prohibetur, quod nisi sequentibus diebus pleniore perspiratione compensetur, *imminet febris periculum.*"

perturbatus[23]), peculiaris materiei perspirabilis conditio[24]), et defectus consuetudinis, corpus actioni frigoris et caloris vicissim exponendi[25]).

C. excitantes. 8. Febribus rheumaticis *occasionem praebent:* vicissitudines atmosphaerae, potissimum transitus repentinus blandae aestatis in rigidam hiemem[26]); zephyrus vicissim cum borea alternans; pluviae uberiores et diuturnae[27]), aura frigida, vel etiam frigidiuscula[28]), corporis partem, eamque

(Sanctorius Sect. IV. aphor. 30.). — „Quae impediunt somnum, impediunt quoque perspirationem cocti perspirabilis." (Idem aphor. 8.).

23) „Qui dormiunt, et *non* somniant, bene perspirant, et versa vice." (Idem aph. 27.).

24) Saepe miratus sum, nonnullos homines, etiamsi sanos, a minima perspirationis perturbatione in febres rheumaticas incidisse, quin alii sub eadem rerum positione ex eadem caussa detrimentum ullam ceperint. Nonne hic materies perspirationis eandem qualitatem nocivam *continuo* habet, quam illa dumtaxat sub irae insultu pro tempore acquirit?

25) Sic Russi corpus prius balneo vaporia exponere, ac dein nive perfricare solent, idque *saepe* sine damno, imo aucto inde valetudinis prosperae sensu.

26) Exemplo sit epidemia a Lancisio descripta (l. c.).

27) „Caussae externae, quae prohibere solent perspirationem, sunt *aër frigidus*, *coenosus* et *humidus;* natatio in aqua frigida; cibi crassi et viscidi; intermissio exercitii corporis vel animi, et in robustis nimia abstinentia a coitu." (Sanctorius l. c. Sect. I. aph. 67.).

28) „Aura jucunda et frigidiuscula corporibus excalefactis *magis nocet*, quam aëris vel aquae frigus in ex-

que sub somno denudatam[29]), allidens; frigus praesertim humidum pedibus, vel nuchae[30]) admotum; vestium levitas aut defectus; labores duri sub coelo frigido absoluti; domicilium humidum, igne aliisque praesidiis orbatum; lecti positio prope parietem facie altera intemperiis externis expositam.

§. X.

Diagnosis.

1. Febrem rheumaticam *morbum sui generis sistere*, clarius probare nequimus, quam illius a reliquis aegritudinibus *differentias* statuendo, quod partim hic, partim aliis in locis[1]) fiet. Est morbus sui generis.

2. Conspicuae remissiones, quibus febres rheumaticae insigniri solent, illarum cum *febribus* Differt a febr. intermitt.

cessu." (SANCTORIUS l. c. Sect. II. aphor. 12.). — „Auster instar fraudulenti aquilonis est reputandus, eoque nocentior, quod, cum frigoris sensu minus incommodet, ab eo nobis ipsis quam minime metuamus atque caveamus." (LANCISIUS l. c.).

29) „Corporis partes tectae salubriter perspirant; si verò a *somno detectae* inveniantur, etiam ab aëre calidissimo eorum pori condensantur." (SANCTORIUS l. c. aph. 59.). „In dormientibus, stragulis detectis, magis impeditur perspiratio, quam in vigilantibus, vestibus denudatis." (Idem l. c. Sect. IV. aph. 52.).

30) „Constipata perspiratione in *cervice*, stupescit sensus pericranii." (SANCTORIUS l. c. Sect. I. aph. 19.).

1) Part. I. Volum. III. Sect. II. cap. de rheumatismo acuto.

bus intermittentibus, jam dudum animadversam[2]), similitudinem constituunt. Maxima ea est in febribus intermittentibus complicatione rheumatica stipatis. En differentias:

Febris intermittens.	*Febris rheumatica.*
a. Frigus solum scenam aperit.	a. Orditur frigore intercurrente calore.
b. Membrorum dolores praecipue sub stadio frigoris obveniunt.	b. Dolores per totum morbi decursum exstant, ac cum *calore* febrili exacerbari solent.
c. Insultus utplurimum matutinus.	c. Exacerbationes vespertinae.
d. Morbus vernalis, aestivus, autumnalis.	d. Morbus plerumque hiemalis.

Differt a febre cont. inflamma-toria. 3. Quum *febres rheumaticae* et *febres inflammatoriae* ambo ad febres *continuas* pertineant, illarum statuere discrimina mugis arduum est. Haec porro neutiquam pro complicationis reciprocae casu valere possunt.

Febris

2) Sauvages nosol. method. Class. VII. Ord. I. Gen. 2. spec. 9. — Rheumatismus febricosus Mortonii. cap. 9. hist. 22. — Febris intermittens rheumatismum simulans, seu febris rheumatica. Ejusdem hist. 12. 10 — 14. — Cfr. Stoll rat. medend. T. III. p. 95. A, p.

Febris inflammatoria simplex.	*Febris rheumatica simplex.*
a. Parum remittit.	a. Multum remittit.
b. Orditur intenso frigore.	b. Incipit frigore, cui calor crebro intercurrit.
c. Pulsus febrem evidentissime indicat.	c. Febris praesentia minus ex pulsu, quam ex reliquis symptomatibus eruitur.
d. Sitis magna.	d. Sitis modica.
e. Calor attactui amoenus.	e. Calor sat ardens.
f. Rarius atmosphaerae vicissitudinibus excitatur [3]).	f. Constans atmosphaerae vicissitudinum progenies.

4. Praeterea *violentiae externae* (imprimis a verberibus, a concussione corporis, e. g. vehendo in rheda incommoda super vias saxosas, pila ludendo, equitando insolenter) dolores membrorum, a *rheumaticis* sane distinguendos [4]), excitant. Monitum.

5. Febris rheumaticae dolores quoque aemulantur *cruciatus membrorum consensuales*, quales Item.

3) Jam Galenus febrem illorum, „qui ex fervore solis aegrotant," — a febre illorum, „qui ex cute densata atque adstricta laborant," distinxerat.

4) Ipse Ballonius (l. c.) hoc monitum non est dedignatus.

in *febribus verminosis*, aliisque *gastricis*, praecipue *flatulentis*, obveniunt. Item ad scapulam dextram in *affectionibus hepatis*, atque ad sinistram in illis *cordis*.

Variae febr. rheumat. species.

6. *Febrem rheumaticam*, ita, uti descripsimus[5]) constitutam, *simplicem* vocabimus. Rerum positiones magis intricatae *complicationum* nomine salutabuntur. Hic de *complicatione inflammatoria*, — de reliquis serius[6]).

Complicatio inflammat.

7. *In febre rheumatica inflammatoria*, remissiones sunt minus evidentes, pulsus est frequentior, durior, calor magis urens, sitisque intensior, quam in simplici. Sunt, qui delirium[7]), sudores profusos[8]), et miliaria[9]) experiantur. Sanguis e vena ductus in insulam, multo sero circumdatam, et corio obtectam, coit. Praeterea partes dolentes, quae in febre rheumatica simplici dumtaxat *quid inflammatorii* (*epiphlogisma*) habent[10]),

5) §. VIII. No. 1.

6) Cap. IV. §. XXIII. No. 15. cap. V. §. XXVIII.

7) „Quodsi non raro in hac epidemia contingat *delirium*, illud oritur vel ab impetu bilis, ... vel ex *inflammatione* propagata ad diaphragma ac nervos praecordiorum usque ad cerebrum, quae omnia *non malignam*, sed acutam epidemiae indolem ostendunt." (Lancisius l. c. §. 15.).

8) Sinner *Darstellung eines rheumatischen Schweissfiebers. Würzburg* 1803.

9) *Rheumatismus miliaris* Sauvagesii l. c. spec. 12. — Vid. Bonté *Journ. de médecine* 1757. *Janvier.*

habent [10]), in inflammatoria proprius ad *phlogosin* accedunt. Hac phlogosi omnibus numeris absolutâ, morbus nomen febris rheumaticae gerere cessat, et a parte inflammata denominatur [11]). Indoles inflammationis (quae superficialis, valde dolens, fugax, et maxime ad secretionem seri prona est) tantummodo per epitheton *rheumaticae* designatur. Nihilominus febris, morbi fundamentum manet, atque inflammatio dumtaxat illius sistit symptoma [12]). Valet id de ipso *rheumatismo acuto* [13]) ut ejus decursus [14]) et therapia docent.

8. Sco-

10) Sunt verba Ballonii l. c.

11) Pulcherrime Sarcone (l. c.) transitum febrium rheumaticarum in anginam, pleuritidem etc. designavit.

12) „Unde liquido constat, in praesenti epidemia *febrem esse morbum praecipuum, cujus symptomata sunt ejusmodi inflammationes.*" (Lancisius l. c. Sect. I. §. 6.) „Aegri enim eo se modo habent *in toto corpore*, quo arthritici in suo paroxysmo in uno, aut paullo plurimis partibus." (Ballonius l. c.).

13) Part. I. Vol. III. Sect. II. cap. de rheumatismo acuto. (Hic morbus revera est febris rheumatica inflammatoria, saepe in corpore arthritico nidulans, cum phlogosi musculorum (myositis), tendinum, ligamentorum etc. Eadem inter rheumatismum acutum et febrem rheumaticam simplicem intercedit ratio, ac inter febrem inflammatoriam simplicem et arteritidem.

14) „Etenim in aegris non solum rubentes urinae, atque interdum turbidae sunt, sed paroxysmi (exacerbationes) quoque statis recurrunt periodis, et iis prae-

Monitum. 8. Scopo febrium rheumaticarum complicationes propius eruendi, refert, ut non solum ad constitutionem morborum regnantium atque aegrorum, sed etiam ad caussas, quae aegritudini ansam praebuerunt, respiciatur[15]).

§. XI.

P r o g n o s i s.

Generatim. 1. Febris rheumatica *per se* nullum agnoscit periculum. Secus autem 1° si *complicata fuerit;* 2° si *in hominem alioquin valetudinarium incidat;* 3° si *aeger debitum regimen servare nequeat; sique* 4° *perverse curetur.*

Pr. febris rheumat. complicatae. 2. Si febris rheumaticae *complicatio* fuerit *inflammatoria*, nisi epistaxis succurrat[1]), *phlogoseos* imminet periculum. Quacunque in parte, haec sedem figat, gravia inde exspectanda sunt mala, eoque majora si pars phlogosi affecta debito robore destituta sit[2]). In genere musculi, mem-

sertim desinunt crisibus, quae *in acutis febribus, quas scholae appellant essentiales*, solent accidere." (LANCISIUS l. c.).

15) „Morbi ex prohibita vel minuta perspiratione provenientes, *differunt pro natura caussarum impedientium.*" (GORTER l. c. Titul. III. No. 127.).

1) „Quibus speratur in articulos abscessus, ... si *ex naribus sanguis* fluxerit, brevi fit solutio." (HIPPOCRATES aphor. 74. Lib. IV.) — „Haemorrhagia confert." (BALLONIUS l. c.).

2) „Qui morbi ab imbecillibus partibus ad fortiores remeaverint, ii solutu sunt faciliores; influxus enim

membranae serosae, tendines et periostia, sese ab effectibus inflammationis (a sero, a lympha, secreta), longe difficilius liberant, quam membranae mucosae, loca patula, ut nares, bronchia, intestina investientes[3]). Ecce fontem rigiditatum, abscessuum, tumorum, cariei. Quodsi praeterea fibrae musculares cordis, intestinorum, aliorumque viscerum phlogosi rheumatica tententur; gravissimi morbi praesto sunt. — Idem accidit dum membranae, cerebri, et medullae spinalis involucra sistentes, inflammatione rheumatica corripiuntur. Transit nempe malum facile in partes subjectas aut saltem serum aut lympha coagulabilis phlogoseos culpâ inter involucra et pulpam nerveam deposita, huic vim inferunt. Systematis nervorum partibus essentialibus sic pessumdatis, vires vitales dejiciuntur, atque subsultus tendinum, convulsiones, deliria, paralyses in conspectum veniunt.

3. Si febris rheumatica in *hominem alioquin valetudinarium* incidat, partium, jam pridem labefactarum, affectio nova vix evitanda est[4]). Sic in Progn. ex conditione aegroti.

facile a robore excludentur." (HIPPOCRATES Part. 5. Lib. II. de natura humana).

3) „In febre catarrhali *excretio* subsequitur — in rheumatica, ubi externae musculorum tunicae patiuntur, morbus *evacuatione non solvitur.*" (FR. HOFFMANN l. c. §. 12.).

4) „Partes imbecilliores a morbis excrementitiis primae

in *scrophulosis* rheuma tumores glandularum, probe a meris scrophulosis distinguendos, provocat. Sic *haemorrhoidarii*, febre rheumatica correpti, incommodis ex imo ventre prodeuntibus, solito magis excruciantur. — Maxime vero febris istiusmodi in *arthriticos* saevit. Utplurimum tunc rheumatismo arthritico-aucto ansa praebetur. Non raro autem febris rheumatica hominibus, arthritide vexatis, pro depuratoria inservit. Saltem sub illius decursu et fine incredibile dictu est, quot humores foetidi, quotque alii morbosi effectus interdum sudoris et urinarum ope aegro, dein veluti regenerato, evacuentur. Tandem ut febris rheumatica gravis evadat, non semper requiritur, ut homo sit absolute valetudinarius. Jam *menstruatio*, *graviditas* et praecipue *puerperium* ad hoc sufficiunt. Etenim tunc febris rheumatica, caeterum simplex et benigna, uterum, ovaria et peritonaeum, in consensum trahens, amplam interitui aperit viam.

Pr. sub defectu regiminis et curae.

4. Mala hucusque recensita eo facilius locum obtinent, si *debitum regimen diaeteticum*, vel ob aegrorum paupertatem, vel ob casus fortuitos, interdum nulla prudentia evitandos, *servari nequeat*. Nuntii ingrati caussâ febres rheumaticas, antehac levissimas, mox gravissimas evasisse, observavimus. Idem de aura frigida, tempore sudoris

corripiuntur. Sic fiunt a fluxione nati effectus." (Galenus ad aphor. 57. Lib. V.).

doris critici admissa (communissima metastasium caussa) deque erroribus in diaeta et cura valet. Quae quum ita sint in omni febre rheumatica prognosis esto cauta!

§. XII.

C u r a.

1. *Prophylaxis* febrium rheumaticarum magno morborum numero quadrat [1]). Consistit praesertim in eo, ut sexus sequior in usum ducat calceos, non cartaceis, sed densis soleis instructos; — tibialia, non reticulata, sed compacta; — tunicasque, non vitreas, sed ad fovendum corpus idoneas. Caput, nucham, mammas, brachia et crura, haecque braccarum ope tueantur oportet. Praeterea quoties locus calidus cum frigidiore commutatur, vestitui aliquid addendum. Pallia [2]) et vestes pelliceae [3]) tunc praesto esse debe- Prophylaxis.

1) Maximam morborum partem ex *temporum vicissitudinibus* ortum ducere, HIPPOCRATES docuit (Lib. III. aphor. I.). — „Natura, dum in perspirandi officio est impedita, incipit statim in multis deficere." (SANCTORIUS l. c. Sect. I. aph. 40.). Cfr. RITTER *von den Vorkehrungen und Mitteln, Erkältungskrankheiten zu verhüten* (In RUST's *Magazin für die gesammte Heilkunde. 12. B. 2. Heft.* p. 264.) qui immerito a MIQUEL criminatur. (In *allgemeine medicinische Annalen des Jahres* 1824. 11. *Heft.* p. 1442.).

2) Exemplo Hispanorum, Venetorum.

3) Exemplo Turcarum et Judaeorum Polonicorum. — Quum anno 1809. parens meus Vindobonae a *Napo-*

deberent. De fornacibus diversimode sentiunt diversae gentes. Ferreae sane generatim reprobandae sunt. Secus autem fornaces argillaceae, dummodo modice calefactae. Nova methodus, aërem jam calefactum in cubicula introducendi, maxime arrideret, nisi talis aër praeter modum humidus esset. Qui caminum sufficere putant, curent saltem, fenestras una cum januis apprime claudi posse. Refrigerationis periculum quum maxime sub somno incurratur; lecti debita positio et conditio rem summi momenti sistit. — Interea annua constitutione febribus rheumaticis favente, arduum est sese illius imperio, quod a hieme usque ad aequinoctium vernale extendi solet[4], subtrahere.

2. Fe-

leone Bonaparte circa saluberrimam nationalem vestiendi rationem interrogaretur; *Turcarum* sane, respondit. Imperator addidit: „Potuisset ea sub finem prioris saeculi facile in Galliam introduci, — nunc sero nimis."

4) „Haec autem durabant et non remittebant usque ad aequinoctium." (Hippocrates I. Epid. const. 2. in Thaso. No. 1.). — „Solis enim accessu ad verticem nostrum, calidaeque lucis radiis ad nos recta magis evibratis, quemadmodum nives glaciesque solutae defluunt, atque herbis campi et floribus herbae vestiuntur; ita humana corpora blando ac subtilissimo igne replentur, quo sanguis novo motu cietur, ac solvitur, atque aptior ad transpirationem efficitur, quam ego praecipuum urgentis epidemiae remedium arbitror." (Lancisius l. c. §. 18.).

2. Febris rheumatica *simplex*, nisi jam primo aut altero nychthemero solvatur, certissime, ut monuimus, ad septimum usque diem decurrit. Utroque in casu morbi decursus, utpote placidus et insons, *nulla medela* est perturbandus. Quorsum enim pharmaca? — Illorum ope morbus neque temporis puncto brevior redditur. E contrario: *antiphlogistica*, motus febriles, ad sustinendam morbi vim in partibus externis atque ad praeparandam absolvendamque crisin necessarios, impediendo, morbum certe longiorem, forte etiam periculosum, reddunt. Sic SYDENHAMUS primum sanguinis missionem eamque repetitam suasit; posterioribus autem curis invenit, debilitatem inde inductam plus quam rheumatismum nocere, ideoque sententiam mutavit, simplicemque abstinentiam, victumque ex sero lactis, ad morbum tollendum sufficientes, commendavit [5]). *Hirudines* et *cucurbitulae scarificantes* partibus dolentibus admotae aut irritationem adaugent, aut efficiunt, ut morbi vis, in superficie externa deflagrata, in visceribus pabulum inveniat. *Nitrum* et *eccoprotica* excretionem urinae et alvi promovendo, perspirationem impediunt [6]). — Forte *emol-*

C. febris rheumat. simplicis.

5) l. c.

6) „In fluxu et vomitu prohibetur perspiratio, *quia divertitur.*" (SANCTORIUS l. c. Sect. I. aph. 53.). — „Febricitantes in pejus aeque incidunt, si, a medico imperito medicamentis importune exhibitis, illorum perspiratio divertatur." (Idem, ibid.).

emollientia? . . *Interne*, nisi complicatio cum adfectione catarrhali fortuito adsit, nil emolliendum est; decocta mucilaginosa et emulsiones nonnisi saporem depravant, linguam obducunt, ac ventriculi vires pessumdant. *Extrinsecus* locis adfectis *cataplasmata* admovere, aegrum sine fructu molestat [7]. Neque ad *balneum*, quippe generatim statui febrili adversum, cogitandum. *Linimenta* et *emplastra* irritantia ad locum alioquin irritatum adhibere velle, insanum foret. — Certissime *diaphoretica?* Haec, ab initio et sub decursu morbi porrecta, febrem semper adaugent, saepeque complicationem inflammatoriam provocant [8]. Etiamsi illorum ope sudor excitetur; hic, utpote vi expressus, potius nocet. Natura vero ipsa tempore criseos sudorem beneficum largiente; cui bono diaphoreticum? Damnum potius inde expectandum, quum hujus generis pharmaca stimulo specifico, quo in cutem agunt, sudorem spontaneum impedire possint. Interea si in aegrotis paullulum debilioribus sudor criticus segniter procederet, neque ad illum ut decet eliciendum aliquod infusum theatum sufficeret; diapnoicis fortioribus [9] calcaria utique addi possent.

7) „Externa balnea, fomenta et reliqua humida, neque juvant, neque prosunt, saepe ad interiora repellunt." (Leidenfrost l. c. §. 29.).

8) Riverius (l. c.) ait: „Sudorifera in principio et augmento non esse proficua, imo plurimum nocere."

9) R. Spiritus Mindereri, Roob sambuci āā unciam

sent. Quodsi aeger aut illius familia praescriptionem formulae medicinalis sub morbi decursu optaret, illorum impatientiae facile aquis destillatis et syrupis innocuis occurritur[10]).

3. Quo minus autem in cura febrium rheumaticarum *simplicium* pharmacis favemus; eo magis *regimini*. Praeter victum jam a SYDENHAMO indicatum, parcum videlicet, vegetabilem, lacteum, esto *potus* copiosus, aqueus, subacidulus, et non frigidus[11]). *Temperatura* cubiculi inter gradum decimum quartum et decimum sextum thermometri Reaumurii requiritur. Aeger decumbat quietus[12]) modiceque tectus. Promittatur

Continuatio argumenti.

unam. Capiat binis vicibus ad vesperas c. s. q. infusi subcalidi florum sambuci. Si forte alvus fluida diaphoresi obstaret; *pulveri Doweri* a granis tribus ad sex, hora somni porrigendo, locus foret.

10) E. c. aquae et syrupi florum rosarum rubrarum, rubi idaei etc.

11) Quoniam aegri habent sensum caloris, „aliquatenus juvantur usu rerum frigidarum; *sed nocent bifariam:* partim quia difflatum prohibent; partim, ubi quis usus est paullo frigidioribus remediis, remanent, domito morbo, major infirmitas nervorum, unde arthritidis occasio postmodum nasci potest.“ (BALLONIUS l. c.).

12) „Corporis in lecto frequens circumvolutio . . . . perspirationem utilem diminuit. *Remedio est in eodem situ obstinate quiescere.*“ (SANCTORIUS l. c. Sect. I. aph. 90.).

tatur ipsi proximus morbi finis [13]). Ne timeat inquietudinem et augmentum symptomatum, utplurimum crisin praecedentes.

C. febris rheumat. inflammatoriae. 4. *In febre rheumatica inflammatoria* curanda, morbus, quo citius id fieri potest, ad simplicitatem reducendus. Itaque *methodus antiphlogistica* illico viriliter adhibenda. Quo fortior est febris, quoque majus periculum phlogoseos partialis; eo magis *venaesectio*, suadentibus Galeno [14]), Ballonio [15]), Lancisio [16]), Huxhamio [17]), indicatur. Quodsi prima phlebotomia morbi vim non satis frangeret, et alteri locus foret. Caveamus autem, ne plus quam par est sanguinis mittatur, cujus erroris potissimum Riverius particeps redditus est [18]). Status enim inflammatorius nostro in morbo accessorius est, atque aegritudinis essentiam non efficit [19]). Quamobrem

13) „Animi consolatio, quacunque caussa fiat, aperit meatus, et *largam perspirationem facit.*" (Idem, ibid. Sect. VII. aphor. 19.).

14) „Curationis initium a missione sanguinis fit." (Cap. 8. Lib. de sanguinis missione).

15) l. c.

16) „Mirifice phlebotomia succurrit." (l. c.).

17) De aëre et morbis epidem. a. 1748. Vid. opp.

18) „Nec refert, si per *decem* aut *duodecim* dies sanguis detrahatur." (l. c.).

19) Id Galenus probe intellexisse videtur. Licet enim, ut monui, venaesectionem commendaverit, addit tamen: „Curationis scopus est *non evacuatio*, sed totius habitus roboratio."

obrem etiam *frigus* quacunque sub forma ab illius cura excludimus. Scias praeterea, *hirudines* nunquam *phlebotomiae* vices agere posse! Hac revera necessariâ, illae potius detrimentum afferunt. Indicantur vero hirudines, ubi fracto omnino ope phlebotomiae universali morbi impetu, phlogosis partialis perstat. Quodsi hoc a morbi initio sine magna febre, atque in aegro nequaquam plethorico obveniret, aut haemorrhagia quaedam habitualis, febris rheumaticae characterem inflammatorium conciliasset; cura illico ope hirudinum inchoanda. *Cucurbitulas scarificantes* hirudinibus anteponimus, si pars phlogosi tentata illas in viciniis admittat, sique aeger non nimis sensilis sit. Quousque illae indicantur, eousque *nitro* quoque locus est. A purgantibus scopo antiphlogistico sub morbi vigore abstinemus; quaevis enim tubi intestinalis irritatio phlogosin hac in parte provocare posset [20]. Libertati alvi *clysterum* ope studemus.

5. Quam primum complicatio inflammatoria deleta est, ac morbus ad simplicitatem reductus; methodus exspectativa iterum jus sibi vindicat. Continuatio argumenti.

6. Accidit quandoque, ut febris rheumatica septimo morbi die *non* solvatur. Hujus infortunii caussa multifaria est. Plerumque aliquid *gastrici* C. morbi protracti.

20) „Purgantia medicamenta . . . . ab initio usurpata nil prosunt; imo morbum et dolorem augent." (Riverius l. c.).

strici latet, quod (nisi recentissimae originis) cundum praecepta alibi tradenda[21]), jam du abigi debuisset. Ast re huc producta, a tu tuariis evacuationibus tubi intestinalis, qu vires frangentibus, abstinendum. Tutissimae vae, saepeque repetitae *tartari emetici* doses scribuntur[22]). Alias febris a *rheumate*, in quadam nidulante, sustinetur. Tunc, praem indicatis evacuationibus sanguinis localibus affectio inflammatoria organa uropoetica deti rit), *emplastrum vesicatorium*, si fieri po super locum affectum egregie operatur. I dum vero praeter rheuma *in partibus prius gosi correptis*, quid *morbosi relictum est.* hoc in casu juxta praecepta, exitibus inflan tionum specialium medendi, est ordinanda. *lomel* quidem et *digitalis* tunc locum inv queunt; ast, nisi maxima urgeat necessitas, infusum *stipitum solani dulcamarae*[23]), ad si febris adhuc vigeat, *nitro*, anteponimus. aliis decoctum *radicis polygalae Senegae* l tur[24]). *Dulcamara* quoque conducit, dum rheumatica protracta in scrophulosis et arthr

1

21) Cap. IV. §. XXIII. No. 19.

22) R. Tartari emetici granum unum. Solve in destillatae libra una. D. S. Omni hora capiat u unam.

23) Drachmae duae stipitum ad colaturam librae cum syrupo violarum, pro nychthemero.

24) Sarcone l. c.

nidulatur. Debet autem per plures dies continuari. In arthriticis praeterea *sinapismi* internae superficiei crurum, surarum, admoti, levamen adferunt. Ad epispastica haec etiam in primo limine febrium rheumaticarum recurrimus, dum hae homines, viscere quodam labefactato praeditos, aggrediuntur. Irritatis nimirum mature epispasticorum ope extremitatibus inferioribus, morbi vis ab interioribus avertitur. Nec dubitare licet, febres rheumaticas interdum ob *virium defectum* in longum trahi. Quod si absque complicatione gastrica accideret, juscula carnea, praesertim cum vitellis ovorum, concedenda sunt. Potatoribus aliquid vini aut cerevisiae permittitur. Inter pharmaca *aura* sic dicta *camphorata* excellit[25]). Item tenue *decoctum cinchonae*[26]). Caeterum qualiscunque fuerit caussa, terminum consuetum febrium rheumaticarum impediens, postquam indicationibus urgentibus satisfeceris, ut, quod reliquum est, a natura, nisi secunda, saltem tertia, quartave hebdomade absolvatur, permittas quaeso. De *febrium rheumaticarum* in *nervosas transitu* alibi quaestio erit[27]).

7. *Con-*

25) R. Camphorae r. granum semis. Subige in mucilaginis gummi arabici drachma una. Adde aquae fontis uncias sex. Syrupi citri unciam unam. M. D. S. Omni secunda hora unciam unam.

26) Drachmae tres corticis ad colaturam unciarum decem.

27) Cap. V. §. XXVIII.

Convalescentia. 7. *Convalescentibus* lectum prius, quam crises omnibus numeris absolutae sint, deserere non permittitur. Aëri libero sensim sensimque adsuescere debent.

Caput III.

De febribus catarrhalibus.

§. XIII.

Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Febres continuae, atmosphaerae vicissitudinibus aut peculiari illius constitutioni originem debentes, horripilatione cum intercurrente calore ingruentes, remissionibus protractis, nec non affectione membranae pituitariae viarum respirationis, tussi, absque reliquis plerisque pneumoniae signis, stipatae, *catarrhales* [1]) dicuntur.

Literatura. 2. Hujus morbi *literatura* bifaria est: altera nimirum febres catarrhales *solitas*, altera *insolitas*, seu peculiari modo epidemicas respicit. Illa

1) *Synonym.* Catarrhus febrilis. Germ. *Flussfieber, Brustfieber.* Gall. *Fièvre catarrhale, fièvre de rhume.* Angl. *Catch cold.* Ital. *Febbre catarrale.* Polon. *Kataralna Gorączka.*

Illa ad pauca circumscripta est opuscula [2]; haec docentibus praesertim CULLEN [3], SAILLANT [4], M. L. WITTWER [5] et G. F. MOST [6], amplissima. Ab ipso enim orditur HIPPOCRATE [7], et, interpositis notitiis vagis [8], jam e seculo *decimo*

sexto

2) CRAUSE diss. de febribus catarrhalibus. Jen. 1676. — ADOLPHI diss. de febre catarrhali. Ultraj. 1702. — MEISNER diss. de febre catarrhali. Ultraj. 1702. — STAHL dissert. de febre catarrhali maligna. Hal. 1708. — EYSEL diss. de febre catarrhali. Erf. 1714. — DECKER diss. de febre catarrhali benigna seu quotidiana continua veterum. Erf. 1724. — SCHULZE diss. de febre catarrhali benigna. Hal. 1736. — WEDEL diss. de febre catarrhali. Jen. 1738. — FR. SAALMANN descriptio febrium malignarum in genere, et speciatim sic dictae catarrhalis malignae. Münst. 1781.

3) Synopsis nosologiae methodicae. Edimb. 1772.

4) *Tableau historique et raisonné des épidémies catarrhales vulgairement grippe depuis* 1510. *jusque et y comprise celle de* 1780. *Paris* 1780.

5) *Ueber den jüngsten epidemischen Katarrh. Nürnberg* 1782.

6) Influenza Europaea, *oder die grösste Krankheitsepidemie der neuen Zeit für Aerzte und Nichtärzte. Hamburg* 1820.

7) Epidemicor. Lib. VI. Sect. 7. Edit. LINDENI. T. I. p. 814. Cfr. SPRENGEL's *Pathologie.* 2. *Th.* p. 116 sq.

8) Dio Cass. LXVII. DEGUIGNES T. I. part. I. p. 120. (a. XC. aerae christ.). — GODEFRID. annal. 1164—1237. edidit MENCKE script. rer. Germ. Vol. II. p. 483. — Auct. GEMBL (a. MCLXXIII.) — TARGIONI TOZZETTI *raccolta d'osservazioni med. P. I.* p. 75. (Epid. MCCCXXIII.). — Cfr. SCHNURRER *Chronik*

sexto certa emanat. Hoc enim seculo versus finem vergente, videlicet a. MDLXXX. epidemia universam fere Europam affligens saeviit, cujus historiam Petrus Salius Diversus[9]), J. Bokel[10]), J. Sporisch[11]), B. Brunner[12]), L. Stengel[13]), J. Wierus[14]), J. N. Pechlinus[15]), J. Crato a Kraft-

der Seuchen. Tübing. 1823. 1. *Th.* p. 85—250. — Valescus de Taranta (a. MCCCLXXXVII Monte Pessulano), — Vallerioża append. ad loc. comm. cap. 2. (a. MDX.), — Marchesi *supplem. istor. di Forli. L. VI.* (a. MCCCLXXXVII.). — Cfr. Morgagni de sed. et caus. morb. epist. XIII. art. 4. — Fonted in *disput. de Gerotillo* (a. MDXVII. Byzantii).

9) De febre pestilent. in opusc. med.

10) Synopsis novi morbi, quem plerique medicorum catarrhum febrilem, vel febrem catarrhosam vocant, qui non solum Germaniam, sed paene universam Europam gravissime afflixit. Helmst. 1580.

11) Idea medici . . . . et de febre epidemica a. 1580. Francof. 1582.

12) *Kurzer Bericht von der jetzt regierenden Hauptkrankheit, und wie dieselbe zu kuriren seye, gestellt und nach dem geschriebenen Exemplar corrigirt. Leipz.* 1580.

13) Theses de natura, caussis, et curatione morbi epidemici. a. 1580. Augustae Vindelicor.

14) Med. observ. hactenus incognitae. L. II. De pestilentiali et epidemica tussi, quae a. 1580. universam fere Europam invasit. V. opp. omnia. Amstelod. 1660. p. 978.

15) Observ. physico-med. Hamb. 1691. Lib. II. obs. 26. p. 244.

Kraftheim[16]) et Mercatus[17]) chartis commiserunt. Praeter alias epidemias minus certas[18]), illae secutae sunt a. MDCLVIII. — a Willisio[19]), et a. MDCLXXV. a Sydenhamo[20]), C. Rayger[21]), W. Molyneux[22]), M. Ettmüller[23]), exaratae. Memorabilis[24]) praeterea est epidemia, quae a. MDCCXII.

16) Consilior. et epistolar. med. Lib. II. Edit. L. Scholzii. Francof. 1592. p. 235. Hic quoque duae epistolae de eodem morbo, auctore Mercuriali, inveniuntur.

17) De intern. morbor. curat. et Haenisch in Aretaeum p. 315 et 396.

18) Forestus observ. et curat. Lib. VI. obs. 1. 3. — Riverius obs. comm. obs. 9. 10. obs. addit. obs. 10. — Sennertus de febribus Lib. IV. cap. 17. — Schiffler. V. Schneider de catarrhis p. 162.

19) De febribus. Cap. XVII. p. 85.

20) Opp. Lugd. Batavor. 1726. Sect. V. p. 241. Observ. circa morb. acut. hist.

21) De catarrhis a. 1675. per autumnum grassantibus (In miscell. acad. natur. curios. Dec. I. a. 6 et 7. p. 312).

22) *Historical account of the late general coughs and colds; with some observations on other epidemick distempers* (in *philoloph. transact. for the year* 1694. p. 105).

23) Opp. med. Edit. J. C. Westphal. Francof. 1697. T. II. p. 1445.

24) Minoris momenti sunt febres catarrhales a. 1708. (Schröck eph. nat. curios. Dec. I. a. 6 et 7. obs. 213.) et a. 1709. (Fr. Hoffmann syst. rat. T. II. p. 45.), ac dubiae num ad epidemicas pertinuerint, illae, de quibus mentio fit apud Blegny (Zodiac. med. Gall.

MDCCXII. regnavit, memorabilioresque illae, quae ab a. MDCCXXVIII. ad a. MDCCXXXVII. Germaniam, Galliam [25]), Bataviam, Angliam, ipsamque Americam adflixerunt. Hujusmodi epidemiae descriptae fuere a CAMERARIO [26]), LANZONIO [27]), C. F. LÖW [28]), J. BECCARIO [29]), MÜHPAUER [30]), J. G. HAHN [31]), DERN [32]), STORCH [33]), SCHEFF-

a. I. Genev. 1680. Decemb. obs. 6. p. 184.) et SYDENHAM (l. c. epist. respons. de morb. epid. ab 1675. ad 1680. ad ROB. BRADY. p. 310).

25) Sub nomine: *le grand rhûme.*

26) *Anmerkungen von ansteckenden Krankheiten bey Gelegenheit der Krankheit à la mode und von der Präservation der grassirenden Seuche.* *Tübing.* 1712.

27) Act. acad. nat. curios. Vol. I. p. 41.

28) Historia febris catarrhalis, quae a. 1729. mens. Nov. et Dec. per Europam epidemice grassata est; accedit constitutio epidemica a. 1730. (Act. acad. natur. cur. Vol. III. append. p. 77).

29) Commentatio de quadam peculiari constitutione epidemica et speciatim de catarrho epidemico a. 1730. (Act. acad. nat. cur. T. III. p. 112).

30) Diss. de febre epidemica catarrhali. Altdorf. 1730.

31) Febrium continuarum, quae a. 1729. Vratislaviae populariter grassatae sunt, recensio, occasione catarrhi febrilis per Europam epidemici adornata. Vratislaviae 1731.

32) Diss. de febre catarrhali petechizante superioribus annis infesta atque epidemica. Giess. 1732.

33) Commerc. literar. Norimb. 1733. p. 52. — quinquepartit. pract. T. II. p. 100.

SCHEFFLER[34]), CARL[35]), C. F. X. KOEFFERLE[36]), L. AFFORTY[37]), J. DE GORTER[38]), A. STOCH[39]), J. H. KANNENGIESER[40]), J. H. FÜRSTENAU[41]), J. F. PAULI[42]), HUXHAM[43]) etc.[44]). Nec silentio prae-

34) Commerc. liter. Norimb. 1733. p. 108.

35) Ibidem.

36) De febre catarrhali epidemice grassante. Basil. 1733.

37) Quaest. med. „an catarrhis epidemicis theriaca?“ Paris. 1733.

38) Morbi epidemici brevis descriptio et curatio per diaphoresin. Hardcrovic. 1733.

39) Diss. de morbo epidemico hac hieme grassato, necdum cessante, cum animadversion. in GORTERI description. Enchus. 1733.

40) Observat. med. clinicae de febre catarrhali maligna 1735. Chiloniam Holsatiorum obsidente.

41) Historia febris catarrhalis circa finem a. 1734. et initium a. 1735. passim epidemicae. (act. acad. nat. cur. Vol. V. p. 540).

42) Historia febris catarrhalis malignae vernalibus mensibus a. 1737. Wratislaviae et in complurimis Silesiae locis epidemice grassantis. (act. acad. nat. cur. Vol. V. p. 248).

43) Observ. de aëre et morb. epidem. ab a. 1728. ad finem 1737. Plymuth. fact. in opp. edit. REICHEL. Lips. 1764. p. 102. (Notandum est, vocabulum *influenza* pro prima vice apud HUXHAMUM (p. 268.) obvenire).

44) *Edinburgh medical essays. Vol. X.* p. 18. — *Breslauer Sammlung* 1722. p. 33. — Cfr. SCHEUCHZER obs. meteorolog. (append. ad act. nat. cur. Vol. IV.) — HILLARY *on the weather and diseases of Barbadoes.* p. 3. — MORGAGNI de sed. et caus. morbor. Epist.

praeteriri debent epidemiae, quarum prima circa a. MDCCXLII. in Germania, altera paullulum serius in Italia, et tertia a. MDCCLVIII. *in Scotia* obvenerunt. Primae historiam GOELICKE [45], BÜCHNER [46], H. P. JUCH et J. J. ZUBERBÜHLER [47], BAUMLIN [48], COHAUSEN [49] tradiderunt; secunda a JOANNE TARGIONI TOZZETTI [50], et tertia a R. WHYTT [51] adnotata est. Longe lateque grassabatur

XIII. art. 3. 4. — WINTRINGHAM comm. nosol. p. 319. — RUTTY *history of the weather at Dublin.* p. 17. — SWIETEN constit. epid. I. p. 350.

45) Diss. de febre catarrhali petechizante, nunc epidemice grassante. Francof. 1741.

46) Diss. de febre catarrhali maligna epidemice hactenus grassante. Erford. 1742. et: Diss. historia et curatio febris catarrhalis inter milites epidemica. Erford. 1745.

47) Diss. de febre catarrhali epidemica, cum tussi et coryza complicata, mensibus vernalibus anni praeteriti in plurimis Germaniae provinciis grassante. Erford. 1743. Recus. in A. HALLERI collect. disput. ad morborum historiam et curationem facientium. T. V. Lausan. 1758. p. 295. Cfr. A. v. HALLER *Beyträge z. Beförderung der Geschichte und Heilung der Krankheiten. Aus dessen Sammlung pr. Streitschriften in einen Auszug gebracht und mit Anmerkung. versehen von Dr.* L. CRELL. 2. *B. Berlin* 1781. p. 30.

48) Commerc. literar. Norimb. a. 1743. p. 188.

49) Ibidem p. 313.

50) *Prima raccolta d'osservazioni mediche* p. 174. (Epidemias ab annis 1323. ad ann. 1752. Florentiis observatas recenset).

51) *Medic. Bemerkung. u. Untersuchung. einer Gesellschaft*

tur epidemia a. MDCCLXII. descripta a D. MONRO[52]), ISENFLAMM[53]), J. FR. EHRMANN[54]), C. MERTENS[55]), E. GILCHRIST[56]), MACBRIDE[57]), G. BAKER[58]), WATSON[59]) et RAZON[60]). — Morbus noster

von Aerzten in London. 2. B. *A. d. E. Altenb.* 1764. *No.* 13. p. 166.

52) *Abhandl. von den Krankheiten, welche unter den Truppen im Felde und in Besatzungen am gewöhnlichsten sind. Mit Zusätzen des* BEGUE DE PRESLE, *unter dem Titel: Kriegsarzneywissenschaft.* 2. B. *Altenb.* 1771. p. 352.

53) *Versuch von denen Ursachen der gegenwärtigen allgemeinen Brustkrankheiten. Wien* 1762.

54) Diss. de morbo catarrhali benigno hoc anno inter nos epidemico. Argent. 1762.

55) Observationes medicae de febribus putridis, de peste nonnullisque aliis morbis. Vindobonae 1778. P. I. Cap. I. *Febris catarrhalis putrida* a. 1768. et T. II. Cap. 1. *Febris catarrhalis epidemica* a. 1762. Viennae observata.

56) *Observations on the catarrhal epidemic of* 1762. (*Essays and observat. physic. and litterar. Vol. III.* p. 409).

57) Introd. method. ad theor. et prax. med. T. II. cap. 6. p. 35. (Epidemias, quae Dublinii ann. 1729. 1732. 1733. 1737. 1743 et 1762. regnarunt, descripsit).

58) De catarrho et dysenteria Londinensi, epidemicis utrisque a. 1762. Libellus. Lond. 1764.

59) *Extract of a letter containing some remarks upon the catarrhal disorder, which was very frequent at London and its neigbourhood in May* 1762. (*Philosoph. transactions for the year* 1762. p. 646).

60) V. *Journ. de médecine, par* A. ROUX. *T.* 18. *Paris* 1763. p. 112.

noster etiam anno MDCCLXVII. et sequentibus ignotus non erat, ut testantur J. F. K. GRIMM [61]), BOEHMER [62]), HEBERDEN [63]), ABT [64]) et BAUMER [65]). Imprimis vero ille a. MDCCLXXV. in Anglia et *Scotia* caput extulit, ubi ipsum descripserunt ANTONIUS FOTHERGILL [66]), JOANNES FOTHERGILL [67]), J. PRINGLE, G. HEBERDEN, G. BAKER et H. R. REYNOLDS [68]), W. CUMING [69]), TH. GLASS [70]), ASH [71]), W. WHITE [72]), J. HAYGARTH [73]).

61) *Sendschreiben an Hrn.* v. HALLER *von der Epidemie von Eisenach in der ersten Hälfte des J.* 1767 *und den Mitteln wider dieselbe. Hildburgshausen* 1768.

62) Diss. de febre catarrhali maligna epidemica, angina gangraenosa stipata. Hal. 1768.

63) *The epidemical cold, in June and July* 1767. (*Medical transact. Vol. I.* p. 437).

64) Diss. de febre catarrhali epidem. maligna. Giess. 1772.

65) Pr. de febre catarrhali epidem. maligna. obs. Giess. 1773. Et: Diss. de febre epidemica catarrhali maligna. Giess. 1780.

66) *Mem. of the medical societ. of London. Vol.* 3. p. 30.

67) *Med. observat. — by a soc. of physicians in London. Vol.* 6. p. 340.

68) *Observations on the influenza in the year* 1775. *at London.* ibid. *Vol.* 6. p. 348. 349. 352. 355.

69) *Observations on the influenza in the year* 1775. *at Dorchester.* ibid. *Vol.* 6. p. 357.

70) *Observat. on the influenza in the y.* 1775. *at Exeter.* ibid. *Vol.* 6. p. 364.

71) *Observat. on the influenza in the y.* 1775. *at Birmingham.* ibid. *Vol.* 6. p. 377.

GARTH[73]), R. PULTNEY[74]), W. THOMSON[75]), G. SKENE[76]), CAMPBELL[77]), G. GRANT[78]). Eundem morbum circa hoc tempus in Germaniam reliquasque Europae provincias pervenisse, ex M. STOLLII[79]), BURSERII[80]), aliorumque[81]) operibus elucet. Quid quod per eum simul Americam infestatam fuisse, PERKINS[82]) et HILLARY[83]) testantur.

72) *Observat. on the influenza in the y.* 1775. *at York.* ibid. *Vol.* 6. p. 383.

73) *Observ. on the influenza in the y.* 1775. *at Chester.* ibid. *Vol.* 6. p. 389.

74) *Observ. on the influenza in the y.* 1775. *at Blandford in Dorsetshire.* ibid. *Vol.* 6. p. 402.

75) *Observ. on the influenza in the y.* 1775. *at Worcester.* ibid. *Vol.* 6. p. 403.

76) *Observ. on the influenza in the y.* 1775. *at Aberdeen.* ibid. *Vol.* 6. p. 404.

77) *Observ. on the influenza in the y.* 1775. *at Lancaster.* ibid. *Vol.* 6. p. 405.

78) *A short account of the epidemic cough and fever* 1775. *in a letter to Dr.* DELACOUR *at Bath. Lond.* 1776.

79) Ratio medendi. P. I. p. 22. Vindobon. 1778.

80) Instit. med. pract. Tom. I. §. 445.

81) *Description et traitement de la fièvre catarrhale épidémique observée en* 1732. *parfaitement semblable à celle qui s'étend journellement en Europe, vulgairement appelée la grippe. Montauban* 1776.

82) *Sur la nature et l'origine des fièvres catarrhales épidémiques extrait d'un mémoire remis à la société, par Mr.* FRANKLIN *(histoire de la soc. R. de médecine de Paris. Vol. I. p.* 206. *a.* 1776).

83) *On the weather and diseases of Barbadoes.*

stantur. Memoratu dignissimae epidemiae MDCCLXXXII. memoria nostro adhuc ae get. Petropoli[84]) illa mense Februario p adparuit, ibique *influenza* dicta. Mense pr Poloniam, maris baltici oras, et Daniam ubi *catarrhus Russicus*, aut *Grippe*[85]) (qu men antiquius est) adpellabatur. Mense M Germaniam et Angliam; mense Junio in Sc mense Julio in Galliam, et mense Novem Bataviam migravit, ac tandem curriculun solum per universam Europam, sed imo p tum orbem terrarum absolvit. Stupenda l epidemia descripta est a J. D. Metzger[86] B. Ranoe[87]), C. Sträck[88]), Crell[89]), J. sen[90]), Ph. L. Wittwer[91]), G. Grant[92]

84) Putant nonnulli, illam Astrachanii exortam, kium, et tandem Petropolim propagatam esse.

85) *Grippe* a vocabulo Polonico *Chrypka*, quod r nem significat? Non igitur a nominibus gall *grève*, *la grive*, ut Grant (l. c.) contendit?

86) *Beyträge zur Geschichte der Frühlings-Epide* J. 1782. *Königsberg* 1782.

87) Observationum medico-practicarum subseci decas. No. 1. Symbola ad historiam catarrhi 1782. epidemice grassantis. (Acta R. soc. med niensis. Vol. I. p. 451).

88) Diss. de catarrho epidemico a. 1782. Mogunt

89) Historia catarrhi epidemici a. 1782. Helmst. 1

90) *Kurze Nachricht von der epidemischen Schnupfen heit u. der Beschaffenheit der Luft* 1781. 1782. 1782.

HAMILTON[93]), G. FALCONER[94]), E. GRAY[95]), C. M. SMYTH[96]), J. P. MICHELL[97]), C. H. A. ROY[98]), S. G. VOGEL[99]), LENTIN[100]), J. WARREN[101]) aliisque[102]). Num febres catarrhales annis proxime sequen-

91) l. c.

92) *Observations on the late influenza . . . as it appeared ad London in* 1775—1782. *Lond.* 1782. (*Samml. auserles. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 10. *B.* p. 234).

93) *Some remarks on the influenza that appeared in Spring* 1782. (*Memoirs of the medical society of London. Vol. II.* p. 418).

94) *Account of the epidemic catarrhal fever called the influenza. Lond.* 1782. — Et: *Mem. of the med. soc. of London. Vol. III.* p. 25.

95) *An account of the epidemic catarrh of the year* 1782. (*Med. communications. Vol. I.* p. 1).

96) *Remarks on the influenza of the y.* 1782. (ibid. *Vol. I.* p. 1).

97) *Vaderlandsche Letter-Oefeningen. Deel. IV. No.* 10. p. 389. (*Samml. auserles. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 8. 1. *Hft.* p. 14).

98) *Waarneeming van eine kwaadaartige Zinkingskoorts, welke in het Roomsche Meisjes-Weeshuis te Amsterdam in de Maunden Nov. en Dec.* 1782. *en Jan. en Febr.* 1783. *geregeerd heeft.* (*Handel. van het Genootsch. Servandis civibus. Deel* 9. *Bl.* 337.).

99) *Handbuch der prakt. Arzneywissensch. Stendal* 1785. 2. *Th.* p. 201.

100) *Beyträge zur ausübenden Arzneywissenschaft. Wien* 1800. 1. *B.* p. 25.

101) *Description of the influenza of America. Y.* 1782. (*Memoirs of the med. soc. of London. Vol.* 4.).

102) *An account of the epidemic disease called the in-*

sequentibus a J. D. METZGER[103]), WOLF[104]), WEGENER[105]), GILIBERT[106]), G. CURRIE[107]) observatae, ad eandem epidemiam pertinuerint, nec ne, determinare non audemus. Certissime nova fuit epidemia a. MDCCCIII., quam ipsimet Parisiis mensibus Februario et Martio, dein Londini mensibus Aprili et Majo observavimus. Praecedentis ea circiter iter secuta est. Legi de hac epidemia merentur opuscula HORSTI[108]), JONAS[109]), KORTUM[110]), KLEES[111]), SEDILLOT ejusque sociorum[112]), DOUBLE[113]), TARANGET[114]), VI-

fluenza, of the y. 1782. *collected from the observations of several physicians in London and in the Country by a Committee of the Fellows of the R. College of Physicians in London.* In *Medical transact. Vol. III.* p. 54.

103) *Beyträge zur Geschichte der Frühlingsepidemie im J.* 1800. *Altenb.* 1801.

104) In HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilkunde.* 9. *B.* 4. *St.* 10. *B.* 1. *St.*

105) Diss. de febre maligna catarrhali per Slesvici et Holsatiae loca maritima grassante. Kil. 1789.

106) *Resumé des observations des médecins de Lyon, sur la fièvre catarrhale, qui a regné dans cette ville en Vendem. Brum. et Frim. l'an IX.* (*Recueil des actes de la société de santé de Lyon.* Tom. 2. p. 369).

107) *Short account of the influenza which prevailed in America in the y.* 1789.

108) HUFELAND's *Journal.* 2. *B.* 109) Ibidem. 2. *B.*

110) Ibidem, 13. *B.* 3. *St.* 111) Ibid. 16. *B.* 4. *St.*

112) *Journal général de médecine. T. XVI.* p. 126. V. *Sammlung auserles. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 21. *B.* 2. *St.* p. 110.

Vimont [114]), Charpentier [115]), L. Defferari [117]), nec non responsa quinquaginta novem medicorum ad quaestiones a societate medica Londinensi circa illam propositas [118]). Annis quoque sequentibus febrium catarrhalium epidemiae potissimum in Gallia observatae ac descriptae sunt a J. C. Gasc [119]), Roux [120]), Bourjat [121]), Barrey [122]),

113) Ibid. *Tom. XVI.* et *Abhandl.* p. 133. 145.

114) *Observation sur l'affection catarrhale, qui a regné dans quelques départements du Nord de la France dans les premiers mois de l'an XI.* (*Annales de la soc. de médecine de Montpellier. T. I. part.* 2. p. 201).

115) *Reflexions sur les maladies catarrhales, qui ont regné pendant l'an XI. à Château-Saline precedées d'un essai sur la topographie médicale de cette ville.* (ibid. *T. IV.* p. 129).

116) *Observations sur le catarrhe épidémique à Niort.* (ibid. *T. 7.* p. 153).

117) *Rapport fait à la société médicale de Genes sur l'épidémie catarrhale, qui a regné dans la Ligurie l'an* 1803. *Traduit de l'italien.* (ibid. *T. VII.* p. 162).

118) *Mem. of the med. soc. of London. Vol. VI.* p. 266. 272. 290. 293. 299. 300. 305. 318. 326. 330. 339. 343. 347. 350. 354. 358. 375. 380. 390. 398. 404. 406. 411. 416. 421. 428. 433. 437. 441. 447. 448. 453. 454. 459. 462. 470. 479. 483. 490. 498. 501. 505. 507. 514. 517. 521. 533. 539. 543. 545. 559. 565. 571. 575. 577. 578. 582. 592. 596.

119) *Mémoire sur une fièvre catarrhale maligne observée à Tonneine vers la fin de l'automne de l'an* 1805. *et le commencement de l'hiver* 1806. (*Annales de la société de médecine de Montpellier. T. VIII.* p. 193).

REY[122]), PY[123]), HORTEL[124]), MAYNEC[12… RIN[126]), LACORDAIRE[127]), BYLON[128]) aliis…

120) *Notices sur les maladies catarrhales, qui ont … Seurre.* (GRAPERON *bulletin des sciences médi… II.* p. 11).

121) *Reflexions sur les causes matérielles ou effici… catarrhe épidémique (extrait).* (*Annuaire de l… de médecine du département de l'Eure. A.* … 170).

122) *Rapport sur une épidémie de fièvre catarrha… regné dans le village de la Tour de Serre du … au 12. Avril* 1807. (*Annales de la soc. de … Montpellier. T. II.* p. 305).

123) *Mémoire 1. sur le catarrhe épidémique, qui … à Narbonne* (ibid. *T. VII.* p. 225). *Memoire … fièvre catarrhale grave* (ibid. *T. X.* p. 5. 69). *d'une fièvre catarrhale pleuritique, qui a regné … bonne . . . . pendant les quatre premiers mois …* 1810. (ibid. *T. XXIII.* p. 301).

124) *Histoire des fièvres catarrhales, qui regnent … nolee dans le val de Ribas en Espagne. Extrait … port avec quelques considérations sur l'influence … mate, par Mr.* DOUBLE. (SEDILLOT *recueil pe… de la soc. de méd. de Paris. T. XXVII.* p. 17).

125) *Mémoire sur la fièvre catarrhale, qui pendant … mier semestre de* 1810. *a regné épidémiquement … département du Lot. Partie* 1. 2. (ibid. *T. X…* 209. 313).

126) *Observations cliniques sur les catarrhes épid… qui ont regné à Toure pendant les premiers six … l'an* 1813. (ibid. *T. XXXIII.* p. 313).

127) *Observation sur une affection catarrhale épid…* (*Bulletin de la soc. de méd. de Paris* 1815. p. 38…

§. XIV.

Symptomata. Necroscopia.

1. Febres catarrhales *solitae* ordiuntur a sensu aegritudinis ac lassitudinis, quibus sub vesperam frequens horripilatio, intercurrente calore, accedit. Pulsus fit sano frequentior et plenior. Urget plus minusve sitis. Haec singula circa mediam noctem aegrotum minori vi affligunt. Remissio non solum ad matutinum tempus, sed ad solis occasum usque protrahi solet. Praeterea serius ocius animadvertuntur capitis, praecipue circa sinus frontales, gravitas, dolor ruborque oculorum, lachrymatio, obturatio narium, emungendi continua necessitas, sternutatio, abolitio odoratus, calor et siccitas oris, sapor depravatus, lingua albida, screatus frequens, raucedo, deglutitionis quaedam difficultas, rubedo faucium, titillatio laryngis, sensus ponderis ad pectus, maximo

8. febrium catarrh. solitarum.

128) *Korte aanteekening wegens eene algemeene Ziekte doorgaans genaamd de Knokkelkoorts.* (*Verhandel. van het Bataviaasch Genootsch. Ed. Batw. Deel* 2. *bl.* 17. 6. *Edit. Roterodam. Deel* 2. *bl.* 176.).

129) *Rapport sur l'épidémie regnante (fièvre catarrhale) a.* 1805 *et* 1806. *lû à la société de Marseille dans la Séance du* 1. *Févr.* 1806. *par la commission nommée à cet effet.* (*Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T. XV. hist. T. III.* p. 69). — Hufeland's *Journ. d. prakt. Heilkunde.* 1. *B.* 24. *B.* 2. *St.* p. 110. — Zeviani *opuscolo sul catarro epidemico.* (*Memoria della soc. Italiana. T. XI.* p. 476).

xime vero tussis, primum sicca, dein spu
cosis, ductilibus, interdum striis sanguin
tatis, tandem puriformibus insignita. Inf
adultisque nonnullis haec tussis vomitum
In plurimis illa somnum impedit. Excitan
tissimum tussis insultus inspiratione pı
(caeterum dolorem nullibi provocante), s
natione, vagitu, corporisque motu. De
tamen undique concessus. Ciborum desi
quandoque auctum, utplurimum vero i
tum. Pusiones mammarum papillas, qua
arripiebant, mox respuunt[1]). Alvus mo
structa, modo liquida, raro normalis. U
plurimum ignea. Sudor, praesertim parti
multis singulas remissiones concomitatu
dumtaxat versus morbi finem, videlice
septimum diem, raro citius, saepe seri
cunda nimirum, tertia quartave hebdoma
paret, isque super universam corporis sup
extensus. Sequitur plerumque urina cu
mento puriformi. Nares, excreta mater
formi, sputis non dissimili, liberae
Caeterum quaedam tussis, in aegrotis
sanis mox evanitura, saepe restat.

S. febr. catarrhal. insolitarum.

2. Febres catarrhales *insolitae*[2]) a p

1) Arduum enim foret, ore repleto naribusq
obstructis, spiritum ducere.

2) *Influenza; la Grippe; Russischer Katarrh*, E
tarrh. (SPRENGEL's *Handb. d. Patholog.* 2. T

virium dejectione[3]) et temulentia incipere solent[4]). Haud raro vertigo[5]), interdum auditui gravi nupta[6]); obvenit. Aegroti de capitis obtuso dolore conqueruntur. Dolor iste praecipue transversim regiones supraorbitales detinet[7]). Sunt, qui palpebras movere nequeant[8]), quique lucem aegre ferant[9]). Oculi interdum splendore destituti[10]). Facies modo est collapsa, modo tumidula[11]). Dolet praeterea dorsum dolentque lumbi[12]). Nonnunquam extremitatum et surarum[13]) percipiuntur cruciatus. Febris a pauco frigore ordiri solet[14]); visum tamen illud est concutiens[15]). Calor sequitur intensus cum cute sicca[16]), multaque siti[17]). Pulsus frequens, mollis, interdum parvus[18]), et intermittens[19]). Gra-

3) Major erat virium lapsus in epidemia 1803. quam fuerat in illa 1782. (Metzger l. c.).

4) Gravem morbum exspectavi, dum febri catarrhali, a. 1803. Parisiis grassante, correptus eram.

5) Grant l. c. (a. 1782).

6) Wittwer l. c. (*Schwindlige Taubheit des Kopfes*).

7) Hamilton l. c. Wittwer l. c. (*Ein queer über den Augen liegender Schmerz*).

8) Hamilton l. c. 9) Hamilton l. c.

10) Wittwer l. c. 11) Idem l. c.

12) Sydenham, Grant, Range, Wittwer ll. cc.

13) Wittwer l. c. 14) Michell l. c.

15) Wittwer l. c. 16) Michell l. c.

17) Wittwer, Hamilton ll. cc.

18) Sydenham, Grant ll. cc.

19) Wittwer l. c.

vis est coryza atque e naribus serum adeo acre manat, ut labium superius inde erodatur[20]). Vehemens observatur in multis sternutatio[21]), per quam capitis dolor augetur[22]). Haud raro est epistaxis[23]). Raucedo saepe difficultati deglutiendi jungitur[24]). Nonnulli sensum globi in faucibus haerentis percipiunt[25]). Fere omnes anxietate[26]) et pectoris angustia[27]) laborant. Tussis haud raro sputum cruentum largitur[28]), pectorisque dolorem socium agnoscit[29]). Plurimis epidemiis familiares sunt dolor epigastrii[30]), anorexia et nausea[31]), pertinaxque vomitus[32]). Alvus plerumque obstructa[33]); interdum diarrhoica[34]). Urina crassa[35]). Febris cum reliquis symptomatibus vespere exacerbatur, fugato omnino somno nocturno[36]). Alias sopor et quandoque stupiditas, delirium[37]), convulsiones, maculae lividae cutis[38]), abdominis saevi dolores, dysuria[39]), et ischuria[40]) observari solent.

20) Hamilton l. c. 21) Wittwer l. c.
22) Hamilton l. c. 23) Hamilton l. c.
24) Ranoe l. c. 25) Hamilton l. c.
26) Michell l. c. 27) Hamilton l. c.
28) Ranoe, Metzger ll. cc. 29) Hamilton l. c.
30) Michell l. c. 31) Michell l. c.
32) Saillant (a. 1744.), Ranoe, Michell, Wittwer ll. cc.
33) Metzger l. c. 34) Wittwer l. c.
35) Saillant l. c. (a. 1744.) Grant l. c.
36) Michell l. c. 37) Wittwer l. c.
38) Saillant l. c. (a. 1744).
39) Saillant l. c. (a. 1744). 40) Michell l. c.

solent. Morbus modo trium quatuorve dierum spatio terminatur, modo ad hebdomadem tertiam [41]) et longe ultra protrahitur. Finem comitantur sudor, urina foetida [42]), diarrhoea [43]), abscessus aurium [44]), ptyalismus [45]), hydroa circa labia [46]), epistaxis [47]), furunculus [48]).

3. Phaenomena, ad anatomiam pathologicam morbi nostri spectantia, jam in prima praesentis operis editione [49]) sequentibus verbis descripsimus. Sectis, ajebam, permultis cadaveribus hominum, qui ex febribus catarrhalibus tum sporadicis tum epidemicis defuncti sunt, constanter *inflammationem* internae superficiei *bronchiorum* detexi. Eorum cavitas utplurimum mucum spumosum, non raro sanguine tinctum, offerebat. Ipsa vero pulmonis substantia omnis inflammationis expers erat, si excipiamus externam illorum superficiem, hinc inde roseo colore notatam. Nonnunquam serum vel lympha coagulabilis, ad uncias paene multas, in cavitatibus thoracis inventa est. Necroscopia.

§. XV.

41) Metzger l. c. 42) Michell l. c.
43) Ranoe l. c. 44) Hamilton l. c.
45) Ranoe l. c. 46) Ranoe l. c.
47) Ranoe l. c. 48) Michell l. c.
49) Itaque a. 1811. longe ante Badhami de bronchitide opus, addidi (§. LXV. No. 6.): „. . . . rectam habebis febrium catarrhalium *saltem fortiorum* ideam, si eas pro inflammatione bronchiorum, sive pro *bronchitide* consideres.“

§. XV.

C a u s s a e.

C. praedisponentes. 1. Febres catarrhales, vulgo *influenza, grippe*, fere nemini parcunt[1]), atque ita supra terram et supra mare migrant[2]). Facillime corripiuntur juvenes[3]), et

1) „Hoc tempore (ab a. 1728. — a. 1737.) hanc regionem (Angliam) infestavit morbus, omnium, quotquot ego saltem memini, maxime epidemicus; *omnes pervasit domus, pauperum tabernas regumque turres:* vix unus aut alter, rure vel in urbe, senex aut puer, robustus aut infirmus, evasit." (Huxham l. c.). — Nemini parcebat, „ita, ut etiam hunc catarrhum diversis morbis chronice decumbentes invasisse observaverim." (Ranoe l. c.). — „*In sehr vielen Häusern war die Herrschaft nebst dem Gesinde krank, so dass jene sich fremde Leute zur Bedienung miethen mussten.*" (Metzger l. c.). — St. Albani deerant morbi epidemici culpa milites pro excubiis (Hamilton); Londini ex eadem caussa deficiebant actores pro spectaculis theatri *Drury Lane* (Metzger l. c.). — „*Sie (die Influenza) wurde so allgemein und heftig (in Wien 1782), dass öfters die Mannschaft auf den Militair-Wachen abgelöst, und sogar das Theater auf acht Tage geschlossen werden musste.*" (*Wien's Geschichte, Beschreibung u. s. w. 1. B.* p. 290. *Wien* 1824). Idem circiter ibidem accidit a. 1803. — Eodem tempore Parisiis epidemia effecit, ut necessarius veredariorum et aurigarum numerus pro servitio publico desideraretur.

2) Hamilton l. c.

3) Perkins l. c. („*L'épidémie* (1745.), *qui affecta particulièrement les jeunes gens et ceux d'un age moyen*").

et feminae[4]); minus infantes[5]), quos contra facillime febres catarrhales solitae adgrediuntur, praesertim sub primo dentitionis opere. Febres hujusmodi maxime habitui corporis molli et laxo, atque temperamento sanguineo-phlegmatico addictae sunt. Favent praeterea illis rerum positiones omnes, quae ad febres rheumaticas disponunt[6]).

2. Epidemiae supra commemoratae neutiquam repeti possunt a vicissitudinibus repentinis atmosphaerae[7]), a nebulis[8]) ab Euro[9]), a quibus febres catarrhales solitae, instar rheumaticarum, nasci solent[10]). Ignota hinc annua constitutio accusari debet[11]). *Contagii* suspicio a plurimis jactata[12]), propterea, quod morbus uno temporis ictu[13]) C. excitantes.

4) Wittwer l. c. 6) Wittwer l. c.

6) Cap. II. §. IX. No. 2.

7) Contra opinionem, quam Michell, Wittwer aliique tuebantur.

8) Saillant (a. 1780. Parisiis), Schnurrer op. c. T. 2. p. 198.

9) Morgagni l. c. 10) Cap. II. §. IX. No. 3.

11) Variae sunt annorum constitutiones, quae neque calori, neque frigori, non sicco humidove ortum suum debent, *sed ab occulta potius et inexplicabili quadam alteratione* in ipsis terrae visceribus pendent, quae humana corpora huic vel illi morbo addicunt determinantque, stante scilicet praefatae constitutionis dominio." (Sydenham de morb. epid. opp. T. I. p. 22).

12) Grant, Cullen, Metzger, Wolf, Most ll. cc.

ictu[13]) integras provincias infestat, ita, ut a simplici contactu et communicatione tanta propagationis velocitas pendere non possit, minime admittenda[14]). Probabilius igitur est caussam febrium catarrhalium insolitarum pendere a conditione insolita atmosphaerae aut a praesentia materiae cujusdam acris in ea latitantis, a *miasmate* videlicet sive ventorum ope advecto, et quaquaversum disperso[15]), sive pedetentim e variis globi terre-

13) „Circa finem Aprilis (1658.) *derepente* emicuit affectus, *qui velut afflatu quodam a sideribus emissus*, *quam plurimos una corripuit*, ut in quibusdem oppidis, unius septimanae spatio, plus quam mille homines *simul* decumberent.“ (Willis l. c.),

14) Pulchre Sir Gilbert Blane (*the Edinburgh medical and surgical Journal. July* 1825. *No. LXXXIV.* p. 61.): „. . . *that if any disorder affecting a whole community ariees from some noxious principle in the soil and air, it must, in the nature of things, attack simultaneously all who are exposed to it; whereas, if it proceeds from any morbid principle generated in the human body, its attack will be progressive; a certain space of time being necessary for it to pass from individual to individual, and still more from one region or community to another.*“

15) Huxham, R. Whitt, Metzger ll. cc. Juch l. c. — Selle med. clin. p. 126. — Weikard in Baldinger's *n. Magazin für Aerzte.* 4. *B.* 3. *St.* — Hecker *die Kunst, die Krankheiten der Menschen zu heilen.* 2. *Aufl. Wien* 1803. 2. *Th.* p. 274. — G. W. Cp. Consbruch *clinisches Taschenbuch für prakt. Aerzte.* 4. *Aufl. Grätz* 1807. 2. *B.* p. 342.

terrestris locis eructato, et contiguo aëri communicato. Tale miasma ab *exhalationibus mineralibus* [16]) aut ab *electricitate* [17]) repetere, hypothesis est, cui quodammodo favet observatio, febrium catarrhalium indicatas epidemias nonnunquam serius ocius post terrae motus [18]), explosiones vulcanicas [19]), et meteora ignea [20]) exortas fuisse. Ast quum haec portenta saepius obvenerint, quin illae epidemiae secutae sint, nexum illa inter et has, qui adlatae hypothesi opitulari posset, desideramus. Idem de opinionibus valet, tales epidemias omni vigesimo anno cyclum absolvere [21]), atque a solutione nivium in montibus glacialibus ad polum arcticum [22]), aut ab insectis [23]), aut ab excessu oxygenii [24]) pendere. Memorabile est, *fere* [25])

16) Sydenham l. c.

17) Sprengel l. c. 2. *Th.* p. 120. — Most l. c. §. 102.

18) A. 1580. (in Anglia, Gallia), 1703. (Romae) Saillant l. c. Schnurrer l. c. *T.* 2. p. 247. 252. a. 1712. (multis in locis).

19) A. 1677. (*Isle de Fer*) Saillant l. c. — a. 1767. Schnurrer l. c. p. 348.

20) A. 1676. (in Italia et Turcarum imperio). A. 1737. (in Anglia). Saillant l. c.

21) Most l. c. §. 69. et §. 115 sq. (epidemiis a. 1742. 1762. 1782 et 1802. innixus). Attamen ubi est praedicta illa anni 1822?

22) Most l. c. §. 86. Cfr. Metzger l. c. p. 61.

23) Cfr. Metzger l. c. p. 60. — Vogel l. c. 2. *Th.* p. 206. *Anmerkung*. — Most l. c. §. 101. p. 139.

24) Langguth l. c. — Most l. c. §. 107 — 114.

fere[25]) omnes hujus generis epidemias, quasi barbarorum incursiones aemularentur, inter Europae saltem confinia, a septemtrione ad meridiem migrasse.

C. proxima. 3. Ad *caussam proximam* febrium catarrhalium quod spectat, illam in peculiari affectione membranae pituitariae cavitates narium, faucium, laryngis et bronchiorum investientis locamus, cui in morbo solito, perspiratio cohibita, in insolito autem, peculiaris irritatio ansam porrigunt. Ille igitur morbus a febribus rheumaticis dumtaxat relate ad *sedem* differt[26]); hic autem *specificus* est[27]). Quum et febres catarrhales solitae rheumaticarum instar epidemice grassari possint; specificas illas consulto non unico nomine *epidemicarum* compellavimus. Placuit potius denominatio *morbi insoliti*, a Grant[28]) deprompta.

§. XVI.

D i a g n o s i s.

Facilis confusio. 1. Febres catarrhales cum *febribus intermittenti-*

25) Epidemia a. 1580. a meridie ad Septemtrionem tendebat.

26) „Quae fluxiones fiunt ad pulmones, asperam arteriam et alias cavitates corporis, *catarrhi*; quae vero ad artus, *rheumata* sunt aut *rheumatismi*." (Galeni comment. 3. in Hippocratis aphorismos). Et sequens distichon:

„Si fluat ad pectus, dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares esto coryza."

27) Mosy op. c. §. 13. 28) l. c.

tentibus, *typho*, *morbillis*, *croup*, *peripneumoniis*, *phthisi pulmonali incipiente*, *coqueluche*, *catarrho* et *coryza* confundi possent.

2. Periculum confusionis *febrium catarrhalium* cum *febre intermittente quotidiana*, *s. tertiana duplici* et *subcontinua* (quod jam dudum medicorum attentionem excitavit[1])), facile intelligitur, si perpendatur, febres illas saepe remissiones adeo protractas agnoscere, ut speciem apyrexiae imperfectae prae se ferant; hasque interdum complicationem catarrhalem sociam habere[2]). Verum febris intermittens quotidiana, tertiana duplex, et subcontinua *horis antemeridianis* invadunt[3]); catarrhalis contra *vespere* exacerbatur. Ibi paroxysmus exquisito *frigore*; hic exacerbatio inter- Dist. a febribus intermittentibus.

1) Strack l. c. p. 25. Lafont-Gonzi *mémoire sur cette question: Les fièvres catarrhales graves différent elles essentiellement des fièvres remittentes pernicieuses?* (*Mém. de la soc. méd. d'émulation. a.* 6. p. 322). — Favart *mém. sur les fièvres catarrhales graves et remittentes pernicieuses.* (*Actes de la soc. de méd. pratiq. de Montpellier. a.* 1804—1806. *Mém.* p. 3). — J. C. Jacobs diss. de febribus perniciosa remittente et catarrhali gravi. (ibid. *Mém.* p. 119). — Gaillard de febrium catarrhalium cum remittentibus perniciosis comparatione. Diss. ibid. p. 161. — *Rapprochement des fièvres catarrhales graves et fièvres intermittentes pernicieuses.* (*Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 16. *Hist. T.* 4. p. 843).

2) P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXVIII. No. 17.

3) Ibid. No. 9 et 10.

intercurrente *calore* incipit. Tandem dubia in diagnosi etiam notiones morborum plus minusve regnantium resolvuntur[4]).

Feb. catarrhal. simplex. 3. *Febris catarrhalis* nobis est *simplex*, dum illa modo supra indicato[5]) decurrit. Ipsa haec denominatio etiam febribus catarrhalibus insolitis, ubi lenissime adfligunt, convenit.

Feb. catarrhal. complicata. 4. Febres catarrhales pro *complicatis* declaramus, dum praeter symptomata catarrhalia illa febribus inflammatoriis, rheumaticis, gastricis et nervosis propria exhibent.

Feb. catarrh. inflammatoria. 5. Symptomata *inflammatoria* febribus catarrhalibus superaccedere solent; si aeger fuerit robustus, floridus, juvenis, plethoricus et liquorum fermentatorum potui addictus; si evacnationes habituales inprimis menstrua et haemorrhoides suppressae fuerint; si annua vel epidemica constitutio morbis inflammatoriis faveat, sique methodus medendi calefaciens adhibita fuerit. Nec rarum est hac sub rerum positione membranam mucosam narium, faucium, laryngis et bronchiorum revera inflammari. Tali in casu morbus nomen febris catarrhalis gerere cessat, illudque ex loco inflammato desumtum, accipit. *Inflammationes* hujusmodi *catarrhales* id proprium habent, quod maxime membranis mucosis addictae sunt, quod muci puriformis secretionem largiuntur, quodque sedem facile mutant.

6. *Rheu-*

4) Strack, Wittwer ll. cc. 5) §. XIV. No. 1.

6. *Rheumaticam* salutamus *febrem catarrhalem*, quae praeter adfectionem membranae pituitariae, vias respiratus ambientis, simul affectione membranarum serum secernentium, musculorum, tendinum, ligamentorum et periostii stipatur. Quodsi istiusmodi partium affectio prae eâ membranae mucosae emineat; morbo potius nomen febris *rheumaticae* catarrhalis impertitur. Caeterum hic de uno eodemque agitur morbo, solum quoad sedem magis complicato, et, si febris simul cum notis inflammatoriis urgeat (*febris catarrhalis rheumatico - inflammatoria*) magis ad *pleuritidem* proclivi[6]). Feb. catarrhal. rheumatica.

§. XVII.

P r o g n o s i s.

1. Febres catarrhales *simplices*, in corpore caeterum bene constituto, periculo vacant. Longe aliter de *complicatis*, praecipue in hominibus jam antehac valetudinariis, in infantibus et senibus, maxime si perversa accesserit curandi ratio, sentiendum est, ut conspicua funerum sub epidemiis febrium catarrhalium copia docet[1]). Generalia.

2. *Fe-*

6) Sic sese res habebat in epidemia a LANCISIO descripta (opp. varia. de adventitiis coeli Romani qualitatibus), quae a nonnullis immerito ad febres catarrhales, vulgo *influenza*, referebatur.

1) Scriptores de febribus catarrhalibus epidemicis, vulgo *influenza*, uno ore fatentur, morbum per se fuisse insontem, ac funera unico rerum positionibus ad-

P. feb. catarrh. inflammatoriae. 2. *Febris catarrhalis inflammatoria* varii generis pericula portendit: 1° potest affectio inflammatoria membranae pituitariae cavitatum nasalium, *encephalo* communicari; tunc, quemadmodum saepe in infantibus accidit, sopor, vomitus, convulsiones, et, morbo haud rite curato, mors, praesto sunt; 2° potest irritatio membranae mucosae laryngem et tracheam investientis ad inflammationis usque gradum attolli, atque *croup*, cujus pericula in proprio tractatu exponentur, efficere; 3° potest idem hoc morbi augmentum in membrana interna bronchiorum locum habere et *bronchitidem* largiri. Et hacce ad inflammationem parenchymatis pulmonum dumtaxat gressus exstat.

P. feb. catarrhal. rheumaticae. 3. Quodsi agatur de *febre catarrhali rheumatica*, facile evenit, ut membranae serosae et fibrae musculares, quae locis affectione catarrhali prehensis proximae sunt, simul afficiantur. Hoc in casu *meninges* et praecipue *pleura* patiuntur, quin dici possit morbum e cavitatibus nasalibus et e bronchiis ad illas membranas pervenisse. Simul-

ventitiis fuisse adscribenda. Sic in epidemia a. 1782. a GRANT descripta, omnes aegroti, uno excepto, sanati fuerunt. In epidemia, quam a. 1803. Parisiis et Londini observavi, omnes, qui firma antehac sanitate fruiti erant, atque nunc rite tractabantur, convaluerunt. Strages, quas morbus ediderat, maxime phthisicis, qui ante terminum consuetum e medio tollebantur, adscribendae erant.

Simultanea haec plurimarum partium adfectio, per se jam molesta, periculosa evadit, si pars rheumate detenta revera inflammetur, et quidem propter phlogoseos exitum. Tali pacto febribus catarrhalibus *encephalitidem* et *pleuritidem* supervenisse atque ex istis *hydropem acutum cavitatis cranii* et *sacci pleurae* evolutum fuisse pluries vidimus.

4. Ubi febri catarrhali *complicatio gastrica* jungitur (sicut saepissime in epidemicis accidere solet[2])); varii generis pericula obveniunt. Urget enim periculum virium lapsus ex saburrarum et bilis in systema nervosum deleteria actione, urgetque illud affectionis membranae tubi intestinalis, aut ex stimulo saburrarum et bilis, aut ex ipsa huc delata caussa catarrhi. Quo magis tubi intestinalis conditio ad inflammationem accedit, quoque magis peritonaeum in consensum trahitur, eo pejor aegri status. P. feb. catarrh. gastricae.

5. Sicuti febris rheumaticae sub determinatis rerum positionibus[3]) in febres *nervosas* transire possunt; ita etiam *catarrhales*. Imo febres istiusmodi *epidemicae*, quatenus vires systematis nervosi mox a morbi initio deprimunt, prae caeteris P. feb. catarrh. nervosae.

2) Sydenham, Grant, Stoll, Vogel, Michell ll. cc. etc. Cfr. Villaine *observation sur une fièvre catarrho-gastrique avec malignité. (Annales de la soc. R. de médecine de Montpellier. T. XII.* p. 325).
3) Cap. II. §. XI. No. 2. 3.

ris talem minantur transitum. Caeterum suspicamur, nonnullos confudisse febres catarrhales cum typho[4]), symptomatibus catarrhalibus stipato[5]).

P. feb. catarrhal. ex peculiari aegror. conditione. 6. Quodsi febris catarrhalis ob fortuitas complicationes jam tot pericula portendat; quid de illa febre nidulante in corpore alioquin imbecillo, ad alienos morbos praedisposito aut ab illis jam depravato, exspectandum erit? — Respondeant medici, qui febres catarrhales curarunt in infantibus tempore primae dentitionis, in senibus ad affectiones soporosas proclivibus, in gravidis et puerperis, in hominibus, strumis, varicibus et tuberculis pulmonum, vitiis organicis cordis vasorumque majorum, nec non viscerum abdominalium laborantibus. — Audietis, febres illas, etiamsi per se insontes, sub allatis rerum positionibus (ex culpa quoque mechanici effectus tussis) provocasse hydrocephalum acutum, apoplexiam, abortum[6]), peritonitidem, accessus suffocationis, haemoptoën, phthisin pulmonalem, hydropem pectoris etc.

§. XVIII.

4) O. F. W. Frentzel de peculiari quadam febris malignae catarrhalis exanthematicae, purpuraceae — pustularis specie. (Acta acad. nat. cur. Vol. X. p. 260). — Dern l. c. Kannegiesser l. c.

5) J. C. Bertrand *mémoire sur un typhus catarrhal, qui a regné en Lithuanie.* (*Hist. et mémoire de la soc. de méd. prat. de Montpellier. a.* 1816. p. 3).

6) Grant op. c.

§. XVIII.

C u r a.

1. Prophylaxis febrium catarrhalium *solitarum* cum illa febrium rheumaticarum[1]) convenit. Attamen si febres catarrhales datis temporibus, praesertim circa aequinoctia, habituales fuerint, operae pretium foret, malo in plethoricis ope *phlebotomiae*, proxime ante indicatam epocham instituendae, occurrere. Homines compagis laxioris saepe habituales febres catarrhales, *decocto diaphoresin movente*, praepediunt[2]). Febres catarrhales *insolitas* nec morborum contagiosorum instar impedire[3]), nec jam praesentes, quemadmodum morbos constitutionales, evitare concessum est. Suadent quidem quotidie corporis superficiem pannis laneis perfricare, domum ante sumtum jentaculum non derelinquere, ante cubitum potus theatos cum pauxillo taphiae haurire, fumigationes varii generis instituere etc.; sed, ut experti sumus, sine successu. Quamobrem satius erit, tempore, quo talis *influenza* grassatur, civibus inculcare, ut ordinatissime vivant, eo fine, ut ingruens morbus a complicationibus saltem Prophylaxis.

1) Cap. II. §. XII. No. 1.

2) Consilio Fr. Hoffmanni l. c.

3) Proponit quidem Mostius (l. c. §. 145.) cautelas adversus pestem valentes et adversus febres catarrhales epidemicas valere; probatur inde cl. virum nunquam vidisse quo pacto febres catarrhales insolitae uno temporis puncto integras provincias invadunt.

saltem liber maneat. Imprimis evitandae sunt res, nexum cum peculiari epidemiae genio habentes, e. c. si character morbi fuerit inflammatorius — potus liquorum fermentatorum, alimenta nimis succulenta; si fuerit gastricus — crapula, cibi crudi; si nervosus — evacuationes nimiae, animi pathemata deprimentia etc.

C. feb. catarrhal. simplicium. 2. *Cura febrium catarrhalium simplicium* illi febrium rheumaticarum simplicium respondet. Ordinato hinc indicato regimine diaetetico [4]), et praeterea *silentio*, morbus naturae committitur, ut decursum suum placide absolvere possit. Haec regula, testimonio omnium [5]) maxime valet, quum de *influenza* in hominibus, caeterum bona constitutione donatis, agitur. Solum ad tussim leniendam *pharmaca emollientia*, *mucilaginosa* et *oleosa*, potissimum sub forma linctus [6]), praescribuntur. Ad finem jam jam vergente morbo, naturaque salutarem sudorem molliente, pharmaca

4) l. c. No. 3.

5) Bockel, Sporisch, Sydenham, Grant, Hamilton, Metzger, Wittwer etc.

6) R. Mucilaginis gummi arabici, syrupi violarum ana unciam unam. Aquae fontis uncias quatuor. M. cap. cochleatim. Vel: R. Olei amygdalarum dulcium recenter expressi unciam semis. Mucilag. gummi arabici, syrupi althaeae āā unciam unam. M. Vel: R. Radicis salep grana quindecim. Coq. c. s. q. aquae per quartam horae partem. Colaturae unciarum septem adde syrupi capillorum veneris unciam unam. M.

maca illa in vehiculo leniter *diapnoico*[7]) suppeditantur.

3. Febre catarrhali *notas inflammatorias* aut in universo corpore, aut in aspera arteria aut in bronchiis exhibente, in morbo *solito* sine induciis ad *phlebotomiam* e brachio confugiendum. Illa enim si juxta virium aegrorumque constitutiones instituatur, atque repetatur, semper valde proficua est. Neque hîc de solis adultis, sed etiam de infantibus, utut adhuc ubera sugentibus, loquimur. Quodsi illis vena brachii sauciari haud posset, lanceolae loco *hirudo*, uti docuimus[8]), adplicanda. Febre parum urgente, saltem in *infantibus*, symptomata localia, inflammationem cavitatum nasalium, asperae arteriae, bronchiorum aut inflammationis jam exortae propagationem ad cerebri medullam et pulmonis parenchyma minitantia, *hirudinibus*, pone aures, ad jugulum, et inter costarum, praecipue superiorum[9]), interstitia, applicitis, iisque pro re nata repetitis, abiguntur. Simul *nitrum* in vehiculo mucilaginoso ad modicas doses, ne inde tussis aut cardialgia excitentur, propinatur[10]).

C. feb. catarrh. inflammat. solitar.

F 2 Tem-

7) E. c. pro linctu aquae fontis loco, illa sambuci, vel tiliae.

8) Cap. I. §. VI. No. 3.

9) Ob originem arteriarum bronchialium ex intercostali prima, aut ex mammaria interna.

10) Nitri drachmam unam pro libra una decocti salep vel althaeae cum uncia syrupi liquiritiae.

Temperatura cubiculi esto fere similis illi, quam in febribus inflammatoriis commendavimus [11]. Febribus enim catarrhalibus inflammatoriis aura frigidiuscula (quam SYDENHAM [12], MONETA [13] et WEICKARD [14]) perperam in omni fere febre catarrhali suaserunt) debitos intra limites accommoda est. Morbus summum gradum attingens, uti *bronchitis*, ad quam tunc spectat, curandus.

C. feb. catarrh. inflammat. insolitarum.

4. *Febres* quidem *catarrhales inflammatoriae insolitae* phlebotomiam, aliarum instar exposcunt, at cum majore circumspectione. Docuit nimirum experientia, illarum febrium epidemias, etsi indiciis inflammatoriis stipatas, nihilominus venaesectiones generatim respuisse, ita, ut haec operatio dumtaxat in hominibus robustis ac plethoricis cum fructu locum obtinere potuerit. Alias enim virium summa jactura, haemorrhagiae effrenes et maculae cutis lividae sequebantur [15]. Tutior erat usus *cucurbitularum scarificantium* et *hirudinum* circa thoracem. Item *nitri*, *salis ammoniaci*;

11) Cap. I. §. VI. No. 1.

12) Aërem liberum revera in epidemia a. 1675. conduxisse monet. l. c.

13) *Abhandlung, dass die Kälte und das kalte Wasser in Katarrhalkrankheiten die besten Hülfsmittel sind. Warschau* 1776.

14) *Vermischte medicinische Schriften. I. St. Frankf.* 1778.

15) SYDENHAM, GRANT, HAMILTON etc. Idem in epidemia a. 1803. observatum est.

moniaci; saltem donec morbus ad statum simplicitatis reductus, naturae committi potuerit.

5. In *febribus catarrhalibus rheumaticis* eadem sane methodus medendi, quae affectioni catarrhali respondet, etiam rheumaticae convenit. Interea cum hisce in febribus plurima corporis humani systemata simul patiantur, utut symptomata caeterum mitiori modo decurrant, nihilominus ad *venaesectionem* libenter confugimus. Ea haud indicatâ, aut satis praemissâ, *evacuationibus sanguinis localibus* tanto magis indulgendum, quanto propius rheuma ad partes, catarrho laborantes, accedit. *Nitro* hac sub rerum positione non solum ut auxilio antiphlogistico, sed quoque ad secretionem urinae promovendam indulgendum est. Maxime enim interest in adfectionibus rheumatico-catarrhalibus, ut effectibus secretionis seri morbosae, quam membranae serosae largiuntur, occurratur. Quamobrem etiam fracto impetu inflammatorio, citius quam in simplici febre catarrhali ad *vesicatorium*, prope locum praecipue affectum, confugimus, non omissis tunc et lenibus *diapnoicis* et *diureticis*. C. feb. catarrhal. rheumaticae.

6. Quamvis de cura *febrium catarrhalium gastricarum* (et *nervosarum*) sermo alio loco [16] fiet, hìc non reticendum, in illis, quae ad insolitas epidemias spectant, *emetica* maxime conducere [17]. Monitum respiciens emetica.

16) Cap. IV. §. XXIII. No. 15. — Cap. V. §. XXIX. No. 6.

ducere[17]). Verum etiam in febribus catarrhalibus gastricis, quae sporadice occurrunt, jucundum est observatu, morbum adspectu tam gravem, elicito bis terve vomitu, characterem malignitatis (de quo testari videbantur virium jactura, anxietas, jactitatio) amittere, ac postea mitissime decurrere. Emetica praeterea bronchia a pituita liberant, ideoque tussi et respirationi prospiciunt. Juvant itaque quam maxime in infantibus, ad sputa sponte ejicienda imparibus. Illis non minus quam adultis optime inservit *tartarus emeticus*[18]). Cujus usum si forte diarrhoea impediret, ad *radicem ipecacuanhae* confugiendum[19]). Sunt, qui infantibus ad excitandum vomitum *oxymel scilliticum*[20]) praescribant, — acre sane pharmacum! — *Purgantia* in febre catarrhali plerumque vires infringendo sputaque supprimendo nocere solent. *Eccoprotica* interdum excipi merentur.

7. Nil

17) Grant, Stoll, Wittwer ll. cc.

18) *Pro infante* unius anni. R. Tartari emetici granum unum. Solve in unica una aquae fontis destillatae. Cap. omni octava horae parte cochleare coffeanum, donec vomitus sequatur. *Pro adulto*. Grana tria tartari emetici in tribus aquae destillatae unciis. Cap. mox dimidium, et post octavas horae partes binis vicibus, quod reliquum est.

19) *Infanti* tot grana, quot annos aetatis numerat. Aut syrupi ipecacuanhae cochleare coffeanum ad vomitum usque. *Adultis* a scrupulo ad drachmam semis.

20) Cochleare coffeanum omni quarta horae parte.

7. Nil deterius in cura febrium catarrhalium, quam virium vitalium lapsus genuinus, talis videlicet, qui neque vi diatheseos inflammatoriae, neque effectibus phlogoseos, neque colluviei gastricae primarum viarum adscribendus est. Debilitas videlicet usum *pharmacorum excitantium* exposcere videtur, quae, utut quandoque debilitati occurrant, fere semper pectoris adfectionem aggravant. Hic revera medicus inter Scyllam stat atque Charybdim! — Nimia festinatio ad viam tutam neutiquam ducit. Qua de caussa praemisso amplo *vesicatorio* ad pectus, exhibitoque interne *sero lactis* leniter *vinoso*[21]), infusoque *salviae*, in reliquis morbum per nychthemerum unum alterumve naturae committimus. Re ita non in pejus ruente, spes affulget, fore, ut illa sanationis opus, concesso necessario tempore, absolvere possit: quare eadem continuatur medendi ratio. Contra si in dies malum augeretur, quin aucta simul in pulmonibus phlogosis incusari possit, quid regimen, quidque pharmaca pro re nata in cura febrium nervosarum commendanda valeant, experiendum. Ad haec ultima quod attinet, quaestio praesertim circa usum *camphorae*, *moschi* et *spiritus cornu cervi* versabitur. Praeterea ad sputorum rejectionem promovendam *vinum antimonii Huxhami*[22]), *sulphur auratum antimonii*[23]),

Monitum respiciens excitantia.

21) Grant l. c.

22) *Pro adulto.* R. Aquae salviae uncias septem. Vini

uli[23]), *radix polygalae senegae*[24]) praesto sunt. Interdum *cataplasma emolliens* sterno impositum, — nec non *vapores* aquei ope spongiae vel machinae, a MUDGES[25]) detectae, attracti, adlato scopo respondent. Saepe vero hujusmodi vapores potius calefaciunt, tussimque exasperant.

Monita ad aegrorum peculiarem conditionem respicientia. 8. Difficultates, quae in cura morbi nostri obveniunt, haud raro *peculiari* potius *singulorum aegrotorum conditioni*, quam indoli ipsius febris catarrhalis adscribendae sunt. Illarum communissima est *conditio aegri scrophulosa*. Hoc enim in casu pulmones glandulis lymphaticis induratis utplurimum referti sunt, quae glandulae irritationis inflammatoriae membranae pituitariae bronchiorum participes factae, felicem morbi exitum retardant, et saepe, proh dolor! orta phlogosi et inde suppuratione (phthisi *pulmonali*) in aeternum impediunt. Funestus iste eventus vix evitandus est, si medicus obstaculum, quod hic in febre catarrhali curanda invenit, pharmacis irritantibus, praecipue iis, quae, ut calomel, peculiarem vim in systema glandularum lymphaticarum exercent, vincere conatur. Contra multum ab

antimoniati Huxhami drachmam unam. Syrupi rosarum unciam unam. M. D. S. Secunda quaque hora capiat unciam unam.

23) Pro adulto granum semis pro dosi omni tertia hora.

24) Drachmae duae pro colatura librae unius decocti.

25) *Treatise on the medical and expeditious cure for a recent catarrhus-cough. London* 1779.

ab emollientibus, a regimine, et tandem a methodo, quam contra stadium evolutionis acutae phthiseos scrophulosae commendamus [26]), obtinetur. Altera communis difficultas metuenda, ubi febris catarrhalis in *hominibus haemorrhoidariis* decurrit. Irritatâ nimirum membrana pituitaria aut narium aut bronchiorum, quid mirum, si congestiones in venis, alioquin morbose dispositis, aut encephali aut pulmonum locum obtineant? Hoc ultimo in casu sub febrium catarrhalium solitarum decursu, pulsum irregularem, alias morientibus proprium, accessus suffocationis, interitum jam jam minantium observavimus. Attamen aegri convaluerunt, exhibitis eccoproticis, hirudinibusque vasis ani admotis [27]). Interdum sputum cruentum spontaneum opem fert; at quid, si medicus illi frigore et adstringentibus obviam eat? Responsum in alio operis nostri loco [28]), invenitur, ubi etiam effectus febrium catarrhalium in *arthriticos*, *scorbuticos*, *syphiliticos*, aliosque valetudinarios, una cum cautelis therapeuticis, describuntur. Consolationi inserviet tractatus de *bronchitide chronica* [29]), ex quo nimirum patet, *febres catarrhales* interdum

26) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. X. §. XLIV. No. 14.

27) Tali pacto Vilnae senem chirurgum (Bigułski) febre catarrhali laborantem, et inopinate veluti in agone constitutum, ab orci faucibus, socio professore MIANOWSKI eripuimus.

28) l. c. §. XLVII. No. 4. 29) l. c. §. LI. No. 13.

dum in morbum chronicum transire, adspectu phthisi simillimum, quin tamen pulmonis fabrica laesa sit.

Convalescentia. 9. *Convalescentia* post febres catarrhales, interdum valde lenta[30]), haud raro superstite *tussi*, somnum utplurimum impediente, perturbatur. Haec secundum praecepta, catarrho pulmonali apyretico medendi[31]), curanda est. Alias convalescentes ex errore in diaeta aut frigore sat graves imprudentiae luere solent poenas.

Caput IV.

De febribus gastricis.

§. XIX.

De argumento generatim.

Definitio. 1. *Febres continuae*, turbis canalis alimentarii viscerumque chylopoiëticorum insignitae, exacerbationibus et remissionibus evidentissimis notatae, ex primarum viarum sordibus, saburris videlicet, bile, pituita, vermibus, originem aut saltem pabulum trahentes, *gastricae* dicuntur.

2. Prout

30) E. c. post epidemiam a. 1803.
31) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XIV. §. LXV. 7.

2. Prout in *febribus continuis gastricis* aut saburra, aut bilis, aut mucus, aut vermes scenam ludunt, illae epitheto aut *saburralium*, aut *biliosarum*, aut *mucosarum*, aut *verminosarum* insigniuntur. Porro *febres continuae gastricae saburrales* dividuntur in *primarias* et in *secundarias*. Illae febres comprehendunt, ex alimentis, *copia* vel *qualitate* peccantibus, ortas; hae complectuntur febres, in quibus saburrae tanquam *effectus morbi* exstant. Divisio.

3. Ut doctrinam tanti momenti, qualis illa febrium gastricarum est, debito ordine exponere possimus, de singulis istiusmodi febrium speciebus, ac si totidem distinctos morbos constituerent, locuturi sumus, et quidem primum: Rerum ordo.

§. XX.

De febre continua gastrica saburrali primaria, ex ingluvie.

1. *Febris continua gastrica* a cibis, vires capacitatemque organorum processui digestionis inservientium copiâ excedentibus, orta, nobis est *saburralis primaria*, *ex ingluvie*[1]). Definitio.

2. De hac febre, ab antecessoribus neglecta[2]), ut Scriptores.

1) Gall. *Fièvre d'indigestion.* Germ. *Unverdaulichkeitsfieber.* Ital. *Febbre d'indigestione.*

2) Mérat (*dictionnaire des sciences médicales. Articl. Indigestion. T. XXIV.*) ait: „*Je n'ai trouvé nulle part réunis en corps de doctrine les différentes recherches, que ce sujet comporte et j'ai pensé qu'il y auroit*

ut de peculiari gastricarum specie, jam pridem locuti sumus [3]). Nuper ejus descriptionem etiam tradiderunt ABERNETHY [4]), WILSON PHILIP [5]), MÉRAT [6]) et ZINK [7]).

Symptomata. 3. Repleto ventriculo ciborum copia, illius vires et capacitatem excedentium, post horas tres, quatuor, vel quinque, regionis epigastricae tensio et oppressio non sine gravi molestia percipiuntur. Nox fit inquieta et insomniis perturbata. Accedunt nausea, ructus nidorosi, vomituritio, atque aeger monet, sibi, dummodo vomere posset, molestiam mox omnem esse evanituram. Quod quidem utplurimum pro parte contingit,

peut-être quelque utilité de le faire. . . ." Et: „SAUVAGES *qui a classé deux mille quatre cent maladies, ne place en aucun endroit l'indigestion.*"

3) In prima hujus operis editione a. 1811. evulgata. P. I. Vol. I. Cap. V. §. LVIII.

4) *Surgical observations on the constitutional origin and treatment of local diseases and on anevrismes. Edit.* 5. *Lond.* 1820. p. 19.

5) *A treatise on indigestion and its consequences, called nervous and bilious complaints; with some observations on the organic diseases, in which they sometimes terminate.* 2. *edit. Lond.* 1822. (Versio Germanica cum notis M. HASPERO debetur. Lips. 1823).

6) l. c.

7) *Reflexions sur l'indigestion lues à la société cantonale des sciences naturelles de Lausanne le* 4. *Février* 1824. (*Journal complementaire du dict. des scienc. médicales. T. XVIII. Cahier* 69. p. 81).

tingit, insecuto ciborum corruptorum, in massam acidam, acerbam conversorum, vomitu, ter quaterve repetito. Obveniunt praeterea oris amaror, halitus foetens, lingua muco flavo, praesertim ad radicem obducta, sicca, anorexia, imo ciborum aversio, faciei color a sano recedens, pallidus, subflavus, capitis gravitas, sensusque frigoris, cui calor succedit cum pulsu concitato, pleno, duriusculo, haud raro intermittente, et potus aciduli desiderio. Quodsi aeger sponte non vomuerit, molestia in regione epigastrica in dolorem transit, versus hypochondria, praecipue dextrorsum, extensum. Respiratio fit brevior cum anxietate, lassitudine ac morositate. Nonnulli lipothymiam patiuntur, alii singultum. Abdomen tumet, tenditur. Borborygmi intestina percurrunt, saepe cum dolore. Flatus hydrosulphuretum potassae redolentes per anum cum levamine secedunt. Subsequitur plerumque alvi profluvium faeculentum. Quae evacuatio si non accidat, cephalaea, interdum delirium, convulsiones et sopor comparent. Urina ab initio limpida, tandem jumentosa fit, saepeque sedimentum roseum deponit. Plerumque hic morbus spatio nychthemeri absolvitur, alias ad tres quatuorve dies extenditur, relicta haud raro virium et praecipue adpetitus prostratione.

4. *Cadavera* hominum, culpâ ingluviei demortuorum, exhibent ventriculum admodum distensum, Necroscopia.

tensum, hepar nigrescens, horumque viscerum aeque ac encephali vasa, sanguine referta[8]).

Caus. praedisponentes. 5. Licet sanissimus homo, ingluviei indulgens, in morbum, de quo agitur, incidere possit; in genere tamen aliqua ad illum requiritur *praedispositio.* Talem praedispositionem inducunt vitium hereditarium[9]), pueritia, senium, graviditas, debilitas, vulnera[10]), convalescentia, studia, meditatio, vigiliae, moestitia, ira, taedium, vita desidiosa, abusus liquorum fermentatorum, pharmaca narcotica, atmosphaerae vicissitudines, tempus vernale, aestivum, ventus meridionalis, vulgo *scirocco*, transpiratio suppressa, dentium defectus, neglecta masticatio ex pravo more festinanter edendi, nimis frequens potus cum cibis mixtio, jejunium, pastus inter se nimis dissiti, et hora inconsueta capessiti; vestes arctiores; motus vehemens post assumtos vix cibos; itinera, plethora praesertim abdominalis, alvi obstructio, repetitus emeticorum et purgantium usus; herniae aliique morbi viscerum abdominalium, maxime ventriculi et hepatis.

C. excitantes. 6. Ad cibos, quorum abusus frequentissime febres, de quibus hic sermo est, *excitare* solet, pertinent: carnes durae, pingues, frigidae comestae,

8) Mérat l. c.

9) Familiam novi, cujus singula membra indigestionis culpâ interiere.

10) Abernethy l. c.

stae, praesertim suilla; caseus corruptus; anseres, potissimum illorum jecur; cochleae [11]), cammari, congri asteriae, anguillae, arefactus gadus morrhua, aliique pisces sale conditi, fumoque indurati; ova dura; brassica, imprimis fermentata, pinguedine mixta, faseoli, lentes, et caetera hujus generis legumina; fungi, panis recenter coctus; cucumeres, melones.

7. *Caussam proximam* febris gastricae saburralis ex ingluvie indagantibus, sese exhibent tum mechanica ventriculi a nimiis ingestis distentio, cohibitaque inde reactio [12]); — tum impedita obstaculis ambientibus ventriculi extensio; — tum languor seu inertia fibrarum muscularium hujus visceris ex denegata vi vitali, culpà praesertim paris pneumato-gastrici seu vagi et cerebri; — tum deleta vel perversa secretio succi gastrici; — tum status irritationis ad phlogosin accedens. C. proxima.

8. Quum alii aegrorum commissam intemperantiam celent, aliique, e. c. infantes, de diaetae errore rationem reddere nequeant, diagnosis febris nostrae saepe ardua est. Maxima occurrit difficultas, dum illa alii morbo superaccedit [13]). Diagnosis.

Gene-

11) Limaces narcotici quid habere contendit Guillaumont. (Froriep's *Notizen aus dem Gebiete d. Natur und Heilkunde.* 1. *B. No.* 19. *N. I.*).

12) Comparari hic potest ventriculus cum vesica urinaria, per lotii retentionem paralytica reddita.

13) Sic a. 1823. Vilnae pro puero, scarlatina laborante, in consilium vocatus fui, qui inopinate vehementissi-

Generatim diagnosis illustratur respiciendo ad modum vivendi variorum civium ordinum, praesertim ad tempora quadragesimae, diesque festos. — Ne ingluviei morbos adscribamus febre quidem et vomitu stipatos, attamen alienae prorsus originis, e. c. ençephalitidem, stadium invasionis variolarum, carditidem, gastritidem, enteritidem et hepatitidem! Accidit praeterea, ut diaetae errores paroxysmos latentis cujusdam morbi excitent, quin caeterum ipsi pro principali aegritudine haberi possint, quemadmodum saepius relate ad calculos tum bilis tum urinae experti sumus. Varia porro est febris gastrica saburralis ex ingluvie, pro varia aegroti constitutione. Recens atque in homine caeteroquin sano illa sistit effectum vitii localis ventriculi. Neglecta, praesertim in valetudinariis, vitium locale jam intestina attingit, non sine virium jactura et systematis nervosi turbis. Homines plethorici et haemorrhoidibus obnoxii, ex ingluvie in febrem cum notis inflammatoriis incidunt, socia affectione ventriculi a phlogosi haud aliena, sedemque praecipue circa pylorum figente; illius saltem regio attactum tunc maxime respuere solet.

9. Fe-

ma febre cum vomitu et convulsionibus correptus erat, mortique videbatur proximus. Tota haec scena, facile metastasi ad cerebrum adscribenda, errori in diaeta debebatur. Quippe absolutis indicatis evacuationibus, puer post nonnullas horas denuo ludis indulsit.

9. Febris gastrica saburralis ex ingluvie in hominibus, qui difficulter vomitum spontaneum patiuntur, aut quorum intestina inertiâ laborant, si negligatur, aut incongrue curetur, in *febrem nervosam* aut *putridam*, inque *viscerum abdominalium phlogoses* transire solet. Infantes et senes, ad morbos capitis praedispositi, saepius ex illa in *hydrocephalum acutum* et *apoplexiam* praecipitantur. Perseverante diu, aut repetita crebro irritatione gastrica ventriculi et intestinorum ex ingluvie, in pueris, praesertim scrophulosis, ad *mesenteritidem* sternitur via. In gravidis et puerperis, *peritonitis* praesto est. In genere repetiti febris, de qua agitur, accessus, universum corpus labefactant, arthritidi aliisque morbis chronicis, praesertim ventriculi, intestinorum et hepatis ansam praebent. Quodsi febris ex ingluvie morbo cuidam chronico conclamato, puta phthisi pulmonali, superveniat; aegrotus, qui alias vitam adhuc sat diu protrahere potuisset, saepe extemplo e medio tollitur. Prognosis.

10. *Prophylaxis* caussas tam praedisponentes quam excitantes respicit. Ad istas enucleandas integer hic requireretur tractatus diaeteticus. Illas in capitibus de bulimo et dyspepsia [14]) ad trutinam vocabimus. Sufficiat interea meminisse, infantum voracitatem saepe cum cerebri morbosa conditione nexum habere; alias a prava pendere educa- Prophylaxis.

14) Part. III. Vol. I. Sect. II.

educatione, quatenus cibi aut nimis frequenter et copiose, aut nimis raro et parce (quod esum clandestinum post se trahit[15])) porriguntur. Senes (unicam fere, quae ipsis restat, voluptatem temperare nescientes) evitent adire convivia, domique sunto memores, primam ciborum digestionem fieri in patella, alteram in ore.

Cura. 11. Vomitus si sponte contingat, potione aquae tepidae promovendus est. Cui tamen non nimis indulgendum, ne ventriculus, alioqui nimis jam dilatatus, majore distentione prorsus imbecillis reddatur. Quodsi vomitus spontaneus desideraretur, conatus vero vomendi urgerent; ille excitandus foret, fauces aut digiti aut pennae ope irritando. Qui naturalis vomitum eliciendi modus nisi sufficeret, *emetica* tum ex *radice ipecacuanhae*, tum ex *tartaro emetico* praesto sunt. Libenter istis sic dicta *resolventia*[16]) praemittimus, quae saepe, una cum repetitis *clysteribus*, *absti-*

15) Uxor Comitis d'Antragues (quondam celebris Parisiensium cantatrix St. Huberty) proprium filium respectu diaetetico severissime educaverat. — Accidit Vindobonae a. 1800. ut puer fame plus solito vexatus, duas cioccolatae libras invenerit, easque unica devoraverit vice. Potum analogum in atramento, cujus vasculum hausit, quaesivit. Vehemens inde oborta est febris non sine vitae discrimine decurrens.

16) R. Pulveris cremoris tartari drachmas duas, tartari emetici granum unum. M. et divide in sex partes aequales. D. S. capiat omni secunda hora pulverem.

abstinentia a cibis, et potu *limonadae* aut *solutionis cremoris tartari*[17]), sola jam morbum debellare valent. Emeticis alioquin hic obstant impotentia absoluta vomendi, graviditas, hernia, haemoptysis praegressa, congestio ad caput aut ad viscera abdominalia, et maxima illorum ad phlogosin proclivitas. Talis proclivitas, nec non febris, notas inflammatorias prae se ferens, *hirudines* circa *regionem epigastricam*, quin imo ipsam *phlebotomiam* exposcerent. Verum aliud est tali pacto singulum quemdam et complicatum casum aggredi, et aliud est methodum antiphlogisticam pro universali auxilio febrium gastricarum ex ingluvie commendare[18]).

12. Quam primum saburra deorsum pergit, neque satis evacuatur, *eccoproticis*, e. g. *electuario lenitivo*[19]), *sali amaro*[20]), *tamarindis*, locus est. Nimia alvi evacuatio, praesertim in debilioribus, evitanda. Ubi sordes intestina tenuia ad- Continuatio argumenti.

17) R. Cremoris tartari, succi citri recentis, ana unciam semis. Sacchari albi uncias duas. Aquae fervidae libras tres. Frigefact. col. D. S. pro potu.

18) CHAUFFART observations d'indigestions guéries par traitement antiphlogistique. (Journal général de médecine. Janvier 1824. p. 44).

19) Pro adulto uncia semis tertia quaque hora.

20) Pro adulto: R. Salis amari drachmas decem. Aquae fontis libram unam. Syrupi rubi idaei, vel cerasorum nigrorum sesquiunciam. M. Cap. sex vicibus, interposito semper bihorio.

adhuc occupant, ac febris sine notis inflammatoriis est, remedium *radice rhei palmati*[21]) nullum superius. In graviori malo, et quum aeger sedem mali juxta decursum intestini colon indicat, *radix convolvuli jalappae*[22]) princeps sistit medicamentum. *Calomel* pro infantibus, et casu, ubi vomitus rebellis usui aliorum eccoproticorum obstaret, reservamus; attamen tali dosi, ut effectus cito sequatur[23]). Repetita enim administratio parvarum mercurii dosium, praeter quam quod alvum non satis movent, universo corpori et maxime glandulis mesenterii infensa fit. Vomitui limites excedenti hoc in morbo cum successu quoque *potio* sic dicta *antiemetica* Riverii[24]) opponitur. Periculum affectionis secundariae encephali ope *sinapismorum*, superficiei crurum internae appositorum, avertitur. Item *hirudinibus* pone aures et ad tempora admotis.

Monitum. 13. Peractis indicatis evacuationibus, febreque ad finem perductâ, turbae tubi intestinalis inter-

21) R. Tincturae rhei aquosae, aquae foeniculi ââ uncias tres. M. D. S. cap. unciam unam omni bihorio.

22) Pro adulto ad grana quindecim pro dosi, tertia quaque hora.

23) Ad grana duo vel tria pro *puero*, ad grana sex, octo, pro *adulto*, sine vehiculo, et *unica tantum vice*.

24) R. Subcarbonatis potassae grana decem. D. ad chartam. R. Succi citri recentis unciam semis. D. ad vitrum. M. et capiat sub actu effervescentiae, idque secunda quaque hora (pro adulto).

interdum nihilominus perseverant. Saepe enim aegri adhuc de doloribus vagis intestinorum, de diarrhoea et de insomniis conqueri solent. Hac sub rerum positione, ast non prius[25]), *opium rheo* et *mucilagini* nuptum[26]) egregie conducit. Quodsi per diarrhoeam revera vires exhaurirentur, *pulvis* DOVERI[27]) opitulatur.

14. *Convalescens* caute nutriendus, et quidem jusculis avenaceis, hordeaceis. Debilioribus et exhaustis vinum aqua dilutum, vitello ovi, saccharo et floribus macis ignis ope nuptum, exhibetur. Fere omnibus modicum corporis exercitium, aër rusticanus conducit. Nisi ita ciborum desiderium restituatur, dummodo phlogoseos indicia desint, apud adultos *vinum absinthii*, *Cypri*, *Malacense*, aut *elixir viscerale* HOFFMANNI[28]), aut *decoctum* sive *ligni Quassiae*[29]), sive Cura convalescentiae.

25) ZINK (l. c. p. 90.) opium ab initio indigestionis suadet scopo excitandae ventriculi inertiae, et restituendae pylori libertatis!! —

26) R. Gummi arabici drachmas tres. Radicis rhei scrupulum unum. Sacchari unciam semis. Ebulliant per horae momentum. Colaturae unciarum sex adde laudani liquidi SYDENHAMI guttas decem. M. cap. omni hora cochleare majus (pro adulto).

27) Ad grana duo pro dosi, cum granis octo pulveris gummosi. Pro adulto omni tertia hora.

28) Cochleare coffeanum bis, ter de die.

29) Scrupulus ad colaturam unciarum sex. Cap. tribus vicibus.

sive *herbae menyanthis trifoliatae*[30]) juvat, concesso simul potu coffeae absque saccharo et lacte.

§. XXI.

De febribus gastrico-saburralibus ex alimentis pravae indolis.

Definitio. 1. Febres, ex *cibis pravae indolis assumtis*, natae, alteram gastricarum saburralium primariarum constituunt speciem.

Monitum. 2. Et istam doctrinae partem scriptores praxeos medicae silentio praeterire solent. Praesto quidem est *toxicologia;* ast quam arduum, in illa notiones, huc spectantes, mox invenire, seligere, in ordinem disponere. Saltem hic doctrina, quae attinet ad *fungos*, *mel*, *mytilos*, *pisces*, *carnes*, *lac*, *caseum*, *farcimina* seu *botulos venenosos* (quatenus frequentissime febres gastricas gignunt) tradenda [1]).

3. Esum

30) Drachma pro colatura unciarum sex.

1) De noxis alimentorum adulteratorum in genere legi merentur: J. P. Frank *System einer vollständ. med. Polizey.* 3. *Bd. Mannh.* 1804. J. W. Knoblauch *von den Mitteln u. Wegen, die mannigfaltigen Verfälschungen sämmtl. Lebensmittel, ausserhalb der gesetzl. Untersuch., zu erkennen, zu verhüten und, wo möglich, wieder aufzuheben u. s. w. Leipz.* 1810. 2 *Th.* Ch. H. Th. Schreger *Handbuch zur Selbstprüfung unserer Speisen u. Getränke u. s. w. Nürnb.* 1810. W. H. G. Remer *Lehrb. d. polizeylich-gerichtl. Chemie.* 2. *Aufl. Helmst.* 1812. J. Kerner *das Fettgift u. d. Fettsäure. Stuttg. u. Tüb.* 1822. Fr. Accum *von d. Verfälschung*

3. Esum *fungorum*, utut modicum, interdum sequuntur repentina virium prostratio, motus febriles, vertigo, nausea, vomitus, alvi obstructio, abdominis inflatio, sanguinis stillicidium ex ano, sopor, convulsio, tremores et delirium. Haec symptomata non a sola fungorum quantitate, sed ab illorum qualitate venefica, eaque acri et narcotica, pullulare, demonstratu opus non est. Quum vero fungi in genere, quatenus cibum sistunt deliciosissimum, et permultis nationibus necessarium [2]), ex alimentorum catalogo, uti vir cl. suasit [3]), excludi nequeant; omnis cura in distinguendos fungos esculentos a venenosis impendi debet. *Suspecti* sunto fungi glabri et tenaces, colore ex livido nigrescente, viridi sive variegato instructi, odorem putridum exhalantes, aut cito putrescentes, per ebullitionem duri evadentes, nec non caule perforato praediti. Quum autem hae notae incertae sint [4]), ad diagnosim, Fungi.

d. *Nahrungsmittel u. v. d. Küchengiften u. s. w. A. d. Engl. v.* L. Cerutti. *Leipz.* 1822. C. G. Kühn progr. de alimentor. adulterationib. investigand. et severe puniend. Lips. 1822. Ejusd. programmata de venenatis casei comesti effectis. Part. I—IV. Lips. 1824. Ejusd. progr. de venenatis botulorum comestor. effectis. I et II. Lips. 1824.

2) Pallas *Reisen.* 1. *B.* p. 30. — Acta mea clinica. Annus I. p. 24.

3) Tissot *traité de l'épilepsie.*

4) Jos. Frank *Handbuch der Toxicologie.* 2. *Ausg. Wien* 1803. §. 139. *Not.* 119. p. 206.

gnosim, quam botanica suppeditat, confugiendum. Inter vulgatissimos fungos *venenosi* sunt: agaricus muscarius, agaricus picco, boletus elegans et phallus impudicus; *esculentis* agaricus deliciosus, boletus bovinus et phallus esculentus adnumerantur. *Pallas* in ea versabatur opinione, *easdem* prorsus fungorum species, pro vario climate, nunc venenosam, nunc innocuam exhibere indolem [5]. — Supra recensita symptomata fungis venenosis ortum debere, ex habito ad anni tempus, repentem morbum, forte in plurimis hominibus ejusdem mensae originis, et conditionem materiae vomitu rejectae respectu intelligitur. Spes sanationis maxime a recta et *extemplo* adhibita medela pendet; neglecto enim parumper morbo, praecipue si aeger conspicuam fungorum venenosorum copiam comederit, parum aut nil vomuerit, raro quis salvatur. Quae quum ita sint, fungorum venditio nonnisi in publico foro, praevio examine expertorum, concedenda. Praeterea descriptiones fungorum tum venenosorum, tum esculentorum inter omnes civium ordines, librorum [6], inprimis calendariorum ope, propagandae sunt. Etiam exstirpatio illorum (vix impetranda) proposita est [7]. — Si vomitus spontaneus

5) l. c.

6) Paullet *traité historique, graphique, culinaire et médical des champignons.*

7) J. P. Frank *Syst. d. med. Poliz.* 3. *B.* 1. *Abtheil.* 4. *Abschnitt.*

taneus esum fungorum venenosorum sequatur, ille per aquam tepidam, melle acetato remixtam, promovendus. Alias emesis aut *pulvere radicis ipecacuanhae*[8]), aut *sulfate zinci*[9]), aut faucium vellicatione et compressione regionis epigastricae sollicitandus. Quodsi veneni jam ad intestina devecti suspicio haberetur, tunc *tartarus emeticus*, utpote deorsum quoque evacuans, locum obtinere posset. Vomitu autem non amplius indicato, *solutio salis amari* quadrat. Interea *clysteribus* ex aqua subfrigida et aceto non parcendum. Nonnunquam apud homines plethoricos fungi venenosi simul statum inflammatorium excitant, qui *venae sectionem*, *hirudines* circa tempora et regionem epigastricam apponendas, epithemata frigida super caput, et usum internum *acidorum vegetabilium* exposcit. Longe tamen saepius ex veneno, de quo agitur, virium lapsus et systematis nervosi imbecillitas observantur, quo in casu, ut alibi fusius docetur[10]), ad *aetherem sulphuricum*, *ammoniam*, et, praesentibus motibus con-

8) A drachma semis ad scrupulos duos.

9) R. Vitrioli albi puri scrupulum unum. Solve in aquae destillatae unciis quatuor. M. D. S. Illico capiantur duo cochlearia majora, dein, si opus sit, sensim sensimque reliqua remedii pars, donec vomitus sequatur.

10) Part. II. Vol. I. Sect. I. Cap. XXV. de paraphrosyne a venenis. Cfr. Part. II. Vol. II. Sect. II. Cap. XXII. de animi deliquiis nervosis.

convulsivis, ad ipsum *opium*, non neglectis frictionibus universi corporis et enematibus ex *nicotiana* [11]), confugiendum est.

Mel. 4. Jam PLINIUS [12]) aliique antiquiorum [13]) animadverterunt, ab *apibus terrestribus* circa Caucasum certis anni temporibus *mel* parari, quod deglutitum effectus veneni exserit. Observatio hujusmodi nuper aliis in regionibus confirmata est a LÜSSER [14]), A. DE SAINTE-HILAIRE [15]), aliisque [16]). *Symptomata* esum mellis hujus generis sequi solita sunt: dolor ventriculi, vomitus, diarrhoea, alias temulentia, vertigo, visiones, subsurditas, lacrymatio, risus convulsivus, delirium, convulsiones, cruciatus linguae, manus sinistrae, extremitatumque inferiorum. *Caussa* melli veneficas qualitates impertiens, in vegetabilibus, quae apibus ad illud colligendum inserviunt, haerere videtur. Hoc sub respectu maxime

11) R. Foliorum tabaci drachmam semis. Coque cum sufficienti quantitate aquae per aliquot horae momenta. Colaturam unciarum octo D. S. pro uno clystere.

12) Histor. mundi. Lib. XXI. cap. 13.

13) DIOSCORIDES, XENOPHON.

14) *Naturwissenschaftlicher Anzeiger der schweitzerischen Gesellschaft für die gesammt. Naturwissenschaften.* 11. *Jahrg.* p. 48.

15) *Relation d'un empoisonnement causé par le miel de la Guèpe Lechequana.* (*Bulletin de la société Philomatique. Mai.* 1824. p. 74).

16) SMITH, BARTON, AZZARA etc.

xime adcusari solent: *azalea pontica*, *rhododendron ponticum*, *aconitum napellus* et *Lycactonum*, *paullinia australis*, *andromeda mariana*, *kalmia angustifolia*, *latifolia* et *hirsuta*. Morbus quandoque letalis [17]; utplurimum tamen vomitus ope debellatur, magna relicta debilitate. Potus aquae tepidae copiosus ut auxilium uno ore celebratur.

5. *Mytilorum* esum interdum excipiunt febris pruritu intolerabili cutis, ejusdemque maculis et tuberculis [18]) stipata, cum capitis tumore, nausea, vomitu et delirio. Ipsa *ostrea edulis* a mense Majo usque ad mensem Septembrem non sine febris, vomitus et diarrhoeae, atque colicae periculo comedi potest [19]). Legantur de hoc argumento Behrens [20]), J. P. Frank [21]), Zandyck [22]) et Pasquier [23]). Mytili esculenti a noxiis Mytili.

17) Lüsser l. c. 18) Cfr. Caput X. De urticaria.

19) Plurimas circa hanc rem observationes in extraneis, Venetiis degentibus, atque ostreas anni tempore, publicae venditioni obstante, clam sibi procurantibus, mihi quondam retulit vir egregius, chirurgorumque Italiae decus, Franciscus Pajola. —

20) De affectionibus a mytilis. (Werlhofii opera. p. 491).

21) *System einer vollständigen medicinischen Polizey. Dritter Band. Erste Abtheil. Dritter Abschnitt.*

22) *Observations sur une perturbation aiguë dans les voies digestives occasionnée par l'indigestion des huitres.* (*Journ. universel des sciences médicales. IV. année. No.* 40. 1819. *Août.* p. 116).

xiis nondum satis distincti. Quin immo dubium est, utrum mytili re ipsa venenosi exsistant, et utrum noxae ex illis non potius a propriis eorum morbis[24]), an ab animalculis, iis adhaerentibus[25]), repeti debeant. Saepe mytilorum, licet esculentorum, pernicies peculiari idiosyncrasiae innititur[26]). Suspectae sunto ostreae praetermodum virides[27]), in semet ipsas retractae, quarum aqua spurca et praetermodum salsa est[28]). Illarum venditio mensibus periculosis prohibenda[29]), et in genere politiae oculo submittenda. Mytilis veneficis comestis praeter emetica et purgantia, potus *lactis* opponitur. Ostreae tamen in lacte non solvuntur, solvuntur autem in aceto et succo citri[30]). Alcohol ipsas duras reddit. Ast agitur hic de experimentis, extra corpus humanum factis, ideoque non nisi caute illi viventi adplicandis.

6. Ex

23) *Essay médical sur les huitres.* (*Journ. de pharmacie et des sciences accessoires. Paris* 1819. *No.* 1—5. p. 18).

24) Behrens l. c. Zandyck l. c. (Debilitas ostreae conversionem aquae marinae in substantiam animalem impediens!!).

25) J. P. Frank l. c. — (Ostreae continere solent *asteriatem*, *cancrum pinnotherem*).

26) Jos. Frank *Toxicologie.* §. 146. p. 112. *Not.* 126.

27) In armamentariis nauticis color ostrearum viridis saepe pendet *a cupro*, quo fundus navium tegi solet. (Ex schedis Patris mei).

28) Zandyck l. c. 29) Unzer: *Der Arzt. No.* 90.

30) Pasquier l. c.

6. Ex consumtione *piscium*, alimenti omni aevo suspecti[31]), observata sunt, testantibus praesertim Chisholm[32]) et W. Ferguson[33]): febris, nausea, vomitus, diarrhoea, verbo, hypercatharsis; porro debilitas, vertigo, anxietas, dolores artuum, paralysis et mors. Qualitates venenosas praecipue exhibent: *parca major*, *coracinus fuscus*, *sparus chrysops*, *coryphaena*, *scomber maximus*, *muraena major* et *chepaeathrysa*[34]). Ipsa caro *delphini*[35]), *percae*[36]) et *barbi vulgaris*[37]) pro suspecta habetur. Verum damna ex esu piscium non semper illorum qualitati veneficae directe adscribenda sunt. Saepe enim substantiae narcoticae, quibus pascuntur (e. g. cocculi orientales officinarum), vel lini sive cannabis in piscinis maceratio, vel minerae cupri, in nonnullis regionibus fundum maris occupantes[38]), accusari debent. Porro pisces morbis obnoxii fiunt, qui illos pro alimento minus reddunt idoneos. Pisces.

Idem

31) Paw *recherches philosophiques sur les Egyptiens et les Chinois. T. III.* p. 130.

32) *The Edinburgh med. chirurg. Journal* 1808.

33) *Transactions of the R. society of Edinburgh. Vol. IX.* p. 65.

34) Chisholm l. c.

35) Wechly *Regist.* 22. *Aug.* 1824.

36) Ferguson l. c.

37) *Nouveau journal de médecine. Fevrier* 1822. et Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. Junius* 1824. p. 114.

38) Ferguson l. c.

Idem accidit tempore, quo sperma emittunt. Alias qualitas nociva non in integro pisce, sed in illius ovis, aut hepate haeret, ut de *cyprino barbo* et de *esoce lucio* fertur[39]). E quibus singulis colligitur, venditionem piscium clandestinam interdicendam, illorumque mercatus publicos severis legibus esse submittendos. Cura malorum ex piscibus pravae indolis illi plane similis est, quam in malis, a mytilorum consumtione enatis, proposuimus.

Carnes. 7. Homines, qui *carne*, et praesertim visceribus *animalium morbis contagiosis mortuorum*, atque maxime boum, vaccarum et caprarum, lienitide extinctarum, vescuntur, ut alibi fusius docebimus[40]), non quidem semper[41]), sed saepissime in febres incidunt, cum magna virium jactura, pulsu debili, cephalaea, oris siccitate ac foetore, nausea, vomitu, diarrhoea et carbunculis. Carbunculi ejusmodi, uti in Lithuania plus vice simplici vidimus, praesertim ad ventrem, dorsum et extremitates, facie non semper excepta, contingunt, et quandoque ad palmae magnitudinem increscunt. Cavendum, ne cum anthracibus, pestem orientalem comitantibus, confunda-

39) Spielmann institutiones materiae medicae. p. 166. Haller elementa physiologiae. Tom. VI. p. 211.

40) Cap. XIII. de anthrace et carbunculo.

41) Unzer (*der Arzt*) exempla collegit hominum, qui carnes animalium morbis contagiosis interemtorum, absque damno comederunt.

fundantur [42]). Caeterum et febris gastrica, de qua agitur, periculo plena est. Nisi enim evacuationes spontaneae aut artificiales mox succurrant, plurimi, potissimum inter juniores, pereunt. Leges, quae animalia aegrotantia introduci vetant, quae efficiunt, ut ingruens inter pecudes lues illico regimini denuntietur, quaeque macella severissimae inspectioni submittunt, multum sane valent; — verum eminent illae, de quibus hoc sub respectu gens Judaica gloriari potest. Cura morbi supra descripti, nisi vomitus sponte urgeat, *emetico ex radice ipecacuanhae* inchoatur. Fomite mali ad intestina jam perducto, *tartaro emetico* locus est. Praeterea multum prodest *decoctum tamarindorum.* Absolutis evacuationibus indicatis, *acidi sulphurici* usus proficuus est [43]). Quodsi morbus *febrem nervosam* referat, qua talis curandus [44]). De peculiari cura anthracum et carbunculorum alio loco disseretur [45]).

8. Narrant Americae medici LEA [46]), M'CALL [47]), Lac.

A. Co-

42) Cfr. Pars I. Vol. II. Sect. I. Cap. I.

43) R. Aquae fontis libras duas. Acidi sulphurici diluti et mellis, sive syrupi violarum q. s. ad gratum usque saporem. D. S. omni hora vasculum semis.

44) Cap. V. §. XXX. No. 9.

45) Cap. XIII.

46) *The Philadelphia Journal for the medical and physical sciences. By* CHAPMAN. *Vol. III.*

47) *American Recorder, No.* 20. (FRORIEP *Notizen aus*

A. Coleman et Haines[48]) de morbo, in provincia Carolina ab initio praesentis seculi obvio, qui ex usu *lactis* pullulat, stipaturque calore cutis, primum siccae, dein sudore frigido irroratae, pulsu frequente, jam pleno, jam duro, jam parvo et filiformi; siti, nausea, singultu, alvo tarda, inquietudine, sopore, interdum paralysi linguae, et odore cadaveroso. Morbus hic, nisi trium dierum spatio in sanitatem revertatur, morte terminatur. Caussam tum in herba venenosa a vaccis comesta[49]), tum in effluviis terrestribus[50]) quaerunt. Nobis equidem verisimilius esse videtur, morbum ex lienitide vaccarum ortum ducere[51]). *Emetica*, *purgantia* (e. gr. infusum *foliorum sennae*), *carbo vegetabilis*, *oleum terebinthinae*, et interdum *venaesectio*, qua potissima commendantur auxilia.

Caseus. 9. Jam pridem in Germania querelae motae sunt de nociva *casei* indole, a cujus esu symptomata

dem Gebiete der Natur- u. Heilkunde. 5. *B.* *No.* 15. p. 233).

48) Ibidem. *Vol. IV.* (Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde.* 18. *B.* 1. *St.* p. 176).

49) Vulgo: *Indian Hachy.* (M'Call, Coleman, Haines).

50) Lea l. c.

51) Hanc ipsam opinionem fovet etiam J. D. Busch. (*System der theoretischen u. praktischen Thierheilkunde.* 4. *B.* p. 165).

mata febrilia [52]), anorexia, nausea cum debilitate [53]), vertigo, cephalaea [54]), convulsiones [55]), ventriculi ardor [56]) et inflammatio [57]) observata fuere. Culpa in vaccarum (ex quarum lacte casei nocivi parati sunt) morbis contagiosis [58]), in pabulo venenoso [59]); porro in seminibus narcoticis, loco cumini caseo admixtis [60]), in caseorum putredine [61]) et mucore [62]), in illorum confectione in

52) *Monathliche Zeitschrift für Mecklenburg.* 1793. p. 29.

53) Hennemann *Vergiftung durch Käse* (Hufeland's *Journ. d. pr. Heilk. August.* 1823. p. 106).

54) A. F. Brücke *Vergiftungsfälle durch den Genuss von Käse.* (Hufeland's *Journ. d. pr. Heilk.* 1825. *July.* p. 36).

55) Klockmann *Analyse der Rogauer Käse.* (*Mecklenb. Monatsschrift.* p. 32 sq.).

56) Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde.* 19. *B.* 2. *Heft.* p. 298.

57) Lemke in Hufeland's *Journ.* l. c. p. 116.

58) J. P. Frank *System einer vollst. med. Polizey.* 3. *Th.* p. 149.

59) Lorry *des alimens. T. II.* p. 177. — Gmelin *Pflanzengifte.* p. 305. (Euphorbia cyparissias, helioscopea esula).

60) J. G. Hoyer in Act. acad. nat. cur. Vol. V. obs. 69. p. 260.

61) K. Boerhaave elem. chem. T. II. p. 84. Lips. — Remer *polizeyliche Chemie.* p. 145. — Weigel et Willich in Pyl's *Magazin für d. gerichtl. Arzneykunde.* 1. *B.* p. 10. — Hennemann l. c. p. 106 —118.

62) *Fränkische Sammlung. Nürnberg* 1762. p. 40.

in vasis cupreis[63]), plumbeis[64]), et ligneis ex fago sylvatico[65]), nec non in evolutione acidi oxalici, caseis antiquioribus proprii[66]), locata est. Opiniones vero hujusmodi conjecturis potius, quam experimentis innituntur. Nosmet, reliquis non omnino exclusis, illi vel maxime adhaeremus, quae caseos ex lacte vaccarum, lienitide peremtarum, incusat. Methodus medendi generalis in usu *emeticorum* et *purgantium* consistit. Praeterea suspicio latentis veneni, aut narcotici[67]), aut metallici[68]), aut acidi[69]), peculiaria antidota, aliis locis indicanda, exposceret.

Farcimina seu botuli.

10. Testantur J. Kerner[70]), Weiss[71]), aliique[72]),

63) J. H. Jugler *Repertorium über das gesammte Medicinalwesen in dem Braunschweig-Lüneburg.* p. 138. — Scherf's *Beyträge zur Critik der med. Polizey.* 3. B. 2. *Samml.* p. 109. — Rust l. c. — Orfila *Toxicologie.* 4. B. vers. Germ. p. 316. — Klockmann l. c. (non invenit).

64) Ebell *die Bleyglasur des irdenen Küchengeschirres. Hannov.* 1794.

65) *Allgemeiner Anzeiger.* 1795. 1. B. No. 26. p. 236.

66) *Versuche u. Beobachtungen über die Kleesäure, das Wurst- u. Käsegift. A. d. E. von* C. G. *und* O. B. Kühn. *Leipz.* 1824.

67) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. de parsphrosyne a venenis. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. de morbo cereali.

68) P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. de gastritide.

69) Ibidem.

70) *Neue Beobachtungen über die in Würtemberg so häufig vorfallenden tödtlichen Vergiftungen durch den Genuss*

que[72]), intra breve temporis spatium, in Germania, praesertim in regno Würtenbergico, ultra ducentos homines ex consumtione *farciminum* seu *botulorum*, fumo induratorum, vehementer aegrotasse, eorumque amplius octoginta obiisse. Aegroti hujusmodi exhibuerunt nauseam, ructus, inquietudinem, pulsus frequentes, faciem rubram, palpebras, praesertim superiores, resolutas, pupillam dilatatam, siccitatem narium et oris, difficultatem deglutiendi, sensum constrictionis ad laryngem et pectus, vocem deletam, raucedinem, tussim, quemadmodum in croup, alvum tardam, et circa morbi finem extremitatum inferiorum rigiditatem. Decursus morbi a duobus ad tres dies. *Cadavera* plerumque rigida cum indiciis putrefactionis, visui magis quam olfactui perceptibilibus. Nulla inflammationis indicia in ore et oesopbago. Ventriculus quandoque ruber, ita et intestina, utplurimum aëre distenta. Trachea

geräucherter Würste. Tübing. 1820. — Ejusdem: *Das Fettgift oder die Fettsäure u. ihre Wirkung auf den thierischen Organismus.* 1822.

71) *Die neuesten Vergiftungen durch verdorbene Würste. Mit Vorrede u. Anhang von Dr.* J. Kerner. *Karlsr.* 1824.

72) In Hufeland's *Journ. der pr. Heilk. Mai.* 1822. p. 127. — *Allgem. deutsche Justiz-, Kammeral- u. Polizey-Fama. Mai.* 1823. — J. H. G. Schlegel *Materialien für die Staatsarzneywissenschaft u. prakt. Heilk.* 3. *B. Meiningen* 1824. *No.* 3.

interdum pseudomembranam continet. — Caussa morbi primum in pulvere piperis cum illo nucleorum cocculi officinarum mixto, e Germaniae septemtrionalis portubus advecto, atque ob minus pretium granorum piperis loco in confectionem farciminum adhibito[73]), quaerebatur. Dein evolutio *acidi sui generis, quod zooticum*[74]) appellant, ex putrefactione (culpâ confectionis et adservationis malae botulorum) incusata est. Item indoles deleteria pabuli porcorum[75]). Ast nullibi hae immundae bestiae victu selecto gaudent. Porro cur nemo unquam de botulorum Italicorum[76]) pernicie audivit, utpote qui tamen, habita ratione calidioris climatis, corruptelae magis, quam Germanici, obnoxii esse deberent? — Quae cum ita sint, morbum, de quo agitur, aut a pipere, veneno narcotico contaminato, aut a sanguine et visceribus animalium aegrotantium, ad conficiendos botulos adhibitis, derivamus. Alioquin nemo per analysin chemicam vel acidi hydrocyanici vel veneni cujuspiam metallici praesentiam in illis detegere potuit. Dissecta in medio farcimina odorem acidum et caseo corrupto similem exhalant. *Cura* alia non est, quam quae jam

73) *Oesterreichischer Beobachter.* 1821. *No.* 36.

74) Germ. *Fettsäure. Fettgift. Blutsäure. Leichensäure. Thiersäure.*

75) Buchner *Toxicologie. Nürnberg* 1822.

76) Vulgo *Salsiccie, Salami, luganighe, zampetti di Modena* etc.

jam supra in morbis ex esu carnium animalium aegrotantium exponebatur. Laudatur praeterea *hepar sulphuris*[77].

§. XXII.

De febribus gastrico-saburralibus secundariis.

1. Febres continuae gastricae, saburris, quatenus morbi effectu, stipatae, *gastrico-saburrales secundariae* nuncupantur. Definitio.

2. Febrium hujusmodi, variis nominibus, plus minus congruis[1]), mentionem praecipue injecerunt: ALEXANDER TRALLIANUS[2]), FIZESIUS[3]), LE ROY[4]), BAGLIVIUS[5]), BURCHARDUS[6]), HEISTERUS[7]), QUAESNEUS[8]), RIEDELIUS[9]), J. F. C. GRIMM[10]), S. A. TISSOTUS[11]), M. STOLL[12]), J. J. DOEM- Literatura.

77) A granis quinque ad grana decem in libra aquae.

1) Febris a putredine. Febris mesenterica. Febris acuta stomachica et intestinalis. Febris stercoralis. — GERM. *Gastrisches Fieber. Saburral-Fieber.* GALL. *Fièvre gastrique. Fièvre meningo-gastrique.* ITAL. *Febbre gastrica. Febbre saburrale.*

2) Opp. L. XII. Cap. 12. 3) Tract. de febribus.

4) *Second mémoire sur les fièvres.* p. 243.

5) Prax. med. L. I. §. 3. 4.

6) Diss. de febre acuta mesent.

7) Compend. med. pract. Cap. V.

8) *Des fièvres. Tom.* 2. p. 367.

9) De febre intestinali.

10) *Von der Epidemie in Eisenach. Hildb.* 1765.

11) *Avis au peuple. Prem. Partie. chap.* 16.

12) Ratio med. T. II.

Doemling[13]), G. A. Richter[14]), C. A. Carganico[15]), aliique mox citandi[16]).

Symptomata. 3. Febris evolutionem praecedere solent: ciborum desiderium deletum, praeprimis aversatio alimentorum ex regno animali petitorum; sensus ponderis ad regionem epigastricam, illius tensio; oris amaror; ructus, nausea, vomituritio; artuum gravitas, capitisque dolor obtusus. Serius ocius, horis plerumque vespertinis, aeger frigore corripitur, quod calor sat urens cum siti excipit. Pulsus frequens, saepe irregularis. Nox sequitur inquieta, somniis perturbata. Mane symptomata febrilia ita remittunt, ut aegrotus fere apyreticus videatur. Perstant tamen sapor depravatus et ventriculi incommoda. Lingua muco ex albo flavescente obducta. Halitus male olens. Interdum vomitus, reliquias ciborum, materiam acidoamaram, largiens, cum levamine contingit. Item praeviis borborygmis flatus nidorosi et alvus faeculenta secedunt. Nisi morbus accedente sudore, instar ephemerae, jam solvatur, sub vesperam symptomata febrilia rursus invalescunt. Urget praeterea anxietas. Noctu quandoque leve delirium et epistaxis. Urina pauca, jumentosa, aut cum

13) Diss. sistens morborum gastricorum acutorum pathologiam. Wurceburgi 1797.

14) *Darstellung des Wesens, der Erkenntniss u. Behandlung der gastrischen Fieber. Berlin* 1811.

15) Diss. de febre gastrica. Halae 1821.

16) §. sequente de febre biliosa.

cum sedimento roseo. Lingua arescit et nigro muco obducitur. Remissio horis matutinis minor quidem praecedente, sed nihilominus admodum conspicua. Eadem ratio est sequentis exacerbationis vespertinae. Sic morbus ad quartum aut septimum usque diem continuo invalescendo pergit; quo tempore, supervenientibus interdum maculis peticularibus, aut in gastritidem vel enteritidem, aut in febrem nervosam, praecipue putridam transit, aut, accedentibus evacuationibus salutaribus, declinare incipit. Remissiones enim fiunt longiores et magis perfectae, exacerbationes autem breviores ac mitiores. Praesertim lingua ad margines, muco globulorum sub forma secedente, purificatur, minusque siccescit. Somnus quietus aliquot horarum aegrotum recreat, et sic ad perfectam usque convalescentiam.

4. Praedisponunt ad febres hujusmodi: ignota annua constitutio, sese imprimis tempore aestivo et autumnali, in locis uliginosis humidisque, inter plebem male nutritam, leviter vestitam laboribusque obrutam manifestans, attamen nec reliquis civibus, potissimum qui studiis, vigiliis, Veneri, Bacchoque indulgent, moeroreve confecti sunt, parcens. Caussae praedisponentes.

5. Caussae vix commemoratae ad morbum quoque *excitandum* sufficiunt. Is eo certius evolvitur, si caussae alias febres inflammatorias, Caussae excitantes.

rheu-

rheumaticas, catarrhales et nervosas excitare solitae, item vulnera, concurrant.

Caussa proxima. 6. Quibus singulis rite perpensis intelligitur, febrem, de qua sermo est, non directe, praecedentium instar, e saburris nasci, sed saburras praeviae universi corporis labefactationi ortum debere. Sistunt igitur hic saburrae effectum morbosum. Hoc autem non impedit, quominus rursus ut caussa morbi agere febremque excitare aut illi pabulum saltem praebere possint. Quod quidem varia ratione fieri verisimile est. Etenim sordes primarum viarum, quae antea juxta sanitatis leges insontes latitabant, ingruente morbo, eoque vires vitales infringente, nocivae fiunt. En conversio illarum in massam fermentantem et putrescentem, ventriculi et intestinorum superficiem irritantem, universumque corpus, alioquin labefactatum, magis magisque laedentem. Alias suspicari licet, saburras maxima ex parte *effectum morbosae secretionis* sistere. Observavimus nimirum saepius, sub initio plurimarum febrium per purgantia, utut fortiora pluriesque repetita, nil nisi serum eliminatum esse; sub finem vero earumdem febrium, licet hi ipsi aegrotantes per totum morbi decursum alimenta solida nequaquam sumserint, enormem plane saburrarum copiam sponte fuisse evacuatam. Quodsi fontem istiusmodi secretionis saburrarum sciscitetis, candide ignorantiam fatebimur. Fortassis ille,

ille, praeter bilem, in vasis sanguineis tubi alimentarii quaerendus? Id saltem in febribus inflammatoriis inque aegrotis, plethora abdominali laborantibus, contingere videtur. Alias (praecipue in febribus rheumaticis) interna tubi alimentarii superficies vices suppressae perspirationis cutaneae, sudorem intestinalem largiendo, agere posset. In febribus catarrhalibus, ex irritatione membranae pituitariae secretio morbosa muci faeculenti exspectanda est. Haec singula magis sane innotescerent, si *meconii* origo propius nota foret. Etenim meconium, quatenus in ipsis foetibus acephalis obvenit, originem extrinsecam agnoscere haud potest. Postremo si crassum sedimentum, quod urinae sub finem multarum febrium exhibent, perpenderis, materiarum similium secretionem in tubo quoque intestinali locum habere posse, non miraberis. Forte istam ipsa purgantia et resolventia, sub febrium decursu porrecta, stimuli, quo agunt, ope eliciunt.

7. Ut ut sit, patet, febres gastricas saburrales secundarias in dubium vocari neutiquam posse. Eo majori jure de *complicatione saburrali* multarum febrium non est dubitandum. Talis complicatio arguitur, febres inflammatoriae rheumaticae et catarrhales ubi a consueto decursu deflectunt, ubi debito tempore per crises non solvuntur, ubi consuetis auxiliis minus cedunt, ubi insolita inquietudine stipantur, ubi exacerbationes prae- Diagnosis.

praeter modum conspicuas exhibent, ubi evacuationes alvi spontaneae magnum levamen adferunt, et ubi turbae imi ventris obveniunt. Haec indicia longe securiora sunt, quam symptomata gastrica, quorum fallacitatem prae ceteris J. P. Frank patefecit[17]). Hoc ipsum argumentum in sequenti paragrapho ulterius prosecuturi sumus.

Prognosis et cura. 8. Ab affectionibus gastricis saburralibus secundariis neglectis gravia mala timenda esse, e plurimis hujus tractatus locis sponte elucet. Maxima pericula imminent, dum naturae, salutares evacuationes sponte molienti, medicus incongruis pharmacis obstat. Interea etiam incauta artis molimina in saburris eliminandis sua adducunt discrimina. Quamobrem summa cum circumspectione est incedendum, potissimum a morbi principio. Nisi enim de vitio saburrali evidentissimae adsint notae, evacuationes eo cautius instituendae, quo recentior febris. Non enim perperam veteres docuerunt humores, adhucdum crudos, non esse evacuandos. Hoc tamen praeceptum magis purgantia, quam emetica respiciebat. Interea utrumque evacuationis genus, quousque viscera abdominalia phlogoseos periculum experiuntur, aut natura salutaria conamina per alias vias, puta epistaxin, urinam et sudorem, molitur, nocet, de quo argumento mox plura.

§. XXIII.

17) Prolus. academ. de larvis morborum biliosis (delectus opusc. medicor. T. I.).

§. XXIII.

De febribus gastrico-biliosis.

1. *Febris continua gastrica*, secretione morbosa bilis insignita, *biliosa* audit[1]). Definitio.

2. Praeter auctores, supra allatos[2]), de febre gastrico-biliosa scripserunt: Ballonius[3]), J. Poppil[4]), Stahl[5]), Kocker[6]), Cartheuser[7]), J. Moultrie[8]), Wilson[9]), J. Williams[10]), Juch[11]), A. Tillet[12]), S. A. Tissot[13]), Zimmermann[14]), Nunn[15]), Stathoudes[16]), W. N. A. Leuthner[17]), Literatura.

1) *Synon.* Synochus biliosa. Febris cholerica. Febris hepatica. Gall. *Fièvre bilieuse.* Germ. *Gallenfieber.* Ital. *Febbre biliosa.*

2) §. XXII. No. 2.

3) Opp. omn. Epidem. Lib. II.

4) *Giftige epidemische Hauptkrankheiten der pestilentialischen Gallenfieber. Leipz.* 1623.

5) Diss. de febribus biliosis. Hal. 1701.

6) Diss. de morbo epidemico a. 1719. Lugd. Bat. 1720.

7) Diss. de febre biliosa. Francof. 1746.

8) Diss. de febre maligna biliosa Americae. Edinb. 1749.

9) Diss. de febre biliosa Indiae orientalis incolas infestante. Edinb. 1750.

10) *Essay on the bilious fever. Lond.* 1752.

11) Diss. de febribus biliosis. Erford. 1753.

12) Historia epidemiae biliosae Lausannensis a. 1755. Lausan. 1758.

13) De febribus biliosis. Lausan. 1758. — *Lettres à Mr.* Zimmermann *sur l'épidémie courrante.* 1765.

14) In *Hannövr. Magazin.* 11. *B.* p. 305.

15) Diss. de febre biliosa putrida. Erf. 1765.

16) Diss. de febre biliosa. Lugd. Bat. 1765.

NER[17]), PH. GEORG SCHROEDER[18]), O. NERUCCI[19]), OPIZ[20]), SCHMID a BELLIKON[21]), REDER[22]), ELSACKER[23]), G. A. BENELLI[24]), MAATJES[25]), BEIREIS[26]), L. L. FINCKE[27]), J. J. PLANER[28]), A. L. SANTHESSON[29]), S. A. MORAAZ[30]), MÜLLER[31]),

17) *Beobachtungen und General- sowohl als Special-Curmethode hitziger Gall- u. Faulfieber. Nürnb.* 1766.

18) Diss. de amplitudine generis febrium bilios. Gotting. 1766. V. ejusdem Opuscul. Nürnb. edita 1778 — 1779.

19) Historia febris epidemicae Senensis 1766 — 67. Sen. 1767.

20) *Geschichte einer Epidemie gallichter, faulender und bösartiger Fieber. Berlin und Leipz.* 1772.

21) *Von Gallenfiebern. Augsb.* 1772.

22) Diss. epidem. febr. biliosae putridae Mellerstad. Erf. 1773.

23) Specimen medicum primum febrem remittentem bilioso-putridam Antverpiae grassatam exhibens. Antverp. 1774. V. SCHLEGEL theses patholog. Vol. I.

24) *Discorso apologetico delle febbri biliose. Bologna* 1775.

25) Diss. de febre biliosa autumnali, maxime Zelandica. Groningae 1779.

26) Diss. de febribus biliosis tertianis continuis. Helmst. 1780.

27) De morbis biliosis anomalis occasione epidemiae, cujus historia praemissa est ab ann. 1776 — 80 observatis. Monast. 1780.

28) Febris biliosae putridae, cum dysenteria epidemice per partem territorii Erfurdensis a mens. Jun. usque Dec. 1775. grassantis, brevis historia. (Act. acad. Moguntinae 1777. p. 232).

29) *Gallaktig feber, beskrifven, i anledning af en farsot*

LER [31]), ROGERS [32]), TH. G. SCHROEDER [33]), STRACK [34]), KNAUS [35]), ROERHARD [36]), BECKER [37]), GESENIUS [38]), J. TH. GUIDET [39]), G. BLANE [40]), BARFORTH [41]), RUSH [42]), ECKNER [43]), J. C. FLACHSLAND [44]),

i Aby . . . . under Aug. och Sept. månander, År 1778. *Swenska Vetensk. Acad. Handl.* 1779. p. 134.

30) *Kort Bericht van de . . epidemische Gal-Koortsen, benevens eene tienjaarige* (1770—1780) *lijst der gedoopten en gestorvenen binnen en onder de jurisdictie van Sommelsdyk. — Verhandel. van de Correspondentie Soc. — in'e Hage. I. Deel. 2. Afdeel. a.* p. 221. Cfr. ibid. p. 894.

31) Diss. de febre biliosa. Argent. 1782.

32) Diss. de febre biliosa Moldaviensi. Regiomontii 1784.

33) Historia febris bilioso-pituitoso-putridae a. 1783 et 1784. Gött. 1784.

34) Diss. de febre biliosa. Mogunt. 1784.

35) Diss. de morbo bilioso-mucoso a. 1783—84. Stuttg. 1785.

36) Diss. de febre biliosa putrida. Helmst. 1786.

37) *Versuch eines Unterrichts in der im J.* 1786 *epidemisch herrschenden Krankheit. Heidelberg* 1787.

38) *Ueber das epidem. faulichte Gallenfieber* 1785. *Leipz.* 1788.

39) Diss. de febribus biliosis. Lausan. 1788.

40) *Beobachtungen über die Krankheit. der Seeleute. A. d. E. Marb.* 1788.

41) Diss. de febre biliosa nautas affligente. Lundiae 1790.

42) *Inquiry into the cause of the increase of bilious and intermitting fevers in Pensylvania. (Transact. of the society of Philadelphia* et *Med. Comm. von Edinb. II. Dec.* 1. *B.* p. 295). *Remarks upon bilious fevers. (Med. observ. by a society of physicians in London. Vol. V.*

LAND[44]), BREHMER[45]), G. CH. BONHARD[46]), BUEL[47]), SPALDING[48]), W. CURRIE[49]), R. PEARSON[50]), J. SCHMIEG[51]), W. WHITE[52]), JANSEN[53]), RICHERAND[54]), MACÉ[55]), BOURGUENOD[56]), BABAD[57]),

p. 32). Cfr. HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 22. *B.* 4. *St.* p. 214.

43) *Beyträge zur Geschichte epidem. Gallenfieber. Leipz.* 1790.

44) *Ueber eine gallicht-faule Epidemie. Frankf.* 1792.

45) Diss. de febre biliosa. Jenae 1794.

46) *Ueber ein epidem. Fieber gallichter Art, in und um Darmstadt* 1794 *herrschend. Frankf.* 1795.

47) *Account of the bilious fever and Dysentery in Massachusetts* 1796. (*Medical repertory. Vol. I. No.* 4. *art.* 1.).

48) *On the bilious malignant fever which prevailed in the country and adjacent to Darthmouth college* 1798. (*Medical repository. Vol. III. No.* 1. *Art.* 2.).

49) *Observations on the causes and cure of remitting or bilious fever. Philadelphia* 1798.

50) *Some observations on the bilious fever of* 1797—99. *London* 1799.

51) De febribus biliosis. Norimb. 1801.

52) *Account of the bilious fever as it appeared in Bath. Lond.* 1802.

53) Diss. de febre biliosa. Erford. 1804.

54) *Nouvelles recherches sur la fièvre bilieuse (meningo-gastrique).* (*Mém. de la soc. médic. d'émulation. an VI.* p. 22).

55) *Sur les fièvres meningo-gastriques.* (*Journ. de méd. continué. T.* 17. p. 163).

56) Diss. de febribus biliosis. Montpel. 1808.

BAD[57]), WENDELSTADT[58]), A. DENMARK[59]), BURNETT[60]), MELI[61]), aliique[62]).

3. Feruntur homines sanissimi derepente in febres biliosas incidisse[63]). In genere vero, quibus imminet hic morbus, cibum fastidiunt, screatores fiunt (salivam interdum amaram spuentes[64])), animo Symptomata.

57) *Epidémie des fièvres bilieuses, qui ont regné dans la ville de Roanne (Loire) et dans les environs, pendant l'année* 1811. (*Partie* 1. 2. *Annal. de la soc. de méd. pratique de Montpellier. T.* 28. p. 267. 339).

58) In HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 1812. *October.*

59) *Observations on the mediterranean fever.* (*Medico-chirurgical transactions. Vol.* 6. p. 296).

60) *A practical account of the fever commonly called the bilious remittent . . .: Comprehending the history of fever in the mediterranean fleet during the year* 1810 —1813. *Lond.* 1814.

61) *Sulle febbri biliose. Milano* 1822. Et: *Su la condizione patologica delle febbri biliose. Nuovi fatti. Milano* 1824.

62) *Breslauer Sammlung* 1717. *II.* p. 36. 1720. *I.* p. 86. *II.* p. 378. — *Von den Gallenfiebern, die im Monat Julius, August und bis in die Mitte Septembers des J.* 1775 (*in Schlesien*) *geherrscht haben.* V. *Oekonom. Nachricht. der Gesellschaft in Schlesien.* 4. *B.* p. 112. — Comment. Bonon. T. VI. p. 67. — FR. G. SCHWEIGER-SEIDEL disp. de febrium aestivarum origine atque natura. Hal. 1824.

63) MELI (*Sulle febbri biliose* p. 29.) epidemiam describens, quae anno 1819—20 grassabatur in *pago Castelletto sopra Ticino.*

64) Idem ibidem.

animo et corpore languent, et, licet somnolenti sint, noctes tamen, agrypnia, somniis terrificis, ac faucium constrictione[65]) vexati, transigunt. Post unum alterumve nychthemerum, horis utplurimum pomeridianis, praeviisque crebris oscitationibus *frigus*, plus minus intensum, quandoque socio tremore[66]), ingruit: sequitur *calor* ardens, cum inquietudine, anxietate et respiratione anhelosa. *Pulsus* modo frequens, plenus, durus; modo obscurus[67]), intermittens[68]); modo lentus et profundus[69]). *Sitis* inexplebilis, cum potus aciduli desiderio. Qui plus, quam par est, bibunt, graves non solum ventriculi molestias, sed et ipsum interdum animi deliquium[70]) experiuntur. Caput plerumque acute dolet, oculi lacrymis, quandoque flavescentibus[71]), innatant, splendentque; genae rubore profundo circumscripto notatae; cutis ad latera nasi et oris pallida, ex flavo viridescens. Plurimis aegrotis sanguis e nare, praesertim dextra, jam guttatim, jam largiori flumine manat. Haud paucis labium inferius et lingua tremunt. Sapor oris valde amarus; halitus foetens; lingua muco albo, flavo, nigrescente obducta, saepe, saltem in medio, sicca,

65) Idem ibidem. 66) Idem ibidem.

67) Galen. method. medend. Lib. II. c. 3.

68) Ferrein *histoire de l'académie de Paris.*

69) Meli ibid. 70) Idem ibid. p. 37.

71) Idem ibid. (Aegrotus iste simul objecta, quot quot erant, quasi flavo colore tincta essent, cernebat).

sicca, scabra, cum sulcis longitudinalibus. Regiones, epigastrica, hypochondriacae, praesertim dextra, tensae, saepeque attactum non ferentes. Nausea, ructus, vomituritio, vomitus. Materies rejecta biliosa, herbacea, aeruginosa, vel nigrescens, acerrima, et faucium ardorem relinquens. Haud raro universum abdomen expansum est. Adsunt praeterea borborygmi, dolores vagi ventris. Alvus modo segnis, modo laxa, biliosa, stercoracea, foetidissima. Urina jumentosa, crassa, flava crocea. Permulti artuum persentiunt dolores. Cutis modo sicca, modo sudore irrorata, nunc universali flavedine obducitur, nunc maculis flavis [72]) notatur. Interdum flavedo solum ad faciem aut ad manus circumscripta est. Nonnunquam cutis peticulis morbillos aemulantibus, aut urticaria, aut erysipelate obsidetur. Sunt, qui sensum formicationis experiantur [73]). Morbus horis matutinis mitius adfligens, versus solis occasum valdopere exacerbatur, imo noctu deliriis aut sopore stipari solet. Plerumque is protrahitur ad septimum, decimum, decimum quartum diem. Crisis absolvitur sudore universali, vomitu (cruento non excepto [74])) diarrhoea, epistaxi, metrorrhagia, fluxu haemorrhoidali. Alias malum transit in hepatitidem, dysenteriam, febres tam intermittentes, quam nervosas, atque in phle-

72) Idem ibid. p. 49.
73) Idem ibid. 74) Idem ibid.

phlebitidem, quibus binis ultimis in casibus aegroti haud raro, saevientibus meteorismo, singultu et deglutitionis difficultate, succumbunt.

Necroscopia. 4. Cadavera, post istiusmodi morbos quondam a nobis perlustrata, offerebant: inconsuetam capillorum flacciditatem, cutim universam flavam, hepatis volumen auctum, illius colorem et substantiam modo pallidiorem et flaccidiorem, modo magis rubram magisque compactam, vasa jecinoris sanguinea et bilifera dilatata, cystidem felleam turgidam et intestina flatibus expansa, interdum gangraenosa. Recentiores cadaverum sectiones majori cum industria susceptae, et, ni fallimur, aequali ingenuitate descriptae, patefecerunt: *textum adiposum cutis* tumidulum a sero flavescente [75]); — *hepar* magnum, vasa illius lymphatica plurima ob acquisitam flavedinem solito evidentiora [76]); ductus biliferos bile tenaci refertos [77]); — *vesicam felleam* volumine auctam, membranis ejus incrassatis [78]); — *systema venarum abdominalium*, praesertim meseraicarum, cruore

75) „*L'aparato adiposo della pelle tumefatto da un siero giallognolo.*" (Meli l. c. p. 109).

76) „*Erano rendute in parte visibili (i vasi linfatici) per l'umor croceo, da cui si trovavano iniettati.*" (Meli l. c. p. 110).

77) „*I condotti biliari ravvisavansi zeppi di tenace bile.*" (Meli l. c.).

78) Meli l. c.

cruore admodum turgidum [79]), et inflammatum [80]); — *venam portarum* [81]) voluminis duplò majoris [82]), parietibus illius incrassatis [83]), partim

I 2 ex-

79) „*Non può ridirsi* come turgido *apparisse a primo aspetto il sistema dei capillari venosi alla superficie di tutti gli involucri e di tutte le viscere di questa cavità; e molto maggiormente poi il turgore e l'ingrossamento dei più conspicui ramoscelli venosi che si vedevano scorrere increspati e serpeggianti, massime pel mesenterio e in alcuni luoghi dir. si potevano* varicosi *a segno da essere presso a scoppiar.*" (Meli l. c. p. 29).

80) „.... *aprimmo or questo or quello dei vasi venosi del mesenterio, o degli altri spettanti ai diversi visceri del bassò ventre e tutti ci presentarono in vario grado* orme di flogosi; *cosicchè non fu dubbio di amettere l'*universale flebite del sistema addominale de' vasi a sangue nero." (Meli l. c. p. 31). Et: „*La splenica, la grande e picciola meseraica, i vasi brevi, la coronaria stomatica, le gastro-epiploiche, le pancreatiche, e che so io, notevolmente accresciute di volume ed* indurate *sì, che a prima giunta scambiavionsi con le arterie. Aperta or questa or quella, ed essaminate la interna membrana, trovossi* dappertutto un manifesto stato di flogosi." (l. c. p. 33. 34).

81) „*A molta più profonda flogosi dimostrò aver soggiaciuto il tronco* della vena porta ventrale." (Meli l. c. p. 34).

82) Prost *médecine éclairée par l'observation et l'ouverture des corps. Articl.* 63. p. 190. — „*Cresceva cotale stato delle vene addominali coll' incrassare dei rami, cosicchè giunti ad iscoprire* la porta *ventrale, ci si presentò essa* al di là del doppio del naturale suo calibro." (Meli l. c. p. 29).

exulceratis [84]), tunicâ internâ rugosâ [85]), cum vestigiis pseudomembranarum [86]), et cavitate sanie [87]) atque coagulo [88]) repletis; — *venas hepaticas*

83) „*Ne questo aumento di volume era dovuto alla copia del sangue che vi era accorso di nero colore, ma sì bene al notevolissimo ingrossamento della membrana cellulosa e della fibrosa, come pur dello stato lamelloso che fra loro le unisce.*" (Idem, ibid.).

84) „*E non solamente la membrana interna della porta ventrale era corrosa in più luoghi e distrutta, ma sì bene la fibrosa ulcerata in vari suoi punti.*" (Idem, ibid.).

85) „*La vena porta ventrale straordinariamente ingrossata mostrava nel suo interno delle rilevanti rughe franciate di morbosa generazione, i cui intervalli riempiuti erano da una specie di albumina concreta.*" (Meli l. c. p. 39. Cfr. p. 34).

86) „*Uno stato pseudo-membranoso emergeva dall' interno contorno del seno della porta epatica.*" (Idem, ibid.).

87) „ . . . *Dappertuto gemeva dalle boccucce de' rami della vena porta putrescente sanie.*" (Meli l. c. p. 30).

88) „*Vi avevano poi per entro a questo tronco venoso tenaci concrezioni di crassamento sanguigno a foggia di polipi.*" (Meli l. c. p. 29). — „Dissecto venae portarum systemate, magna animi nostri admiratione, alium conspeximus *polypum*, qui ipsius venosi systematis vel minimas ramificationes mirum in modum comitabat; parietes vero venosi rubescebant valde, et praegressae in ipsis phlogosi fidem satis amplam faciebant, quod jam a sagaci praecl. pro-

ticas phlogosi correptas[89]; arterias ejusdem nominis normales[90]; — *venam cavam* striis rubris insignitam[91], et concrementis refertam[92]; — *cordis auriculam dextram* cum concremento polyposo[93], et *cerebri* vasa sanguine distenta[94].

5. Quamvis febrium biliosarum epidemiae visae sint, quae omnibus civium ordinibus aequali ratione infensae erant[95], hominesque fortes prae debilibus eligebant[96]; nihilominus fateri oportet, febres illas praesertim plebi egenae, militibus, rusticis, aliisque hominibus labore exhaustis insidiari. Grassantur maxime in regionibus tropicis et paludosis, aestateque praefervidâ. Caussae praedispo-nentes.

6. Epi-

fessoris mente vaticinatum erat." (Histor. morbi ex inst. clinico cl. Brera. Vid. Meli l. c. p. 21).

89) „*Le vene epatiche apparvero infiammate, e nell' interno alcun poco rosseggianti.*" (Meli l. c. p. 31). Et: „*pure rosseggiante se ne vide la commune membrana loro.*" (l. c. p. 39).

90) „*Niente di alterato all' opposto compariva nella tessitura delle arterie del medesimo nome.*" (Idem, ibid.).

91) „*Cava ascendente con striscie prolunghate e con areole rosse nella sua commune interna membrana.*" (Meli l. c. p. 33).

92) „Ipsam etiam cavam inferiorem cultro diligenter secuimus, et hic quoque loci rudimenta valde conspicua *massae polyposae* deteximus." (Brera l. c. p. 21).

93) Brera ibid. 94) Meli l. c. p. 33.

95) Meli *delle febbri biliose* p. 44.

96) Idem, ibid., p. 42.

Caussae excitantes.

6. Epidemica seu annua constitutione febribus biliosis favente, hae excitantur potissimum curis, moerore, ira, violentiis externis, praecipue capiti illatis; aura frigidiuscula nocturna, corpori a diurnis caloribus aestuanti, ob vestium debitarum defectum, admissa; corporis motu et potu aquarum corruptarum[97]), eoque nimio liquorum fermentatorum, nec non erroribus in diaeta. Victu animali prae vegetabili, aut fructuum horaeorum defectu, maxime febres biliosas excitari, vi hypothesium creditum est. Quodsi enim res revera sic sese haberet, cur divites, quorum mensae carnosis ferculis abundant, prae pauperibus, qui potissimum vegetabilibus vescuntur, ab isto morbo longe minus corripi solent? Cur in regionibus septentrionalibus, quae fructibus horaeis fere orbatae sunt, istae febres rarius adfligunt? — Contagii febres biliosae videntur esse expertes.

Caussa proxima.

7. Multum disceptatum est, utrum *caussa proxima* febrium biliosarum in bile, quae in sanguine praesto est (*Polycholia*), an solum in illius nimia secretione aut absorptione locata sit. Bilem qua talem in sanguine praeexistere, experimen-

97) „Dum aestivis sub caloribus movere saepe coguntur belli duces, et imprimis, si simul adsit *aquae penuria*, integri aliquando exercitus his febribus affliguntur." (Swieten comment. T. III.).

rimenta, a PARMENTIER et DEYEUX[98]), ROOSE[99]), DOEMLING[100]), aliisque instituta, negant; eandem vero absorberi, exemplum icteri probabile reddit. Quum autem icterus saepissime sine febre obveniat, illius exemplum aequo pacto docet, ex bilis absorptione febrem necessario non aequi. Verisimile igitur est, febrem biliosam nec a polycholia, nec a resorptione bilis originem trahere, bilisque in ea febre proventum nil aliud esse, quam effectum morbosae secretionis. Hoc posito, altera accedit quaestio, scilicet: *quaenam sit ipsius bilis morbosae secretionis caussa?* Recentiasimus de febribus biliosis auctor[101]) illam *in inflammatione systematis venarum abdominalium, praesertim portarum*, quaerendam esse existimat, quae opinio per anatomiam pathologicam confirmari utique videtur. Interea re probe perpensa, apparet, necroscopiam duntaxat docere, homines, qui ex febribus biliosis male curatis *moriuntur*, inflammationem venarum abdominalium exhibere. Transitus vero istiusmodi febrium biliosarum in phlebitidem neutiquam probat, jam ipsas febres biliosas phlebitidis abdominalis progeniem esse. Et cur demum unius *bilis* aucta copia statum inflam-

98) REIL's *Archiv f. Physiologie.* 1. B. 2. *Hft.* p. 101.

99) *Physiologische Untersuchungen, Braunschweig* 1796.

100) Diss. sistens morborum gastricorum acutorum pathologiam. Würceb. 1797.

101) MELI opp. c.

inflammatorium partium secretioni illius dicatarum exposceret; quum secretio sudoris, urinae, salivae, absque cutis, renum et parotidum phlogosi locum habere possit? Statum autem inflammatorium hepatis aliorumque viscerum abdominalium *interdum* conspicuam in febribus biliosis aliisque gastricis scenam ludere, nova non est observatio [102].

Diagnosis. 8. Priusquam vero ad istam diagnoseos partem devenimus, de cautelis in admittenda febrium gastrico-biliosarum praesentia, quaedam in medium proferenda sunt. Sciendum enim est, Stollii de febribus biliosis doctrinam a medicis coaevis nimis extensam fuisse, cui vitio J. P. Frank obviam eundo [103]), alius generis abusui fortuito ansam praebuit.

Fallacia symptomatum. 9. Nullum sane signum datur, quod febribus biliosis pathognomonicum dici posset. Genarum

102) Jam Baglivius edixit: „quae nobis videntur malignae, a viscerum phlegmone et erysipelate fiunt."... „A duabus potissimum caussis malignas has febres pendere observavi, inflammatione viscerum et ab apparatu pravorum crudorumque humorum in primis viis vel in massa sanguinis." Cfr. Wienholt diss. de occultis viscerum hypochondriacorum inflammationibus in febribus bilioso-putridis. Gottingae 1772. Ipse jam dudum in clinico instituto Vilnensi demonstravi hepatitides saepe sub larva febrium biliosarum obvenire.

103) De larvis morborum biliosis. Prolus. academ. (Delectus opusculorum. Vol. I.).

rum rubor circumscriptus non solum hujusmodi in febribus, sed et in aliis morbis observatur, v. c. in peripneumonia, in phthisi pulmonali. Vel color flavus cutis non semper a bile. Detegitur nempe et post magnas haemorrhagias, et post morsum viperae, et in recens natis, primum scilicet cancri cocti instar rubentibus, paulo vero post plerumque flavescentibus. Flavent tandem maculae scorbuticae, flaventque ecchymoses, dum cruor, in telam cellulosam effusus, magna ex parte absorptus est. Ita a cruore potius quam a bile, flavedo sputorum in peripneumonia et in pneumonorrhagia derivanda [104]). In genere infidum signum color [105]). Labii inferioris tremor saepe a nervosa passione oritur, e. c. vel in sano homine, quando fletus prorupturus est. Sapor oris depravatus, amarus, multis in morbis licet non biliosis occurrit, e. c. in coryza, ita post jejunium; sensus enim saporis, aliorum instar sensuum saepe depravatur, ac cerebro falsas impressiones committit. Lingua muco denso flavoque obducitur, e. c. in cynanche faucium, quam-

104) Sic jam a. 1797. docui. (J. Frank ratio instituti clinici Ticinensis).

105) Mutationes colorum in animalibus cum circuitu cruoris et temperatura corporis nexum habere, pulchre per experimenta, ope thermometri in chamaeleonte suscepta, probavit J. Murray. (Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- u. Heilkunde.* 8. *B. No.* 9. *Septemb.* 1824).

quamvis non biliosa; item a dente carioso, a mercurii usu. Hystericae et hypochondriaci, sine latentis bilis indiciis, ructus experiuntur, interdum nidorosos. Screatio a solo intuitu vel a reminiscentia rei ingratae. Ita nausea et vomitus, cui praeterea ansam porrigere solent motus rotatorius sive inconsuetus corporis, contagium variolarum, laesiones cranii, vitia renum, uteri, vesicae urinariae, herniae etc.

Distinctio ab aliis morbis.

10. Itaque non ex *uno* symptomate, sed ex plurimis, habitaque simul ratione caussarum, ad praesentiam febrium gastrico-biliosarum concludendum est. Praeterea morborum cum istis febribus similitudinem alentium memores esse juvabit. Loquimur de febribus *intermittentibus*, *de stadio invasionis variolarum*, *de encephalitide*, *gastritide*, *hepatitide* et *mesenteritide*.

Distinctio a febre intermittente.

11. *Febris continua biliosa* a *febre intermittente* ejusdem indolis distinguitur, habità ratione morborum regnantium eorumque quos aegrotus forte prius perpessus erat; item frigoris et sudoris, vix unquam in febribus continuis ita urgentium ac in febribus intermittentibus; et tandem urinae, ibi magis puriformis hic potius lateritiae.

Varia indoles.

12. Stabilita febris continuae gastrico-biliosae praesentia, eruendum est utrum ea sit *simplex*, an *inflammatoria*, an *rheumatica*, an *nervosa?*

13. *Sim-*

13. *Simplex* nobis est febris continua gastrico-biliosa, quae sub mitissima forma, sine indiciis sive inflammatoriis, sive rheumaticis, sive nervosis decurrit. Deprehendes aegrum sub exploratione abdominis nullum doloris sensum manifestare et videbis febrem jam ab ipsis evacuationibus spontaneis decrescere. Praeterea et saburrarum adsunt indicia. Imo verisimile est, quod sicuti cibus acris, ore detentus, uberiorem salivae secretionem in propinqua parotide elicit; ita saburrae in intestinis, uberiorem in propinquo hepate eliciunt bilis secretionem. Febris biliosa simplex.

14. Febris *biliosa inflammatoria* longe aliter constituta est. Licet enim in ea evidentia signa jecinoris inflammati exspectanda non sint (quum morbus hoc in casu non ad febres biliosas, sed ad hepatitidem spectaret [106])), attamen symptomata, ex quibus *irritationem inflammatoriam* systematis hepatici arguere licet, praesto sunt. Spectant huc febris cum pulsu vibrante, cephalaea, sopore, delirio et epistaxi; flavedo cutis, evacuationes spontaneae vix levamen afferentes, urina sedimento puriformi instructa, ardor epigastrii et hypochondrii dextri, *attactum respuentis*. Quod ultimum signum (inprimis si hypochondrii exploratio suscepta fuerit trunco prorsum et quidpiam sini- Febr. bilios. inflammat.

106) Melio facile sane erit febres biliosas a phlogosi repetere, si evidentes hepatitides huc revocat (l. c. p. 114).

sinistrorsum incurvato[107])), magni facimus, quippe reliqua etiam ex sola bilis praesentia, absente conditione inflammatoria ventriculi aut hepatis, oriri possunt. Hujus autem conditionis inflammatoriae praesentia eo securius arguitur, quo robustior aegrotus, quo magis iste ad haemorrhagias, praesertim haemorrhoides praedispositus, et potui liquorum fermentatorum addictus est; quoque calidior atmosphaerae temperies. Caeterum eadem inter febrem biliosam inflammatoriam et hepatitidem intercedit ratio, uti inter febrem inflammatoriam et angiotitidem; inter febrem rheumaticam et rheumatismum acutum, inter febrem catarrhalem et bronchitidem etc.

Feb. biliosa rheumatica; catarrhalis.

15. *Febres biliosae rheumaticae* saepe ophthalmiâ, cynanche faucium, coryzâ, catarrho, ordiuntur. Maxime gignuntur per vicissitudines atmosphaerae in hominibus, insidiarum climatis calidioris ignaris, atque somno supra solum humidum indulgentibus. Conjicimus cohibitam perspirationem rheumati, rheuma vero (systema hepaticum irritando vel inflammaudo) uberiori bilis secretioni ortum dare. *Febri biliosae rheumatico - inflammatoriae* saepe socia est affectio catarrhalis membranae pituitariae intestinorum, *dysenteriae* gignens *symptomata.*

16. Fe-

107) Omni jure Meli (l. c. p. 320.) monet, in morbis hepatis abdomen esse explorandum: *„col tronco ricurvo in avanti ed un pò a sinistra.“*

16. Febres biliosae *simplices*, rite curatae, periculo carent: imo illas interdum salutares observavimus[108]. Secus *complicatae*, praecipue in hominibus morbis chronicis detentis[109]), et in *puerperis*[110]). Febres gastrico-biliosae cum complicatione rheumatica, inflammatoria, nervosa, crescentes exhibent periculum. Praeter consuetos phlogoseos exitus gangraena ante portas. Tandem transitus febrium biliosarum in *phlebitidem* a FIZEAU[111]) conjectus, et a MELI[112]) extra dubitationis aleam positus, memoratu dignus est. Quoad semeioticam, in febribus biliosis, *linguae conditio* maxime significat. Accedunt signa ex *vultu*, *cute* et *abdomine* deprompta. Prognosis.

17. Aqua, succo vegetabili acidulo (citri, aurantiorum, berberis, vaccinii oxycocci) et saccharo mixta, parvis haustibus, nec non repetitis vicibus subfrigide epota, una cum abstinentia a victu, Cura febr. biliosae simplicis.

108) Permultos novi homines, diu affectionibus hypochondriacis ventris vexatos, qui per rite curatam febrem biliosam, quam perpessi sunt, perfectam denuo sanitatem adipiscebantur: nonnulli eorum, qui antehac nimiam ad obesitatem manifestaverant proclivitatem, absoluta tali febre, ventrem, ut vulgo ajunt, amiserunt.

109) MAENDLER diss. de febris biliosae complicatione cum aliis morbis. Lugd. Batav. 1790.

110) SACHTLEBEN in STARK's *Archiv*. 2. *B*. 2. *St*. *No*. 1.

111) Cfr. P. II. Vol. II. Sect. II. Cap. XVIII. De phlebitide. §. LXXV. 7. (88).

112) Op. cit.

victu, ad curandas febres gastrico-biliosas *simplices* sufficiunt, dum ipsa natura evacuationem bilis per vomitum et diarrhoeam spontaneam absolvit. Alias hujusmodi evacuationes per artem excitandae. Prius tamen diluenda est tenax bilis et ad eliminationem praeparanda (quod *saburras mobiles reddere* vocant). Huic scopo sic dicta *remedia resolventia* inserviunt; e. c. *tartarus emeticus*, aut per se aut *cremore tartari* mixtus[113]). Alvus clausa *clystere* emolliente movetur. Elapso uno alterove nychthemero ad bilis formalem evacuationem devenitur. *Emetico* locus est, si generales hujus auxilii contraindicationes desint, si os sit amarum, lingua spurca, si ructus nidorosi, nausea, vomituritio obveniant, sique forte vomitus spontaneus antea cum levamine contigerit. *Tartarus emeticus*, aut, dum praesens illi obstaret diarrhoea, radix *ipecacuanhae* ad vomitum eliciendum maxime idonea sunt medicamenta. Peracta emesi aegroto ad futurum usque nychthemerum pax conceditur. Tunc, vel etiam prius, si vomitorium non fuerit indicatum, ad *lenia purgantia* properandum[114]). *Lenia*, inquam, nam vehemens purgatio valdopere nocet. Quam ipsam ob caussam vix unquam hoc in morbo

113) P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXX. No. 9.

114) Si tamarindi per se effectum optatum non praestarent, adde illis drachmam unam alteramve salis cujusdam purgantis.

morbo *emetò-catharticum* locum invenit. In genere hîc ab omni tumultuaria medendi ratione abstinendum, et peractis jam jam indicatis evacuationibus, quid nunc ultro natura valeat, exspectandum. Interea ne aegrotus absque pharmaco relinquatur, ipsi potio nobis carissima praescribitur[115].

18. In *febre biliosa inflammatoria* quo recentior morbus, quo floridior aeger, et quo majores regionis epigastricae et hypochondriacae dextrae ardor, dolor et tensio; eo magis *venaesectio* indicata est[116]. Homini adulto novem circiter cruoris uncias, easque e brachio dextro detrahere solemus. Talis phlebotomiae unicus scopus in eo consistit, ut transitus morbi in phlogosin systematis hepatici aliorumque viscerum praepediatur, utque complicatio inflammatoria auferatur. Quam ob rem si detracto sanguine febris et affectio regionis epigastricae et hypochondriacae dextrae decreverint, a novis venaesectionibus abstinendum. Contra si symptomata, quae primum cruoris Cura febr. biliosae inflammator.

115) R. Subcarbonatis potassae drachmam unam. Saturetur cum suff. quant. succi citri recenter pressi. Adde aquae cerasorum nigrorum uncias septem. Syrupi ejusdem unciam unam. M. Cap. secunda quaque hora cochlearia duo majora.

116) Appel de phlebotomiae, imprimis in febribus biliosis recta administratione. Helmstadii 1779. — Bode de recto usu sanguinis detractionis in morbis biliosis. Gotting. 1702.

cruoris detractionem exposcebant, perseverarent, *nullumque a phlebotomia detrimentum visum sit*, illa reiteranda [117]). Peractis indicatis phlebotomiis, neque ablata omnino epigastrii et hypochondrii dextri passione, sanguinis evacuationibus localibus ope *cucurbitularum scarificantium* et *hirudinum* est occurrendum. Earumdem adminiculo etiam ingruentem morbum adgredimur, si affectio epigastrii et hypochondrii dextri plus quam febris vigeant, sique aeger alioquin ad venaesectionem minus aptus sit. Sunt enim hoc in morbo evacuationes cruoris locales longe tutiores, quam universales, nisi evidenter indicatae. Utraeque tamen limites agnoscunt. Si enim cruoris detractio licet repetita nec hilum proficiat, dubium, an symptomata ardoris, doloris, tensionis epigastrii non alium, quam inflammationis, agnoscere possint fontem, medico, systematum ignibus fatuis non obcaecato, sponte sese obtrudere debet. Ac re quidem vera, ea ortum *ab uno bilis stimulo* duxisse, plus vice simplici observavimus. Interea donec dubium illud confirmatum haud fuerit, in cura febris biliosae *inflammatoriae* non solum cruoris evacuationes minime negligere, sed praeter illas *pharmaca* quoque *mucilaginosa* et *oleosa* [118]) propinare oportebit. Purum

117) Burnet ad 200 cruoris uncias detrahebat! (l. c.) — Meli de venaesectionibus ait: „*Mai* (*!*) *meno di tre, e in casi gravissimi si giunse a sette.*" (l. c.).

118) l. c. No. 12.

rum etiam *oleum* ex nucleis recentibus *amygdali communis* recenter expressum hîc jure commendatur[119]). Indicatur potissimum vigente irritatione phlogistica in ipso ventriculo aut in intestinis. Morbo maxime hepar detinente, praemissis jam indicatis evacuationibus cruentis, inprimis si vomitus administrationem aliorum catharticorum impediret, ad *calomel*[120]) confugiendum. In hujus tamen usu (ob ptyalismi periculum, symptomata hic aggravare soliti) haud diu perseverandum. Effrenem vomitum nostro in morbo compescere quoque solet *haustus anti-emeticus* Riverii, sub actu effervescentiae adhibitus[121]). Ad eundem effectum nec non ad febris impetum frenandum multum quoque contribuit *potus aquae frigidae*, quem Galenus[122]), Celsus[123]), Cre-

cen-

119) J. B. Martii *istoria delle pleuritidi biliose di Samminiato.* 1775. p. 160. — Burserii instit. med. pract. Vol. I. §. CCCXCV. et Hufeland *Journ. der prakt. Heilk. X. B.* 4. *St.* p. 135. (Dosis unciae semis sexies, octies intra nychthemeri spatium).

120) Omni quarta hora grana duo, pro adulto.

121) R. Subcarbonatis potassae grana decem. D. ad chartam. R. Succi citri recenter expressi unc. semis. D. ad vitrum. Misce dein et capiat sub actu effervescentiae. Repetatur secunda seu tertia quaque hora.

122) Meth. med. Lib. IX. cap. 5. („Maxime vero continentiarum febrium remedia, haec duo sunt: detractio sanguinis et *potio frigida*").

123) De re medica. Lib. III. cap. 7. („Cum vero in summo incremento morbus est, utique non ante diem

CENCIO [124]), CIRILLO [125]), A. FRÖHLICH [126]) et MELI [127]) inculcant. BURNETT aliique etiam *affusionem* seu *lotionem* corporis aegroti ope aquae frigidae, atque (praesente meteorismo) *applicationem glaciei* super abdomen commendant, idque omni jure praecipue in regionibus calidis, et sub rerum positionibus, quas alibi adcuratissime indicabimus [128]). Hìc satius erit meminisse, febrem biliosam, fugatâ complicatione inflammatoriâ, illico ut *simplicem* esse tractandam. Naturae enim viribus quidpiam fidendum. Interea aestum febrilem (et in graviori morbo statum inflammatorium in systemate venarum abdominalium) temperant *nitrum* [129]), et *acida vegetabilia*, vide-

quartam magna siti antecedente; *frigida aqua* copiose praestanda est, ut bibat etiam ultra satietatem"). Cfr. E. F. CHR. OERTELIUS de aquae frigidae usu Celsiano. Monach. 1826.

124) *Raggionamenti intorno alla nuova medicina dell' acqua.*

125) In *Philosophical transactions. Vol. XXXVI.* p. 142.

126) *Abhandl. von dem auffallenden Nutzen d. kalten u. lauen Wassers in Fieberkrankheiten u. d. Scharlach. Wien* 1818. Et: *Abhandl. über die Kräfte, sichere und schnelle Wirkung des kalten u. lauwarmen Wassers in Faul-, Nerven-, Gallen-, Brenn- und Scharlachfieber u. s. w. Wien* 1820.

127) l. c. p. 83. 128) Cap. V. §. XXXI. No. 22.

129) In parca tamen dosi, quoniam illud hoc in morbo aegre ferri solet.

videlicet *oxymel simplex*, *acidum tartari*[130]) aut simile, aqua vel decocto mucilaginoso[131]) dilutum, et saccharo edulcatum. *Acidum sulphuricum* et *nitricum*, non nisi valde diluta, conveniunt.

19. Cura *febris biliosae rheumaticae*, notas simul inflammatorias exhibentis, *venaesectione* inchoatur. In leviori morbo *cucurbitulae scarificantes* vel *hirudines* ad epigastrium et hypochondrium dextrum applicitae sufficiunt. Succedunt evacuationes bilis juxta rerum conditiones jam indicatas[132]), modo *emeticis* modo *purgantibus* impetrandae. Hisce tamen pharmacis diu nimis insistere periculosum est. Febris enim, utpote charactere rheumatico insignita, crisin libentius ope cutaneae perspirationis absolvit, cui, evacuationes tubi intestinalis, nimis crebro repetitae, obstant. Devicto itaque statu irritationis circa hepar, ac eliminata bile, quo citius id fieri potest, ad pharmaca *leniter diapnoica*, videlicet ad *spiritum Mindereri* et potissimum ad *tartarum emeticum*, refracta dosi porrectum, ut- C. febr. bil. rheumaticae.

K 2 pote

130) R. Aquae rubi idaei uncias octo. Acidi tartari, q. s. ad lenem aciditatem. Syrupi rubi idaei unciam unam. D. S. uncia una pro dosi, secunda quaque hora repetenda.

131) R. Decocti salep libram unam. Syrupi acetositatis citri unciam unam. M. S. Cap. vasculum coffeanum semis omni secunda hora.

132) No. 18.

pote alvinae simul libertati studentem, confugimus. Praeterea in toto hujus febris biliosae speciei decursu tum propinatio tum adplicatio rerum frigidarum evitari debent. Conducunt potius *fomenta abdominis tepida, emollientia.* Tandem si evacuationes regionibus dolentibus non prospicerent, istis, senescente morbo, *vesicatorium* imponendum foret.

§. XXIV.

De febribus gastrico-pituitosis.

Definitio. 1. Febris continua gastrica, secretione morbosa pituitae primarum viarum stipata, *pituitosa* nuncupatur [1]).

Literatura. 2. Febrem hujusmodi descripserunt: Screta [2]), J. G. Roederer et C. Th. Wagler [3]), C. Strack [4]), M. Stoll [5]), Ph. G. Knaus [6]), C. F. Els-

1) *Synon.* Febris glutinosa, lymphatica, humoralis. Morbus mucosus. Phlegmapyra. German. *Schleimfieber.* Gall. *Fièvre adéno-méningée.* Ital. *Febbre mucosa.*

2) Diss. de febribus pituitosis. Basil. 1650.

3) De morbo mucoso liber singularis. Gotting. 1762. — Denuo recusus annexaque praefat. edit. a Wrisbergio. Gotting. 1783.

4) Diss. de febre pituitosa. Mogunt. 1781.

5) Ratio medendi. Tom. III.

6) Diss. annotationes quaedam circa morbum bilioso-mucosum annis 1783 et 84. Stuttgardiae grassatum. Stuttg. 1786.

Elsner[7]), G. F. Consbruch[8]), Wiebers[9]), Jacobi[10]), G. E. F. Canz[11]), J. P. Frank[12]), Reil[13]) et J. L. Doussin-Dubreuil[14]).

3. Morbus languore universali et incommodis ventriculi annuntiari solet. Evolvitur horripilatione, intercurrente calore, cum cute sicca et pulsu frequente. Horis vespertinis cuncta haec symptomata exasperantur. Mane cutis sudoribus partialibus, acidum spirantibus, cooperitur. Accedentibus repetitis exacerbationibus, aeger magis magisque de capitis gravitate, deque aurium susurru conqueritur, aut veluti stupidus decumbit. Symptomata.

7) Diss. animadversiones in febres pituitosas. Regiom. 1789.

8) Diss. historia febris mucosae biliosae annis 1783 et 84. Stuttgardiae grassatae. Stuttg. 1790.

9) Diss. sistens discrimen inter febrem pituitosam et biliosam. Gotting. 1790.

10) Diss. de febre pituitoso-nervosa Stuttgardiae 1792. grassante. Stuttg. 1793.

11) *Beschreibung einer Schleim-, Faul- u. Nervenfieber-Epidemie, die 1793—94. in den Rheingegenden und auf dem Schwarzwalde unter dem Landvolke gewüthet hat. Tübing.* 1795.

12) Epit. de curand. hom. morbis. Vol. I. p. 148.

13) Memorabilia clinica. Fascicul. I. p. 6. — *Fieberlehre.* 3. *B.* p. 578.

14) *Ausführliche Darstellung der Ursachen, Wirkungen u. Heilmittel der in unsern Tagen so häufigen Verschleimungen. A. d. Fr. Mit Vorrede u. Anmerkungen von Dr.* J. H. G. Schlegel. *Ilmenau* 1823.

bit. Maxime is continua screatione muci, in fila ductilis, molestatur. Sapor oris vel nullus, vel salsus et nauseosus. Fauces rubent, ac pituita, interdum suffocationem minitante, saepeque vomitum et tussim excitante, vellicantur. Plerumque ardoris sensus a ventriculo per oesophagum ad fauces ascendit. Multi anxietatem, morsum stomachi, flatus et singultum patiuntur. Interdum regio epigastrica attactum non fert. Nec desunt apud plurimos tormina abdominis, et diarrhoea, sub cujus decursu mucus, materiae vitreae similis, deponitur. Urina jumentosa, saepe cum sedimento cinereo, haud raro cum ardore excernitur. Aegroti juniores et feminae praeterea vermes evacuare solent. Aetate provectiores et mares saepe haemorrhoidibus exercentur. Quodsi morbus, uti saepe fieri solet, ultra septimum diem ad decimum quartum aut vigesimum primum usque protrahatur, plerumque miliaria, aphthae circa os, anum, proveniunt. Denegata tunc per sudorem universalem, per diarrhoeam foeculentam, perque largam epistaxin, crisi, turbae systematis nervosi, viriumque jactura, meteorismus et mors timenda sunt.

Necroscopia. 4. In *cadaveribus* inflammatio ventriculi et intestinorum tenuium reperitur [15]). Illorum superficies interna muco tenaci, flavescente aut cinereo

15) Wagler l. c. oper. recent. p. 241.

reo obducta est[16]). Substantia intestinorum crassior. Glandulae ad illa spectantes tumidae, halone rubro circumdatae, ductibus excretoriis dilatatis. Hepatis parenchyma acinosum.

5. Febribus gastrico-pituitosis potissimum obnoxii sunt homines graciles, laxi, infantes, feminae, praeterea qui vitam sedentariam agunt, loca uliginosa inhabitant, cibis crudis vescuntur, aut fame ac animi pathematibus deprimentibus vexantur, nec non, qui scrophulis laborant. Caussae praedisponentes.

6. Excitantur febres pituitosae vicissitudinibus atmosphaerae, frigore humido et ignota annua seu epidemica constitutione. Caussae excitantes.

7. Illarum *caussa proxima* quondam a pituita sanguinis repetebatur. Nos eam, cum recentioribus[17]), a secretione morbosa pituitae, cui affectio catarrhalis membranae mucosae ventriculi et intestinorum ansam praebuit, repetimus. Caussa proxima.

8. Itaque febris gastrico-pituitosa re ipsa nil aliud est, quam febris catarrhalis, in qua affectio, alias membranae pituitosae narium et bronchiorum infensa, illam faucium oesophagi, reliquique tubi alimentarii detinet. Nihilominus haecce differentia tanti est momenti, ut doctrina febris catarrhalis vix cum illa febris pituitosae simul tradi possit. Nequaquam febris pituitosa pro sic dicta *influenza* habenda[18]). Interea posse caussam Diagnosis.

16) Reil loc. cit. p. 584. 17) Reil l. c. p. 570.
18) Has febres ut morbos ejusdem generis describit J.

sam febrium catarrhalium tum sporadicarum tum epidemicarum interdum simul tubum alimentarium adficere, non negabimus.

Feb. pituitosa simplex. 9. Febrem gastrico-pituitosam, quae ut catarrhus membranae mucosae tubi alimentarii, siue indiciis manifestis aut phlogoseos, aut saburrarum aut bilis, et sine turbis nervorum decurrit, *simplicem* vocabimus.

Feb. gastr. pituitosa inflammat. 10. *Inflammatoria* nobis erit febris gastrico-pituitosa, quae cum tanta tubi alimentarii irritatione incedit, ut ad constituendam genuinam enteritidem *unus* dumtaxat requireretur gressus. De complicationis inflammatoriae praesentia calor cutis magnus, pulsus plenus, durus, ardor ventriculi, tormina abdominis, maxime autem aegroti constitutio, morbis inflammatoriis favens testantur.

Feb. pituit. gastrico-saburralis. 11. Caussâ catarrhali in tubum intestinalem, sordibus et vermibus alioquin onustum, irruente, *complicatio* morbi *saburralis* et *verminosa* facile intelligitur. Neo arduum erit de *complicatione biliosa* febris pituitosae rationem reddere, perpendendo, omnem fere irritationem, tubo alimentario illatam, copiosorem bilis secretionem elicere.

Feb. pituitoso-nervosa. 12. *Complicationem nervosam* febris gastrico-pituitosae alio in loco [19]) illustrabimus.

13. Fe-

H. G. Schelkorn, *Handwörterbuch der medic. Klinik.* 4. *B.* 2. *Th.* p. 407.

19) Cap. V. §. XXX. No. 8.

13. Febris gastrico-pituitosa *simplex*, in hominibus antehac nulla viscerum labe adfectis, vix periculum portendit. Secus autem in valetudinariis, praesertim scrophulosis. Sicuti enim febres catarrhales in hominibus, quorum pulmones tuberculis referti erant, phthisin pulmonalem excitare valent; ita febres pituitosae in hominibus, quorum mesenterium tuberculis notatum est, phthisin meseraicam saepe producunt. Ubi hae febres complicationem inflammatoriam aut rheumaticam ineunt, periculum phlogoseos viscerum, in peritonaei sacco inclusorum, imminet, una cum sequelis. Febre pituitosa in inflammationem viscerum transeunte, imminutio secretionis pituitae sequi solet. Quamobrem etiamsi nimia pituitae secretio aegrotum exhaurire possit, illam tamen melioris ominis habemus. Complicatio biliosa et saburralis febrem pituitosam non graviorem reddere non potest. Id quod majori adhuc in gradu de complicatione nervosa, inprimis aphthis stipata, valet. Prognosis.

14. Febrem gastrico-pituitosam *simplicem*, utpote febrium catarrhalium simplicium instar proprium decursum absolventem, eo magis naturae committimus, quum status irritationis tubi alimentarii alioquin usum internum pharmacorum excludat. Remedia solum *emollientia* (e. gr. decoctum *salep*, *althaeae*, *seminum lini*, *solutio gummi arabici*) excipi merentur, et quidem tum in Cura febr. pituitos. simplicis.

in morbi *principio*, tum versus illius *finem*. Utroque nempe in casu tubi alimentarii irritationem temperare non nocebit; ibi, antequam pituita copiose secreta id per se praestet; hîc, postquam pituita praeter modum evacuata partes affectas, muco obducente spoliatas, reliquerit. Pharmacis mucilaginosis tunc etiam lenia *narcotica*[20]) copulari possunt. In morbi quoque *medio*, ubi interna tubi alimentarii superficies tenaci pituita obducta est, ideoque illius a pharmacis irritatio vix timenda, *remedia ex resolventium classe* petita, ad incidendam diluendamque pituitam ejusque evacuationem spontaneam praeparandam, exhiberi queunt. Illorum duo nobis hîc prae reliquis familiaria sunt, nimirum *tartarus emeticus*[21]) et *sal ammoniacus*[22]). Aegro acidis primarum viarum molestato, *subcarbonas* sive *sodae*, sive *potassae*[23]) conducit. *Calomel* hîc cum damno adhibemus. Quodsi natura a pituita sese ipsa liberare haud valeat, illius eliminationi brevissima, qua fieri potest, via est prospiciendum. *Emeticum* indicatur, ubi ex pituitae collectione nausea, conatus vomendi cum suffocationis periculo urgent; *catharticum*, ubi borborygmi, abdomi-

20) e. c. syrupus diacodii.

21) Part. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXX. No. 9.

22) Ibidem. No. 12.

23) e. c. grana viginti in unciis sex aquae fontis, addita syrupi violarum uncia una. D. S. capiat cochleatim.

dominisque tensio cum alvo clausa conjuncti sunt. Inter emetica radix *ipecacuanhae* hìc excellit; inter cathartica illa *rhei*, addita tamen mucilagine[24]). Diaeta esto severa. Pro potu decoctum hordei, aqua cum pane decocta, eaque pura, dummodo non frigida.

15. Febris gastrico-pituitosa *inflammatoria* aut *rheumatica*, si vehemens fuerit, *phlebotomiam* exposcit. Hac non omnino indicata, aut jam absoluta, quin morbus mitescat, *cucurbitulae scarificantes* et *hirudines* super abdomen adplicantur, ita ut quatuor aut quinque cruoris unciae adulto homini detrahantur. Per totum hujus curae curriculum, interne nonnisi *decocta mucilaginosa* propinanda sunt. Morbo ad simplicitatem perducto, uti antehac curandus, sed semper cum circumspectione, ne minimus tubo intestinali praepostere admotus stimulus idem rursus provocet incendium. Dum complicatio *rheumatica* latet, ad finem vergente morbo transpirationis operi prospiciendum. Ubi dolor adhuc abdomen torquet, ibi amplum *vesicatorium* adplicitum prodest. O. febr. pituit. inflamm. et rheumaticae.

16. Quum saburrae et bilis irritationem tubi alimentarii in febre pituitosa necessario augere debe- C. febris pituitosae gastr. saburralis.

24) Pro adulto: R. „Radicis rhei drachmam semis, gummi arabici drachmas duas, mellis puri unciam unam. Ebulliant per horae momentum c. s. quantitate aquae fontanae. Colatura unciarum octo d. s. Capiat secunda quaque hora cochlearia duo.

debeant, nisi natura ipsa jam satis illarum eliminationi provideat, aut status inflammatorius obstet, citius, quam alias, ad *emetica* et *purgantia* deveniendum est.

Monitum. 17. Curam febris pituitoso-*nervosae* in alium locum reservamus. Monemus tandem neminem praecepta, febribus pituitosis medendi, ad unguem tenere, nisi qui illis alia, in therapia enteritidis, diarrhoeae, et dysenteriae exponenda, jungit.

§. XXV.

De febre gastrico-verminosa.

Definitio. 1. Febris continua gastrica, vermium intestinalium proventu insignita, *verminosa*[1]) appellatur.

Literatura. 2. Hujus morbi doctrina cum generali illa de vermibus intestinalibus humani corporis[2]), arctissimum nexum habens, illustrata est a: JENISCH[3]), J. B. MOREALIS[4]), VELSCH[5]), SCHACHT[6]), SICKEL[7]),

1) *Synon.* Synochus puerorum. Febris ardens continua infantum, hectica infantilis, hectica febris infantum, febris lenta infantum. ITAL. *Febbre verminosa.* HISPAN. *La calentura verminosa.* GALL. *Fièvre vermineuse, fièvre ardente des enfans.* ANGL. *Worm-fever.* GERM. *Wurmfieber.*

2) P. III. Vol. I. Sect. II.

3) Quaestiones No. 4.: an febri verminosae purgatio. Montepes. 1605.

4) *Delle febbri maligne e contagiose prodotte dai vermi. Modena* 1739.

CKEL[7]), DÜRR[8]), VAN DEN BOSCH[9]), HÜNERWOLFF[10]), HAEN[11]), STOLL[12]), MUSGRAVE[13]), HUFELAND[14]), BEIREIS[15]), LEPEQUE DE LA CLOTURE[16]), WALLICH[17]), JAHN[18]), PHILITES[19]), LUTHER[20]), OSIANDER[21]), JUNGÉ[22]), RODRIGUEZ DE

5) *Hecatost.* II. observat. 59.

6) Diss. aeger febre continua a vermibus exorta laborans. Gies. 1703.

7) Acta acad. nat. curios. Vol. VII. p. 261.

8) Miscell. acad. nat. cur. Dec. III. a. 5 et 6.

9) Historia constitutionis epidemicae verminosae, quae annis 1760. 1761. 1762. et initio 1763. regnavit.

10) Miscell. acad. nat. cur. Dec. III. a. 2.

11) Rat. medendi. Pars XIV. p. 139.

12) Rat. med. Tom. VII. p. 115. et prael. I. p. 256.

13) *Essay on the nature and cure of so called Worm-fever. Lond.* 1776. V. *Sammlung auserles. Abhandl. f. prakt. Aerzte.* 3. *B.* p. 529.

14) *Bemerkungen über die natürlichen u. künstlichen Blattern, verschiedene Kinderkrankheiten.* 3. *vermehrte Aufl. Berlin* 1799. p. 324 sq.

15) Diss. de febribus et variolis verminosis. Helmst. 1780.

16) *Observations sur les épidémies.* p. 9. (febris putrido-verminosa anni 1770).

17) Diss. de febre verminosa. Gies.

18) Diss. febrium verminosarum examen. Halae.

19) Diss. febrium verminosarum pathologia. Gotting. 1785.

20) Diss. de febre verminosa. Erford. 1787.

21) *Denkwürdigkeiten für die Heilkunde u. Geburtshülfe. Götting.* 1794. 1. *B.* 1. *St.*

22) Soc. med. Hafniensis collectanea. Vol. II. p. 322.

de Vera[23]), Fournier[24]), Vivens[25]), Marie[26]) Penada[27]) et Moll[28]).

Symptomata. 3. Febris verminosa fere aliarum gastricarum instar incipit. Stipatur remissionibus, saltem ab initio morbi, conspicuis. Somnus tamen earum sub decursu valde inquietus est, praecipue pavoribus, stridore dentium, motibusque convulsivis faciei et extremitatum perturbatus. Infantes obdormientes ita se gerunt, acsi aliquid deglutire vellent. Horis matutinis moeror, pusillanimitas, oris foetor, lingua albo muco obducta, ptyalismus, nausea, interdum vomitus, apparent. Nisi morbus, uti saepe contingit, decursum ephemerae absolvat, remissiones febris sensim sensimque evanescunt, atque aegri viribus magis magisque fracti, adspectum offerunt luridum, oculos circulis lividis circumdatos, genas alternatim rubentes, pallescentes. Plurimi de aurium susurru conqueruntur. Saepius sternutatio et stillicidium sanguinis

23) *Mem. acad. de la real soc. de Sevilla. T.* 7. p. 76.

24) *Mém. de Dijon. T.* 2. *hist.* p. 69.

25) In Corvisart *journal de médecine. An X.* V. Hufeland's, Schreger's *u.* Harless's *Journ. der ausländ. med. Literatur.* 1802. 2. *B.* p. 315.

26) In Sedillot *rec. périodique de la société des médecins de Paris. Tom.* 21. p. 250. 257.

27) In *nuovi commentarj di medicina e di chirurgia publicati dai Sig*^ri^ Brera, *Ruggieri e Caldani.* 1819. *Tom. IV.* p. 373.

28) *Practisch Tydschrift voor de Geneeskunde.* 1822. p. 376.

nis e naribus (quibus aegroti digitos scalpendi caussa continuo admovent), observantur. In nonnullis vermes per nares et os exeunt. Urgent interea tussis sicca, cum doloribus pectoris, quasi pleuriticis, aliisque artuum. Multi cordis et carotidum vibrationes experiuntur. Tenditur abdomen, praecipue circa umbilicum dolens, caeterum attactum vix respuens. Alvus jam clausa, jam aperta: plerumque diarrhoea vel mucosa, vel mucoso-cruenta, vermes vivos, mortuos, putridos exhibens, saepe tenesmo juncta. Faeces foetidissimae, non raro lactis coagulati instar, vel filamentis obscure viridibus, veluti confervae, obvolutae. Quandoque vermium congeries, tali materia obducta, tanquam nidum constituit. In summo morbi gradu animi deliquia, transitoria caecitas, delirium, convulsiones, paralyses partiales, aphonia, aphthae comparent. Res ita ad septimum, decimum quartum, vicesimum primum diem protrahi potest, donec febris vel diarrhoea faeculenta, urina jumentosa, sudore universali, aut alio phaenomeno critico terminetur; vel in alios morbos, infra definiendos, transeat.

4. Ex anatomia pathologica, in tractatu vermium intestinalium, fusius tradenda, hic dumtaxat, quae stricte ad *febrem verminosam* spectant, in medium proferimus; videlicet in ventriculo et intestinis tenuibus — *ascarides lumbricoides*; in caeco — *trichuridem* seu *trichocephalum*, Necroscopia.

lum, et in recto — *oxyuridem vermicularem* obvenire, quorum vermium primi, perforatis interdum intestinis, in peritonaei ambitu in conspectum veniunt. Longe autem saepius post febres *dictas* verminosas cadavera exhibent serum in encephalo aut columna vertebrali, inflammationes peritonaei, hepatis, mesenterii et intestinorum.

Caussae. 5. Febribus verminosis praecipue obnoxii sunt infantes et pueri post secundum[29]) nativitatis annum usque ad duodecimum (et quidem quam maxime circa tempus novilunii[30]); item cupediarum amantes; qui victu crudo, saccharo, aliisque cibis et pharmacis dulcibus utuntur, condimento salis culinaris orbati sunt; qui scrophulis laborant, quique clysteribus abutuntur. Genio epidemico evolutioni vermium intestinalium favente, etiam adulti, praesertim feminae, febres gastrico - verminosas exhibent. Interdum hae febres praeposterae et insufficienti remediorum anthelminthicorum administrationi originem debent.

6. In

29) Observavi (Vilnae die 22. Jun. 1815) tamen et *primo vitae anno* in infante lactante febrem verminosam, sub cujus decursu praevia sternutatione ascaris lumbricoides per nares exiit, cessantibus illico febris symptomatibus.

30) Observationem istiusmodi millenis observationibus habeo comprobatam, atque pro illa, saltem in Lithuania, spondeo.

6. In *diagnosi* febrium verminosarum instituenda aeque a muliercularum more, omnes fere infantum ac puerorum morbos a vermibus repetendi, atque a medicorum nonnullorum opinione, illos e catalogo caussarum febrium excludi debere, alienos esse oportet. Veritas enim et hic in medio latet. Caeterum cur mulierculae *encephalitidem* et *rhachialgitidem*, *hydrocephalum* et *hydrorachitidem*, *carditidem* et *arteritidem*, *peritonitidem* (praecipue *mesenteritidem*) et *hepatitidem*, *gastritidem* et *enteritidem* saepe pro febribus verminosis habeant, facile intelligitur (est enim illis inflammationibus magna cum hisce febribus similitudo): ast quomodo *medici* existentiam febrium verminosarum in dubium vocare possint, animo concipi vix potest; nil enim intellectu facilius, quam febrium ex vermibus origo. Possunt nimirum vermes jam per irritationem, quam membranae internae tubi intestinalis inferunt, febrem mucosam generare. Similiter propagata irritatione ad hepar, febrem biliosam. Ast brevior adhuc via ad febriles motus excitandos, praeter illam morbosae secretionis muci et bilis, patet. Lacessitis nimirum a vermium reptatu morsuque nervis ventriculi et intestinorum, irritatio illico plexibus nervorum mesentericis et solari communicatur. Hi autem plexus quum ex pari nervorum vago et intercostali componantur, qui nervi *cordi* imperant, aliter fieri nequit, quin pulsus concitetur, calor augeatur, verbo, febris Diagnosis.

in conspectum veuiat. Fateamur vero opo hujusmodi tumultum, a vermibus excitat plerumque esse brevis durationis, *verasque* et *plices* febres verminosas utplurimum sub fo *ephemerae* sive simplicis sive protractae occurr quae id peculiare habet, quod circa noviluni derepente tanta cum vi ingruat, ut mox acr attingat. Quodsi aegrotanti corpus fuerit ple ricum, febris verminosa signa *complicationis flammatoriae* exhibet. Debiliores contra, qui systema nervosum admodum excitabile habe facile febrem verminosam cum *complicatione n vosa* nanciscuntur. Praeter febrem autem, p prie verminosam dictam, saepe accidit, ut multus verminosus vigentibus aliis morbis acu e. c. febribus inflammatoriis, rheumaticis, ca rhalibus, nervosis, viscerum inflammationib exanthematibus, concitetur. Complicatione l *verminosa* contingente, morbum primarium opinate exasperatum videbis. Advertes praete nova plane symptomata, praesertim nervosa, qu si in morbo, de quo agitur, vix alias expectan sint, diagnosin *scenae verminosae* faciliorem r dunt, quam in casu contrario, ubi scilicet ipso morbo primario similia symptomata exs ctanda sunt. Utut sit, scena verminosa maxi probabilis erit: si nulla alia caussa praegre fuerit, quae de morbi augmento aut mutata fa rationem contineret; si aegrotulus alioquin af

ctio

ctionibus verminosis obnoxius vixerit; si ille sub decursu praesentis morbi plurimis pharmacis dulcibus usus sit; si clysteres frequenter adhibiti fuerint; si novilunium aut immineat, aut vix locum obtinuerit; sique symptomata accessoria cum illis, quae alias a vermibus accidere solent, multum conveniant.

7. Febris verminosa simplex in corpore antehac sano vix periculum portendit. Secus autem, ubi illa cum notis inflammatoriis aut nervosis in aegrotulis, ad morbos alios dispositis et scrophulosis, incedit. Maxime timemus consensuales encephali affectiones; item enteritidem et mesenteritidem, de quo morbo, cum febribus verminosis magnum nexum habente, debito loco[31]) plura dicentur. Prognosis.

8. In primo febris verminosae limine in aegrotulo[32]), alioquin sano, *mixturam oleosam*[33]), et (nisi clysteres jam ad morbum excitandum contribuerint) *enema* ex lacte et saccharo praescribimus, exhibita aqua subfrigida pro potu, prohibitoque omni victu. Dum aegrotuli nec admodum sensiles sunt, nec dolores ventris manifestant, Cura.

 mix-

31) P. III. Vol. II. Sect. I.

32) Supponitur *aetatis annorum trium* respectu formularum sequentium.

33) R. Olei amygdalarum dulcium recentis unciam unam, mucilaginis gummi arabici drachmas duas, aquae fontis uncias tres. M. D. S. Capiat omni hora unciam semis.

mixturam illam cum *oleo ricini* (si id bonae notae ac rancidititatis expers haberi possit) copulamus[34]. Quodsi hac sub methodo morbus nychthemeri unius alteriusve spatio, ut in febre verminosa simplici plerumque fieri solet, evanescat; convalescenti, aegre jejunium ferenti, primum juscula avenacea, dein olera facilis digestionis, et tandem carnes juniorum animalium concedimus. Primo adpropinquante novilunio, id est, ultima lunae phasi ad finem vergente, *scopo prophylactico* praemisso ad vesperas enemate superius descripto simili, altero mane *pulverem anthelminticum*[35]) exhibemus, illumque, nisi effectus (saltem alvi purgatio) sequatur, postridie repetimus. —

Continuatio argumenti. 9. Febre verminosâ *symptomatibus inflammatoriis* stipatâ, praeter mixturam oleosam et enema ex lacte saccharato, si abdomen doleat, illi *hirudines*[36]) admovemus. Sanguine simul caput majori, quam par est, vi allidente, cruribus aut suris

34) R. Olei amygdalarum dulcium recentis unciam semis. Olei ricini, mucilaginis gummi arabici ââ drachmas duas. Aquae fontis uncias tres. M. D. S. cap. ut supra.

35) R. Pulveris artemisiae judaicae grana octo, radicis convolvuli jalappae grana sex. (*Semel* et calomel ad grana duo addi potest, imminuta tunc jalappae dosi ad grana quatuor).

36) Tot, quot requiruntur ad extrahendam cruoris unciam unam et semis circiter.

suris fermentum panis aut sinapismos ad lenem usque rubedinem adplicamus. Quae methodus nisi intra nychthemeri spatium febrem maxima ex parte temperaverit, *hirudinum* usus repetendus, simulque *calomel*[37]) porrigendum. — Alvo sic aliquoties aperta, postea ad *mixturam oleosam* redeundum. Imo si febris dein sine notis inflammatoriis continuaret, illiusque continuatio (propter absentiam signorum alias pituitam vel bilem indicantium) a solis vermibus repeti posset, nil usui *infusi seminum artemisiae judaicae*[38]) obstaret. Contra praesentibus symptomatibus, quae pro accumulata pituita aut bile loquuntur, ad parcas saepeque repetitas *tartari emetici* doses[39]), quibus etiam vis anthelmintica inest, confugiendum.

10. Febre verminosa nulla status inflammatorii indicia exhibente, praeter vermium muci bilisque evacuationem simul curandum ut systema nervosam refocilletur, ejusque nimia sentiendi facultas imminuatur. Quam ob rem praemissa Continuatio argumenti.

37) Bis terve de die ad granum unum, cum tribus granis gummi arabici. (A saccharo enim abstinendum).

38) R. Seminum cinae drachmam unam. Infunde in s. quantitate aquae fontanae fervidae per quartam horae partem ad colaturam unciarum trium. D. S. capiat secunda quaque hora cochleare majus.

39) R. Tartari emetici granum unum. Aquae destillatae uncias tres. M. D. S. Capiat omni hora cochleare coffeanum.

missa mixtura cum vel sine oleo ricini, praemissoque, si opus fuerit, grano uno alterove calomelanos, ad remedia sic dicta nervina confugere oportet. Quorum duo prae ceteris sese commendant, radix scilicet *valerianae sylvestris* et gummiresina *asa foetida*. Quum infantes hanc, utpote sensibus ingratam, respuere soleant, illiusque administratio sub forma clysterum dumtaxat adversus oxyuridem vermicularem conducat, turbas autem a reliquis vermibus concitatas potius augeat, *valerianae*[40]) standum, dummodo febris inde non invalescat. Haec si fuerit minima, sique aegrotuli caeterum absque notis inflammatoriis per dolores abdominis excruciarentur, et evacuationes tubi intestinalis fuerint absolutae, interdum quidquam *hyoscyami*[41]) aut *opii*[42]) conducit. Praeterea res nervis amicae et cuti, imprimis abdominis, adplicandae. Egregios effectus a *fomento calido* ex herbis *artemisiae absinthii* et

40) R. Radicis valerianae sylvestris drachmam semis vel integram. Infunde in s. q. aquae fervidae per quadrantem horae vase clauso. Colat. unciarum trium D. S.

41) R. Extracti hyoscyami granum unum, mucilaginis gummi arabici drachmas duas, aquae fontis uncias duas. M. D. S. capiat omni hora drachmas duas.

42) R. Pulveris Doveri grana duo, pulveris gummi arabici grana duodecim. Misce assidue et divide in quatuor partes aequales. D. S. Omni tertia hora pulverem capiat, si primus conduxerit.

et *rutae graveolentis* ad partes aequales parato, ventrique consilio MUSGRAVII[43]) imposito, obtinuimus. Profuit alias illinitio abdominis ope *olei hyoscyami cocti* et *camphorae*[44]), aut *succi recenter expressi radicis allii sativi.* Vulgus in Lithuania cum successu ventri inungunt axungiam, quae rotis vehicularibus inservit.

11. Caeterum in cura febrium verminosarum sicuti in aliis, postquam urgentibus indicationibus satisfactum jam est, etiam naturae tempus, ut operi coronam imponere possit, concedendum. Quod monitum eo majoris est momenti, quo minus febrem unice ex vermibus pullulare, constat. *Tumultus verminosi*, variis in morbis obvii, saepe remotis pharmacis dulcibus et clysteribus sedantur. Alias illis inter recensita anthelmintica ea, quae genio morbi aliisque rerum positionibus magis respondent, opponenda sunt. Finis argumenti.

CAPUT

43) l. c.

44) R. Olei hyoscyami unciam unam, camphor. r. drachmam semis.

Caput V.

De febribus nervosis.

§. XXVI.

De argumento in genere.

Definitio. 1. *Febres continuas*, quae virium conspicuâ jacturâ, labefactatione systematis nervosi et contradictione symptomatum stipantur, *nervosas* adpellamus.

Monita. 2. *Virium jactura* a vera illa debilitate, quae in omnibus fere morbis febrilibus occurrit, distinguenda est. Agitur nimirum hîc de virium jactura praegrandi, constante et reali, quae aegrum plus minus impotem reddit, motus voluntarios exercendi. Per *labefactationem systematis nervosi* etiam non intelligimus turbas illas transitorias nervorum, quae hominibus valde excitabilibus (e. gr. infantibus, feminis, hypochondriacis), dum qualicunque demum morbo febrili corripiuntur, communes sunt; sed affectionem constantem, quâ functiones sensuum, cerebri, medullae spinalis singulorumque nervorum, quin necessario phlogosi aut alio palpabili morbo tentati sint, conditionem abnormem sive exaltationis sive

sive stuporis prae se ferunt. *Contradictio symptomatum* in defectu nexus phaenomenorum morbi, quae alias in febribus animadvertuntur, consistit. Dum scilicet in reliquis febribus calor et oris conditio cum pulsuum vi et siti rectam rationem servare solet; in febribus nervosis saepe cutis ardorem orisque siccitatem sine potus desiderio cumque pulsu debilissimo observabis. Observabis itidem aegrum mox in una corporis sui parte calentem, in altera frigescentem, moxque ita viribus exhaustum, ut poculum ori admovere nequeat, et nihilominus sub delirii impetu per plures homines vix coërcendum. Sub deterrima rerum positione suscitatus, et, quomodo se habeat, interrogatus, „bene" respondebit.

8. Characteres gentilitii febrium nervosarum modo sub decursu aliorum morborum ingruunt, modo immediate scenam aperiunt. Dividimus hoc sub respectu febres nervosas in *secundarias* et *primarias*. Febres *nervosae secundariae* evolvuntur aut ex reliquis febribus, aut ex inflammationibus, exanthematibus, aliisque morbis. De his occasione datâ, de illis vero mox sermonem faciemus. Quum autem, characteres febris nervosae priusquam aliis in febribus ita evolvantur, ut earumdem formam deleant novamque ipsis imprimant, utplurimum fieri soleat, ut utrarumque febrium symptomata societatem ineant; ratio patet, cur doctrinam febrium nervosarum, quas Distinctio cardinalis.

secun-

secundarias compellavimus, una cum illa *complicationum* tradituri simus.

Aliae distinctiones. 4. Praeter divisionem febrium nervosarum in secundarias et primarias (quam propterea essentialem censemus, quod illarum quaevis peculiare quid ex morbo praevio retinet), aliae adhuc exstant etiam haud ignorandae divisiones. Loquimur de febrium nervosarum divisionibus in *acutissimas*, *acutas* et *lentas* (prout decursum aut unius alteriusve nychthemeri, aut nonnullorum dierum, aut plurium hebdomadum spatio absolvunt); in *nervosas proprie dictas* et in *putridas* (prout partes corpus humanum constituentes nexum conservant, ita, ut morbus *dynamicus* esse videatur, aut amittunt, ita, ut morbus solutionis vestigia offerat); et in *versatiles* et *stupidas* (prout systema nervosum statum aut exaltationis aut stuporis exhibet).

§. XXVII.

De febre nervosa ex inflammatoria.

Symptomata. 1. Pronitas *febris inflammatoriae ad transitum in nervosam*[1]) utplurimum jam a morbi initio proditur. Talis enim febris prae omni alia symptomatibus prodromis[2]) insigniri solet. Inter haec

1) Méglin *mémoires sur les fièvres inflammatoires putrides* in Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 53. p. 329.

2) Cap. I. §. II. No. 1.

haec maxime dolor lumborum valet. Porro adspectus aegri quid peculiare, verbis vix designandum, exhibet. Physiognomia inprimis aut insolitam serenitatem, aut tristitiam manifestat. Sub illa aeger plerumque praeter consuetudinem loquax et impatiens est; sub hac taciturnus et mansuetus. Methodus antiphlogistica, quae alias morbi impetum saltem frangit, multum abest, ut solitum effectum praestet. Imo pulsus in febre inflammatoria simplici facta venaesectione, plerumque sese expandere solitus, hîc potius contrahitur et variabilis fit. Pulsum enim, quem paulo ante durum tetigisti, elapsis aliquot horae momentis facillime comprimendum reperies. In nova febris exacerbatione calor cutis (licet nitro minime parcitum sit) major est, et quidpiam ingrati in manu explorantis relinquit. Morbo progrediente sub pulsuum exploratione motus aliquis involuntarius manus animadvertetur. Hunc plerumque tendinum subsultus secuturi sunt. Nec deerit passim profundum quoddam suspirium. Evacuationes, quae crisin absolvere deberent, potius cum detrimento accident. Quo magis sic aegritudo a tramite consueto deflectit, eo magis symptomata febris inflammatoriae evanescere, illaque febris nervosae caput extollere videbis. Jam facies ex rubro pallescit; jam sub majori licet oris siccitate potus non amplius expetitur; jam delirium soporque permanent. Haud paucis glan-

dulae

dulae parotides alterutro in latere aut utrinque tumescunt. Haemorrhagiae e naribus, ano, visceribus uropoëticis accedunt, et cutis ecchymomatibus notatur. Alias praegressis copiosissimis sudoribus, anxietate et spasmis, pustulae miliformes ad regionem epigastricam, pectus et extremitates in conspectum veniunt. Haud raro decubitus ad nates dorsumque observatur, ad gangraenam pronus. Sphincteres officium recusant. Nisi crises febribus nervosis communes[3]) contingant, interitus inevitabilis est.

Necroscopia. 2. Cadavera praeter citam putredinem, ecchymoses internas locaque sphacelosa praecipue tubi intestinalis, et congestiones cruoris in encephalo, nullum phaenomenon constans exhibent.

Caussae. 3. Ad complicationem nervosam febris inflammatoriae, adque transitum hujus in febrem nervosam prae ceteris *disponunt:* temperamentum sanguineum valdeque sensile, aetas juvenilis, maxime circa pubertatis epocham; onania, venus, animi pathemata, zelotypia, abusus potuum spirituosorum. Caussas *excitantes* sistunt: perversa medendi ratio, qua aut incendium, quod exstingui deberet, calefacientibus augetur, aut vires methodo antiphlogistica justo severiori adhibita nimis deprimuntur[4]). Etenim quid mirum, si primo

3) §. XXXI. No. 10.

4) J. B. Th. Baumer *considérations sur les causes, qui font dégénerer en malignes les fièvres simples et bénignes.*

primo in casu chorda, quae ultro amplius tendi nequit, tandem rumpatur; aut in altero, si repetita sanguinis aliorumque humorum jactura unacum jejunio vim vitae frangant? — Ad intelligendum transitum febrium inflammatoriarum in febres nervosas potissimum nexus perpendendus est, qui inter systema vasorum sanguiferorum et nervorum intercedit[5].

4. Ex ipso autem hoc nexu intelligitur, cur transitorii nervorum tumultus, qui febribus inflammatoriis prae caeteris familiares sunt, non illico pro signo complicationis realis diatheseos inflammatoriae cum nervosa aut pro indicio transitus alterius in alteram haberi debeant. Ad complicationem aut transitum hujusmodi admittendum requiritur, ut symptomata nervosa permanentia sint, ut auxiliis antiphlogisticis resistant, utque cum aliis febris nervosae signis societatem ineant. Cavendum praeterea, ne tremores, potatoribus strenuis familiares, nec non affectio inflammatoria cerebri, medullae spinalis et singulorum nervorum, ejusque affectionis exitus in errorem ducant. Postremo non ignorandum, febres nervosas, de quibus agitur, plerumque decursum *acutum* absolvere. Diagnosis.

5. *Pro-*

Mém. I. (De la saignée). Mem. II. (Des évacuans et de l'opium) in *annales de la soc. de médecine de Montpellier. T.* 21.

5) P. II. Vol. I. Sect. I. cap. I. §. III. No. 27.

Prognosis. 5. *Prognosin* illae febres habent admodum anxiam, et ex semiotica, infra tradenda[6]), propius eruendam. Nisi enim aetas bonaque aegroti constitutio succurrant, ab artis conaminibus, hucusque notis, parum exspectandum.

Cura. 6. Quae cum ita sint, a tumultuaria medendi ratione abstinendum, et quousque de curanda *complicatione* agitur, evitandum est, ne auxiliis antiphlogisticis vires vitales pessumdentur, neque excitantium ope incendium alatur. Illarum serie jam exbausta, inprimis praesentibus haemorrhagiis effrenibus et calore urente, ad *acida*[7]) confugiendum. Sub rerum positionibus determinandis[8]) interdum *lotioni corporis ope aquae frigidae* locus foret. Quodsi symptomata nervosa invalescant, pulsusque mollis sit; nil virtuti *aurae camphoratae cum nitro*[9]), aut connubii *camphorae cum acidis vegetabilibus*[10]) comparandum. Diaeta juxta praecepta generalia[11]).

§. XXVIII.

6) §. XXXI. No. 10. 7) §. c. No. 30. 8) §. c. No. 22.

9) R. Camphorae granum unum. Nitri puri scrupulos duos. Amygdalarum dulcium decorticatarum drachmas duas. Sacchari albi unciam unam. Misce, sub continua trituratione affundendo aquae fontis q. s. ut fiat emulsio ad colaturam librae unius. S. Cap. omni hora cochleare majus.

10) R. Camphorae granum unum. Subige in uncia semis succi citri recenter expressi, adde aquae fontis uncias septem. Syrupi citri unciam unam. S. Cap. ut supra.

11) §. cit. No. 17 sq.

§. XXVIII.

De febre nervosa ex rheumatica.

1. Febres rheumaticae *complicationem* nervosam dumtaxat circa tempus, quo alias solvi deberent, manifestare solent. Quod dum contingit, ipse in febrem nervosam *transitus* praesto est. Evolvuntur autem symptomata nervosa non nisi *lente.* Primum inconsueta apparet virium jactura. Dein lenia deliria et singuli tendinum subsultus succedunt. Porro quamvis morbus in dies auctus appareat, aeger tamen minus de doloribus, de siti et vigiliis conqueritur. Diffluit ille plerumque sudoribus et diarrhoea. Primo in casu praeviis anxietate, crampis, praecipue surarum, aliquando singultu, miliare exanthema prodit. Hoc nisi levamen repetitis eruptionibus saltem afferat, febris nervosa omnibus numeris absoluta exspectanda est. Symptomata.

2. *Cadavera* modo serum in encephalo et specu vertebrali effusum, modo nihil morbosi exhibent. Necroscopia.

3. Praeterquam quod symptomata nervosa sub febrium rheumaticarum decursu ex processu phlogisticó involucrorum pulpae nerveae oriri queunt[1]; alia adhuc illorum exstat ratio, nimirum vis nerveae depressio per caussas minus palpabiles. Loquimur de dolore, de vigiliis, de animi pathematibus, de stricta nimis diaeta, de neglecta Caussae.

1) Cap. II. §. XI. No. 2.

cta complicatione gastrica, de abusu methodi antiphlogisticae, diapnoicae et vesicantium; de decubitu, deque defectu criseos, praecipue si aeger alioquin systemate nervoso debiliori instructus, aut in pubertatis epocha constitutus sit, sique annua constitutio regnans generatim febribus nervosis faveat.

Diagnosis. 4. Ut symptomata nervosa, quae ex processu rheumatico-phlogistico ortum ducunt, a reliquis, ex fonte minus materiali natis, distinguantur, potissimum ad morbi stadia et adspectum est respiciendum. Illa enim symptomata utplurimum vel sub primo morbi vigore, vel fugata praepostere quadam adfectione, antehac partes externas detinente, adparent, ac cum symptomatibus aut encephalitidi, rhachialgitidi, nevritidi aut hujusmodi inflammationum reliquiis conveniunt: haec contra (ut monuimus) in morbo provecto evolvuntur, cum denegata potius crisi, quam cum metastasi cohaerent, atque universi systematis nervosi labefactationem indicant. Interea ambas morbi conditiones invicem complicari posse, non inficiabimur.

Prognosis. 5. Casu hoc excepto, febres nervosae ex rheumaticis evolutae, minus ac reliquae periculum portendunt, dummodo aegrotantis constitutio, aetas, et positio domestica non obstent.

Cura. 6. Dum febris rheumatica transitum in nervosam minatur, caussae hujus periculi, quousque in

in nostra est potestate, removendae sunt. Dolor rebellis aut animi pathema si excrucient aegrum somnumque arceant (dummodo complicatio gastrica desit); quidquam *pulveris Doweri*[2]), aut *theriacae Venetae*[3]) exhibetur. Diaeta severa cum pleniore commutatur. Latens adhuc affectio gastrica *tartaro emetico* in minima dosi abstergitur. Evacuationibus cruentis nimiis debitus statuitur terminus, atque nitro, interdum nervis abdominalibus et forte sanguinis compagini inimico, valedicitur. Sudores inanes non amplius vi promoventur. Plagae, per adplicita vesicatoria, pretiosi seri jacturam promoventia, aegrumque adhuc excruciantia, laesae, unguento saturnino sanantur. Quodsi illa, turpiter neglecta, ulcera gangraenosa excitaverint, haec ipsa illico ad artis regulas curanda[4]). Item decubitus neglectus. Ubi debita per cutem crisis nondum obtineri potuerit, in usu *spiritus Mindereri*[5]) continuandum. Et *vinum antimonii Huxhami*[6]) tunc prae-

2) Grana duo bis, ter, spatio nychthemeri.
3) Adulto scrupulus dimidius et ultra vesperi.
4) §. XXXI. No. 27.
5) Massuyer *esprit de Minderer dans les fièvres adynamiques.* (*Annales de la soc. de méd. pratique de Montpellier. L. XXVIII.* p. 91).
6) R. Vini antimoniati Huxhami drachmas duas (quatenus granum unum tartari emetici continent). Aquae salviae uncias septem. Syrupi simplicis unciam unam. M. D. S. omni secunda hora cochleare majus.

praesto est. Arida cutis etiam ope spongiae aqua tepida imbutae lavari posset. Balnei tepidi administratione universi corporis debilitas praepediri solet. Partibus systematis nervosi praecipue labefactatis, quo propius id fieri potest, *sinapismi* aut *vesicantia* (saltem ad rubedinem usque) admoventur. Febre nervosâ magis magisque evolutâ, *radix angelicae archangelicae*[7]) sese proprio nomine omnino dignam praestitit. Crescente adhuc morbo cum signis exaltationis — *radix valerianae sylvestris*[8]): urgente stupore, *flores arnicae montanae*[9]).

§. XXIX.

De febre nervosa ex catarrhali.

Symptomata. 1. *Febres catarrhales nervosae acutae*, sporadice cum symptomatibus epidemicarum insolitarum[1]) decurrere solent. Magna quoque inter symptomata illarum et typhi contagiosi[2]), nec non pneumoniae nervosae[3]) similitudo animadvertitur. Saepissime vero febrium catarrhalium nervosarum decursus lentus est, aut aliis verbis, saepissime febris catarrhalis in febrem *lentam nervosam* transit. Denegata nimirum illius circa septi-

7) Drachmae duae tresve pro infuso ad colaturam librae.
8) Drachmae duae pro libra infusi.
9) A drachma dimidia ad integram pro libra decocti.
1) Cap. III. §. XIV. No. 2.
2) P. I. Vol. II. Sect. II. Cap. I.
3) Pars II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXIV. No. 23.

septimum aut decimum quartum diem crisi, vires aegri in dies decrescunt, faciesque, in alterutro latere vicissim mox rubens, mox pallescens, collabitur, noctes sensim sensimque inquietae fiunt, tacitoque delirio stipantur, quae singula tendinum subsultus, tremores, diarrhoea serosa, aut sudores profusi, exanthema miliare, peticuloideum, et decubitus concomitantur, donec post tres, quatuor, imo, uti vidimus, sex hebdomades repetita criseos conamina ad convalescentiam, aut ad mortem ducant.

2. *Cadavera* mucum puriformem bronchia opplentem, ruborem membranae eorumdem internae, saepe ad pleuram tum costalem tum pulmonalem propagatum, serum in cavitate thoracis (interdum etiam in encephalo) extravasatum, et haud raro exulcerationes tunicae mucosae intestinorum, praesertim ilei et coeci, glandulis mesenterii simul volumine auctis[4]), exhibent. Necroscopia.

3. Febres catarrhales nervosam indolem acquirere solent sub perversa curatione (methodo videlicet diapnoica aut antiphlogistica imprudenter adhibitâ, neglectaque complicatione gastrica), tempore autumnali et hiemali, annuâ constitutione alioquin febribus nervosis favente, et in hominibus gracilioribus, male nutritis, venere ex- Causae.

4) J. C. Wagner diss. sistens mutationes membranae intestinorum villosae in phthisi tuberculosa et febre nervosa. Viennae 1824. p. 19.

exhaustis, animi pathematibus vexatis, inque aëre impuro degentibus.

Diagnosis. 4. In diagnosi febrium catarrhalium nervosarum instituenda, cavendum; ne cum illis confundamus 1° stadium invasionis *typhi contagiosi* [5]); 2° *bronchitidem* [6]); 3° febrem hecticam *ex vomica* pulmonali [7]); 4° *turbas nervorum accidentales*, de quibus aurea verba protulit FRIDERICUS HOFFMANNUS [8]); et 5° *hydrocephalum accessorium* [9]), videlicet collectionem seri in encephalo, quae ex impedito reditu sanguinis a capite ob saepe repetitos conatus tussiendi et muci in bronchiis collectionem oritur, quaeque febribus catarrhalibus fortioribus, aliisque pulmonum morbis [10]) haud raro supervenit. Suspectae de isto morbo nobis erunt praesertim febres catarrhales, quae symptomata nervosa in infantibus aliis-

5) l. c.

6) Cfr. P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXIV. No. 13

7) A. 1807. Vilnae ad puerum duodecim annorum in consilium vocatus fui, qui ex febre catarrhali in phthisin ex vomica incidisse tradebatur. Quum vero tunc temporis alioquin grassarentur febres nervosae lentae, quum totus morbus vix tres hebdomades perduraverit, quum virium prostrationem magnam et delirium observarem, febris catarrhalis transitum in nervosam lentam, atque prognosin feliciorem, per eventum posthac omnino confirmatam, statui.

8) Med. rat. syst. P. I. Sect. I. Cap. VI. p. 135.

9) P. II. Vol. I. Cap. IV. §. XXIII.

10) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. X. §. LII. No. 7. (16)

aliisque hominibus, ad morbos capitis praedispositis, hepate praegrandi et systemate lymphatico labefactato instructis, exhibent, praecipue, ubi cephalaea gravis et vomitus praegressi fuerint, nec non pulsus lentior evaserit. Contra de legitima febre catarrhali nervosa testantur, systematis nervosi *universi* affectio, sub rerum conditionibus allatis [11]), una cum symptomatum contradictione atque maculis seu pustulis cutis, lente, uti descripsimus [12]), evoluta.

5. Praeter periculum febribus nervosis in genere proprium, febres catarrhales nervosae et febres nervosae e catarrhalibus evolutae illud quoque, ex affecto pulmone pullulans, commune habent. Tale connubium prognosin (ex febrium nervosarum et reliquorum morborum pulmonalium [13]) doctrina desumendam) efficit gravissimam. Prognosis.

6. In curando tam gravi morbo magna requiritur perspicacia. Duo continuo ante medentis oculos versari debent objecta: *febris* et *affectio bronchiorum*. Medendi ratio utrisque haud respondens, quousque licet, evitanda. Quodsi venaesectiones systema nervosum jam labefactarint, affectio autem bronchiorum cruoris missionem adhuc postulare videatur; ad *hirudines* inter Cura.

11) No. 8. 12) No. 2.

13) P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXIV. No. 14. 15. §. XXXV. No. 3. 12.

ter costas apponendas aut ad *cucurbitulas scarificantes* confugere oportet. Interea pectoris affectio hac sub rerum positione saepissime aut a muco, bronchia opplente, aut a sero, in pleurae cavis extravasato, pendet. Primo tunc in casu *tartarus emeticus*[14]), aut, si diarrhoea obstaret, *radix ipecacuanhae*[15]), exhibenda forent, eum in scopum, ut per stimulum nervis ventriculi illatum, etiam nervi pulmonum et universi corporis excitentur. Si vomitus alioquin non fuerit indicatus, loco tartari emetici *sulphur auratum antimonii* aut *kermes*[16]) eligenda. In casu latentis extravasati, quid *stipites dulcamarae*, quid *radix ononidis spinosae*[17]) in urina, hic segniter procedente, promovenda valeant, experiendum. *Radix polygalae senegae*[18]) saepe utrique scopo respondet. Ubi vero ex constitutione aegroti atque ex morbis praegressis simul affectionem chronicam pulmonis arguere liceret, omnia pharmaca, pulmonibus specificam irritationem inferentia, evitanda sunt, et emollientibus standum. Interdum hic nihil aliud, quam *lac vaccinum* cum successu ad-

14) Drachma una vini antimoniati Huxhami in libra decocti althaeae.

15) Quarta grani pars secunda quaque hora.

16) Tertia pars grani pro dosi, sexies nychthemeri spatio repetenda.

17) Uncia semis cum drachmis duabus radicis althaeae ad colaturam librae.

18) Drachmae duae ad libras colaturam.

adhibemus. — Febre nervosa jam omnibus numeris absoluta, *Moschus*, inprimis *sulphuri aurato* antimonii junctus[19]), optimos praestat effectus. Nec *aura camphorata* spernenda. Quodsi rerum positiones, quae *opii* usum in genere admittunt, hic locum obtineant, parvae doses *pulveris Doweri*[20]) indicantur. Regimen idem, ac in febribus nervosis lentis.

§. XXX.

De febribus nervosis ex gastricis.

1. *Febres continuae gastricae* (non exceptis iis, quae ex febribus intermittentibus nascuntur) prae ceteris omnibus saepissime aut *nervosam* ineunt *complicationem*, aut in ipsas *febres nervosas transeunt.* Quoniam febribus hisce vigentibus, partes corporis humani constitutivae plerumque nexum amittere et solutionis indicia (videlicet nisi genuinam putredinem, saltem proclivitatem ad illam) exhibere solent, illis potissimum nomen *putridarum*[1]) impertitum fuit. Notio.

2. Ecce

19) Pro adulto: R. Moschi boni grana trias, sulphuris aurati antimonii granum unum. Mucilaginis gummi arabici, syrupi simplicis ää unciam unam. Aquae fontis uncias quatuor. M. S. Cap. vase prius agitato unciam semis qualibet hora.

20) A grano uno ad grana duo pro dosi quarta quaque hora.

1) GERM. *Faul-Fieber.* ANGL. *Putrid fever.* GALL. *Fièvre putride, fièvre adynamique.* ITAL. *Febbre pu-*

Literatura. 2. Ecce febres, circa quas (non semper absque confusione cum typho contagioso aliisque morbis) versati sunt: GALENUS[2]), AETIUS[3]), AVICENNA[4]), PAULUS AEGINETA[5]), ORIBASIUS[6]), — FR. EMERICIUS[7]), MOCK[8]), ERASTUS[9]), P. AE. CAPRILIUS[10]), FR. AGUILLAR[11]), J. ZECCHIUS[12]), ROMANUS[13]), MINADOI[14]), H. SAXONIA[15]), LIDDELIUS[16]), SENNERTUS[17]), J. POMA[18]), J. SCHYRO-

trida. HISPAN. *Fiebre pudrida; calentura pudrida.* LUSIT. *Febre podre.*

2) De febrium differentiis. L. II.

3) Tetrabibl. II. Serm. II. C. 74. 75.

4) Canon. L. IV. Gen. I. Tract. I. cap. I.

5) Lib. II. c. 16.

6) Synops. Lib. VI. c. 7. 8.

7) Febrium putridarum expositio et cura. Viennae 1552.

8) Diss. de febre sanguinis putrida. Basil. 1579.

9) Disputatio de febribus putridis. Basil. 1580.

10) Lib. III. de febribus putridis in genere et specie. Ferrarae 1591.

11) De febrium putridarum curatione. Valent. 1593.

12) De ratione curandi praesertim febres ex putri ortas. Rom. 1596.

13) Diss. de febre putrida et febre pestilenti. Würceb. 1597.

14) Diss. de febre ex sanguine putrescente. Patav. 1599.

15) De febrium putridarum signis et symptomatibus. Francof. 1600.

16) Diss. de febribus putridis. Helmstad. 1602.

17) De febribus Lib. II. c. I. — Diss. de febrium putridarum natura et differentiis. Vitebergae 1606. — Disp. No. III. de febrium putridarum natura. Viteb.

RONIUS [19]), DOERING [20]), P. CAIMI [21]), REHEFELD [22]), PH. JUSTI [23]), ROLFINK [24]), SCHULTETUS [25]), H. OCCHI [26]), SALZMANN [27]), BUSSOLI [28]), BYFIELD [29]), KLOECKHOF [30]), REYNAL [31]), NAUHEIMER [32]), PENROSE [33]), CARGER [34]), SCHROE-

1628. — Disp. No. V. de febre synocha putrida et ardente. Viteb. 1628.

18) De curandis febribus putridis. Panorm. 1603 et 1608. — Quando in febribus putr. medicandum? Ibidem 1605.

19) Curatio febrium putridarum. Monspel. 1609.

20) Diss. putridarum febrium examen generale. Giess. 1612.

21) De febribus putridis judicationes. Patav. 1628.

22) Diss. de synocha putri vera. Erf. 1634.

23) Disputatio adversus Galenum de fomite putredinis in febribus continuis putridis. Utini 1635.

24) Diss. de febre putrida in genere. Jen. 1638. — Diss. de synocha putrida. Jen. 1666.

25) Diss. de febribus putridis in genere. Rost. 1646.

26) De pestilentibus et venenosis morbis. Lib. IV. Brix. 1650.

27) Diss. de febribus putridis continuis. Argent. 1654.

28) Praelectiones de recto praesidiorum usu in febribus putridis. Papiae 1627.

29) *Management of small pox, and all putrid fevers. Lond.* 1695.

30) Histor. febris epidem. 1742. V. opuscul. p. 1 sq.

31) *Essai sur la méthode de guérir les fièvres putrides, malignes* etc. *Paris* 1763.

32) Diss. de febre putrida epidemica. Mogunt. 1765.

33) *Dissertation on the sore-throat, also on the putrid fever. Oxford* 1766.

SCHROEDER[35]), LUTHER[36]), HOFFMANN[37]), POHLIUS[38]), WEICKARD[39]), X. FAUKEN[40]), S. HEYMEYER[41]), GREGORY[42]), FORDYCE[43]), J. N. PEZOLD[44]), HALLER[45]), STAHLMANN[46]), C. H. SCHOBELT[47]), H. F. SETTEGAST[48]), OPIZ[49]), J. DACQUIN[50]),

34) Diss. curationem febrium continuarum putridarum spectans. Gryphiswald. 1766.

35) Diss. de febrium putridarum differentiis. Goett. 1768. Opuscul. T. II.

36) Diss. de febrium putridarum ortu ex humorum motu aut nimio aut tardiori deducendo. Erford. 1770.

37) Diss. de febre continua putrida. Lugd. Bat. 1771.

38) Diss. de febribus continuis putridis. Lipsiae 1772.

39) *Medicinisches Bedenken über das in Deutschland sich äussernde Faulfieber. Fulda* 1772.

40) *Das in Wien* 1771 *u.* 1772 *sehr viele Menschen anfallende Fäulungsfieber. Wien* 1772.

41) *Beschreibung der epidemischen faulen Fieber. Augsb.* 1772.

42) *Diss. on the putrid and remitting Marsh Fevers.*

43) *A new Inquiry into the causes, symptoms and cure of putrid and inflammatory fevers. Lond.* 1773.

44) *Abhandl. von Faulfiebern. Leipzig* 1773.

45) *Beschreibung einer im Canton Bern im J.* 1762 *beobachteten Epidemie von galligten und faulen Fiebern. (Hannöver. Magazin.* 1773. 20. *St.).*

46) Diss. examen remediorum in febribus putridis adhiberi solitorum. Gött. 1773.

47) *Beschreibung der Epidemie in der Altmark* 1772. *Berlin* 1773.

48) Epitome historiae febrium putridarum a. 1754. nascentium. Bonnae 1774.

QUIN [50]), WENZESLAI [51]), FRITSCH [52]), OBERKAMP [53]), FOURNIER [54]), T. KIRBY [55]), J. J. PLANER [56]), GRANT [57]), H. CALLISEN [58]), FR. VACCÀ BERLINGHIERI [59]), BILGUER [60]), VAN DER BELEN [61]),

FR.

49) *Geschichte einer Epidemie gallichter, faulender u. bösartiger Fieber von 1771—72. Berlin 1775.*

50) *Mémoire sur la recherche des causes, qui entretiennent les fièvres putrides à Chambery. Chamber. 1775.*

51) Historia morbi epidemici seu febris putridae 1771 et 72. Pragae 1775.

52) De febre putrida in dioecesi Ripensi epidemice grassante ab a. 1770 ad 1774. (Soc. med. Havniensis collectanea. Vol. II. p. 213).

53) Diss. de febribus putridis. Hal. 1775. — Diss. de molestiis a febre putrida sanata relictis iisque pedisequis. Heidelbergae 1778. — Diss. de prophylaxi febrium putridarum. Heidelb. 1780.

54) *Observations sur les fièvres putrides et malignes. Dijon 1775.*

55) De febre putrida libellus. Berolini 1775.

56) Febris biliosae putridae cum dysenteria per partem territorii Erfurtensis a mense Junio ad Decemb. anni 1775. usque grassantis brevis historia. (Act. acad. Mogunt. 1777. p. 232).

57) *Von Fiebern.* p. 288. 483.

58) Observata quaedam circa febrem putridam a. 1779 et 1780. cum adjunctis monitis circa inefficaciam corticis peruviani et efficacissimam vim pulveris sinapis Anglicani. Acta R. soc. med. Havniausis. Vol. I. p. 353.

59) *Sulla febre detta putrida. Lucca 1781.*

60) *Ueber Faulfieber und Ruhren. Berlin 1782.*

61) Diss. de febre putrida. V. Collect. diss. Lovan.

Fr. Milman[62]), Viry[63]), Ploucquet[64]), Born[65]), Banau[66]), Hartmann[67]), Aasheim[68]), Gemeiner[69]), Wernischeck[70]), Hanlo[71]), C. Mertens[72]), Tode[73]), W. Gesenius[74]), Fr. A. Roeber[75]), Evans[76]), Dober[77]), A. Olmi[78]), M.

DE

62) *Enquiry into the Source, from whence the symptoms of the Scurvy and of putrid fevers arise. Lond.* 1782.

63) Diss. de febre putrida. Monspel. 1783.

64) Diss. an febris putrida sit contagiosa? Tub. 1783.

65) Diss. de febre gastrica putrida. Goett. 1784.

66) *Observations sur differens moyens propres à combattre les fièvres putrides et malignes. Amst.* 1784.

67) Diss. de apotherapia ex synocho putrida convalescentium. Francof. ad Viadrum 1784.

68) Diss. sistens febrem putridam nervosam. Hafn. 1786.

69) Diss. de vera febris putridae notione. Erlang. 1786.

70) *Frage, woher entstehen so viele Faulfieber? Wien* 1786.

71) Diss. de febribus in genere, et de putridis in specie. Duisburgi 1787.

72) Obs. de febribus putridis, de peste etc. Vindob. 1778.

73) Diss. de febre putrida genuina. Havn. 1788.

74) *Ueber die Epidemien gallichter Faulfieber* 1785—86. *Leipz.* 1788.

75) *Beschreibung eines epidem. Faulfiebers, welches vom Ausgange des Jahres* 1787 *bis* 88 *in Dresden herrschte. Dresden* 1790.

76) Diss. de febre putrida. Edinb. 1790.

77) Diss. de febre putrida malignitatis aliarum febrium causa frequentissima. Lips. 1791.

78) De febribus synocho putrido biliosis, quae epidemice in nosocomio Florentino annis 1791 et 92 grassatae sunt. Florent. 1792.

de Man[79]), Melber[80]), J. Halliday[81]), J. S. Saume[82]), Gerth[83]), G. E. Canz[84]), J. S. Vaume[85]), A. Staub[86]), W. Rowley[87]), Daume[88]), Aygobere[89]), A. Fr. Hecker[90]), C. J. Kilian[91]), Ruette[92]), Monfalcon[93]) etc.

3. Fe-

79) *Abhandl. über das bösartige Faulfieber. Leipzig* 1794.

80) Diss. de febre putrida ex principiis Brunonianis explicata. Jen. 1794.

81) *A short account of the origin, symptoms and — method of treating the putrid fever, commonly called the black vomit. Lond.* 1795.

82) *Traité de la fièvre putride. Paris* 1796.

83) Diss. de febris putridae nervosae historia cum epicrisi. Jen. 1796.

84) *Beschreibung einer Sch'eim-, Faul- u. Nervenfieber-Epidemie. Tübing.* 1796.

85) *Traité de médecine pratique sur les remèdes généraux et sur la fièvre putride. Paris* 1798.

86) *Sichere Heilart der faulartigen Fieber. Strassb.* 1802.

87) *Treatise on putrid and infection fevers. Lond.* 1805.

88) *Traité de la fièvre putride. Paris l'an VI.*

89) Diss. de febre adynamica seu putrida. Paris. 1808.

90) *Ueber die Natur u. Heilart der Faulfieber. Berlin* 1809.

91) *Das Faul- u. Nervenfieber. Bamberg* 1809.

92) *Observations cliniques sur une maladie épidémique, qui a regné à l'hospice du Nord. Paris* 1811.

93) *Mémoire sur la question: determiner le caractère de l'adynamie dans les fièvres putrides avec des considérations sur les fièvres ataxiques.* (*Journ. complément.* etc. *T. XVI.* 61. *cah.* p. 1. *T. XVII.* 67. *cah.* p. 193. 68. *cah.* p. 289).

Symptomata. Complicat. 3. Febres gastricae nervosae virium inconsuetâ jacturâ potius per impotentiam ad motus voluntarios, quam per sensum ipsius aegroti cognoscendâ insigniuntur: sensus enim iste omni sub respectu jam obtusus est. Sic caput dolore obtuso, sedem praecipue ad basin cranii habente, tentatur. Oculi, utut subrubri, lucem nihilominus saepe ferunt. Intuitus a statu consueto recedens, dejectus est. Aures plerumque tinniunt. Nasus siccus. Lingua arida. Abdomen inflatum, tensum, percussum resonat. Calor cutis crescente morbo magis magisque mordax fit; pulsus autem debilior et crebrior.. Evacuationes alvinae levamen vix afferunt.

Symptomata transitus. 4. Evoluta jamjam febre nervosa *gastrica*, symptomata allata invalescunt. Praeterea subsultus tendinum, tremores, deliria, modo taciturna, modo furiosa, superveniunt. Item maculae cutis rubrae, lividae, nigrae, variae magnitudinis et figurae, rotundae videlicet et longitudinales (vibices). Cutis loca, quae decumbendo comprimuntur, mox rubedine et paulo post gangraena notantur. Haec quandoque sponte ad aures, nares, aliasque corporis regiones comparet. Cutis sudoribus, iisque interdum olentibus[94]), cooperitur. Faeces quandoque foetidissimae, relaxatis plerumque sphincteribus, cum virium decremento et meteorismi augmento, crebro evacuantur. Sanguis

94) De Man l. c. p. 28.

guis e naribus, ore, ano, vagina manat, modo nihil morbosi offerens, modo alteratus, cum crusta scilicet, uti vidimus, inflammatoria, alias solutus brevique putrescens. Interdum urina (in genere profundius tincta, brunea, cum sedimento coloris lateritii, aut plumbei) cruenta. Aeger gravissimo in casu sopore detentus, secum obmurmurans, ore aperto, dentibus et naribus nigris, cute flavescente, resoluta alterutra palpebra superiore, interdum cum tumoribus glandularum et emphysemate, nec non aphthis, devolutoque ad fundum lecti corpore, cruribus divaricatis decumbere, floccos capere, stragula colligere, rhonchos ducere, lipothymias, convulsiones, et singultum experiri solet. Quae singula symptomata usque ad solutionem morbi (circa decimum aut decimum quartum, rarius vigesimum primum diem contingere solitam) perseverant, quo scilicet tempore aegritudo sub rerum positionibus mox infra fusius indicandis, aut in sanitatem, aut in alios morbos, aut in mortem terminatur.

5. *Cadavera* sic defunctorum calorem, vitali paululo minorem, sat diu retinere[95]), raro rigiditatem, cadaveribus alias propriam acquirere et cito putredinis indicia prae se ferre solent. Praeter easdem nimirum maculas, quae sub morbi decursu animadversae fuere, ecchymomata nigra, livida, subviridescentia, flavescentia passim in Necroscopia.

95) Haller element. physiolog. Lib. VI.

in corporis superficie cernuntur. Praecipue iisdem notatur abdomen, admodum inflatum. Intestinorum, potissimum ilei et coeci, superficies externa ulceribus obsita [96]). *Cerebri* vasa interdum turgida, pia mater inflammata, non sine indiciis vel liquoris serosi, et cruoris in encephalo extravasati [97]), vel suppurationis [98]). Saepissime pulmones, ventriculus et intestina corrupta [99]).

Caussae. 6. Ad *caussas*, quae aut complicationem nervosam febrium gastricarum, aut earum in nervosas transitum gignunt, spectant (ne amplius dicamus de peculiari epidemica constitutione) vis saburrarum, bilis, pituitae et vermium tum in universum systema nervosum tum in massam humorum. Neglecta nempe, aut impedita per incongrua pharmaca, in febribus gastricis primarum viarum debita evacuatione, et quidem praesertim in climate calido, inque regionibus uliginosis; quid mirum, si corruptae hîc materies (instar

96) Wagner diss. citata p. 18 sq.

97) Bang in Act. R. soc. med. Havniens. Vol. I. p. 113. 260. 275. 289. Vol. II. p. 89. 252. 279. Vol. III. p. 124 sqq. Man l. c. p. 112.

98) De Man l. c. — Guettard in *Mém. de l'académie des sciences* 1754. p. 304.

99) Lieutaud histor. anatom. med. Lib. II. observ. 297. — Forlani observ. Dec. I. No. 1. — Ferro med. Ephemerides. p. III. — Hoffengärtner in Hufeland's *Journ. der prakt. Heilkunde.* 1. *B.* p. 490.

(instar placentae relictae[100]), foetus putrescentis[101]) etc.[102])) simul et nervos afficiant, et sanguinem contaminent? Nervorum talis affectio multum cum illa, a venenis narcoticis et a typhi contagio excitata, convenit. Quoad sanguinis contaminationem, haec primum a GALENO, *putredo* nuncupata fuit. A magno autem viro per *putredinis* nomen minime consuetam putredinem, cui substantiae animales demortuae subjiciuntur, intellectam fuisse, sed dumtaxat *specificam* illarum *depravationem*, ut propria ejusdem[103]), ita classicorum auctorum[104]) verba abunde testantur. Interea permultos medicos *putredinis* vocabulum ad literam sumsisse, illorum conamina, virtutem *remediorum antisepticorum* in corpus humanum vivum per experimenta cum carnibus demortuis determinandi[105]), probant. Grati itaque animi tribu-

100) STARCK *Archiv.* 1. *B.* 4. *St.* p. 7. — GERSON in Act. R. soc. med. Havniensis. Vol. 2. p. 204.

101) STARCK l. c. 2. *B.* 1. *St. No.* 6. p. 78.

102) KIRKLAND *on child-bed fevers.* p. 129. (Sanguis in vulnere relictus et putrescens).

103) „Putredo autem humorum, quae fit in vasis, similis (putredini), quae in inflammationibus fit, et abscessibus et aliis phymatibus. . ." (l. c.).

104) ALEX. TRALLIANUS Lib. XII. p. 686 sq. — SWIETEN comment. in aph. Boerhaavii §. 730. — LUDWIG institut. med. clin. P. I. Cap. I. §. 241. in not. — LIEUTAUD synops. univers. prax. med. Lib. I. Sect. I. — BURSERIUS institut. T. I. §. 260.

105) W. ALEXANDER *experimental essays on the external*

tributus absolvendus est viris, qui insanam istam putredinis doctrinam impugnarunt, quique putredinis in morbis signa, quatenus ex *foetore*, ex *conditione sanguinis*, ex *antisepticorum virtute* et *e cita putredine* derivantur, severae disquisitioni subjecerunt[106]. Ex ista elucet: 1° evacuationes corporis humani caeteroquin sanissimi (e. c. halitus oris, pedum sudor), atque vegetabilia et animalia incolumia (e. c. *mustela erminea L.*) intolerabilem aliquando foetorem manare[107]; 2° sanguinem in febribus sic dictis putridis non semper fluidiorem esse, sed imo ad coagulum interdum

application of antiseptics in putrid diseases. Lond. 1768. (Vers. german. Lips. 1773). Cfr. opus: *Ueber die Kenntniss lebender und todter thierischer Körper, über Faulkrankheiten u. fäulnisswidrige Mittel. Hildburgsh.* 1795.

106) Fr. Vacca Berlinghieri l. c. — Burserius l. c. — J. P. Frank delectus opusc. med. T. VIII. — A. Seybert *über die Fäulniss des Blutes im thierischen Körper. A. d. E. Berlin* 1798. — Parmentier et Dejeux in *Journ. de physique. T. I. P. I.* p. 435. Vid. Reil's *Archiv für die Physiologie. I. B.* 3. *H.* p. 1.

107) „Foetet interdum vel sanissimus oris halitus, foetent sudores, alvi excrementa vehementer foetent, foetent etiam urinae, foetent ulcera cum exteriori aëre communicantia; imo animalis quaedam putridissimam undique mephitim exhalant. An inde colliges, in istis corruptum esse sanguinem per vasa clausa decurrentem, verâque putredine jam affectum?" — Burserius l. c. §. 259.

dum promptum; 3° remedia antiseptica modo quidem antiseptico in materiam mortuam agere, longe vero aliter in corpus humanum vivens, ut quod ex ipsa frigoris actione, ibi putredinem arcente, hîc autem (uti tot aurium nariumque gangraena sub rigidissima hieme testatur), provocante, patet; et 4° cadaverum corruptione *dispositionem* quidem ad putredinem, ceu morbi effectum, neutiquam vero *ipsam putredinem*, ceu morbi *caussam* indicari. Haec enim vitae adeo opposita est, ut putredine certius non detur mortis signum, utque vel guttula putridi ichoris massae sanguinis admixta mortem producat. Altera vero ex parte constat, ichore putrido absorpto in animalibus febres excitari, symptomatibus, quae vix recensitis sat similia sunt, stipatas [108]. Quodsi contra talem absorptionem objiciatur, exstare animalia et homines, qui putridis cibis sine damno vescuntur, respondetur ista tubum intestinalem breviorem habere [109]), hique in statu sano aliis, quam durante morbo, legibus vitae regi. — Licet itaque *febrium putridarum* nomen, saltem pro specie febrium nervosarum, quae ex gastricis evolvuntur, retinere, idque eo magis, quum medici aevi nostri veram

N 2 voca-

108) *Second mémoire physiologique et médical sur les maladies putrides par* B. Gaspard *Doct. méd. a St. Etienne (Journ. de physiologie experiment. Janvier* 1824).
109) Gaspard l. c.

vocabuli „*putredinis*" significationem unanimi consensu acceperint, ideoque nil amplius mali ex illius falsa interpretatione timendum sit.

Diagnosis. 7. Quoniam ex immediata et locali saburrarum, bilis et vermium actione in tubum intestinalem, *virium* quoque *jactura* oriri potest, haec probe ab illa, quae sequelam affectionis universi systematis nervosi et humorum sistit, distinguenda. Distinguitur habita ratione effectus emeticorum et purgantium, quae ibi vires vitales illico restaurant, hic vero potius prosternunt. Praeterea ad *phlogoses occultas*[110]), neutiquam in dubium vocandas[111]), respiciendum est, ne videlicet symptomata, ex illis nascentia, statui febris nervoso adscribantur. Verum et contrarius error, temporibus nostris familiaris, evitandus. Neque phlogosis statui nervoso semper opposita censenda est; ipsae etenim ophthalmiae aperte docent, dari phlogoses, quae loco methodi antiphlogisticae pharmaca exposcunt, pro re nata jam excitantia, jam narcotica. Phlogoses hujus generis quammaxime ad *ecchymomata* accedunt. Sicuti ista obvenire solent in scorbuto, ita quoque in febre

110) Weinholt diss. de occultis viscerum hypochondriacorum inflammationibus in febribus bilioso-putridis. Goett. 1772. Reyland tract. med. pract. de inflammationibus latentibus. Ingolst. 1787. (Vers. Germ. Vindobon. 1790).

111) Meckel, dubia quaedam circa inflammationes occultas in putridis. Hal. 1788.

febre putrida, quam jam pridem pro specie *scorbuti acuti* declarare ausi sumus[112]). Utut sit, ecchymomata, febribus putridis communia, non praepostere pro peticulis habenda sunt[113]). Maxime vero interest, ut ab illa febre *typhus contagiosus* distinguatur[114]).

Continuatio argumenti et prognosis.

8. Nil magis *diagnosin* febrium nervosarum ex gastricis evolutarum adjuvat, illarumque naturam et prognosin dilucidat, quam respectus ad peculiarem illarum originem et indolem. Sic in febre putrida post gastricam *ex ingluvie* dijudicanda[115]) ad facilem cum phlogosi mesenterii et peritonaei confusionem cogitandum, hacque absente, prognosis vix atro carbone notanda erit. Contrarium de periculosissima febre nervosa valebit, quae *ex alimentis pravae indolis* ortum ducit[116]). Nomen *putridae* illi praesertim tunc conveniet, si de carnibus animalium, morbic contagiosis necatorum, agitur[117]). *Saburrae secundariae* potissimum in febribus nervosis scenam ludunt,

112) In prima hujus operis editione, P. I. Vol. I. §. LI. No. 7. — Cfr. F. M. Mercier *observations du scorbut aigu et du scorbut chronique compliqués de fièvre adynamique*, p. Sedillot. *Rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 49. p. 135.

113) Cfr. Cap. VII. de peticulis et P. I. Vol. II. Sect. III. Cap. de ecchymomate.

114) Cfr. P. I. Vol. II. Sect. II. Cap. I.

115) Cap. IV. §. XX. No. 8. 116) Ibid. §. XXI.

117) Ibid. No. 7.

ludunt, quae sub finem aliorum morborum febrilium evolvuntur [118]), quaeque saepissime *lente* decurrunt. Ubi febris *gastrico-biliosa* in nervosam transit, plurima perpendi debent, primo videlicet similitudo morbi cum *phlebitide* et *hepatitide* [119]); deinde *consensus jecinoris cum cerebro.* Ex hoc etenim consensu (praesertim in hominibus alioquin chronica hepatis labe notatis, et maxime in strenuis potatoribus, nec non in hominibus obesis) symptomata saepe oriuntur nervosa, neutiquam labefactationi universi systematis nervosi tribuenda. Atque hic non solum de consensu loquimur, qui inter indicata viscera *nervorum* ope exsistit, sed et de alio *mechanico*, quatenus hepar morbose turgens, pulmonem dextrum sursum pellit, quo fit, ut, compressâ venâ cavâ descendente, impeditaque in illam evacuatione jugularis dextrae, cerebri ejusdem lateris hemisphaerium (plethorae localis caussa) comprimatur, sicque torporis excitentur phaenomena. Haec ab illis, quae e febribus nervosis pullulant, discernimus eo, quod accedente epistaxi cruor solum ex nare dextra manat, nervorumque affectio maxime in latere opposito apparet, quum in febribus nervosis stillicidium sanguinis indiscriminatim ex utraque nare fieri, et systema nervosum utriusque lateris adfici soleat. Quoniam autem febres continuae gastrico-biliosae, quae in

118) Ibid. §. XXII. No. 6. 119) §. XXIII. No. 16.

in nervosas transeunt, haud raro prius ad classem *febrium intermittentium* pertinuerunt[120]), et haec numquam praetervidenda est origo, siquidem tunc febris, utut continua reddita, nihilominus remissiones solito majores prae se ferre solet. In *febre nervosa ex gastrico-pituitosa*[121]) eadem circiter phaenomena, quae sub febribus catarrhalibus nervosis in bronchiis obveniunt, tubus intestinalis offert. Patet hinc, cur multum quoque ad inflammationes, quae hic latere possent, respiciendum sit. *Febres verminosae* dum aut complicationem nervosam ineunt, aut in febres nervosas transeunt (cujus multa vidimus exempla, videruntque alii[122])), praeter universi systematis ner-

120) Sylvius de le Boë tractatus de affectu epidemico, qui ab Aug. 1669 ad Jan. 1670 in Leidensis urbis cives saeviit. — Guido Fanois diss. med. de morbo epidemico aestate a. 1669. Lugduni Batavorum vicinisque locis grassante 1671. — P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXIX. No. 7. Cfr. Van Hoven *Versuch über das Wechselfieber.* 1. B. p. 116. — Louis *fièvre intermittente-gastrique du type tierce, suivie d'une fièvre adynamique continue.* Graperon *Bulletin des sciences médicales. T. III.* p. 230.

121) Th. G. Schroeder historia febris bilioso-pituitoso-putridae, quae ab initio Decembris 1783. ad finem Augusti 1784. in Hassiae regionibus grassata est. Goett. 1784.

122) Eyssel diss. de febre infantum putrida, ex putredinali vermium seminario orta. Erford. 1693. — Bonnevault in Hautesierk *recueil. T. II.* p. 228. —

nervosi labefactationem (effectum repetitae irritationis, quem nervi abdominales a vermibus experti sunt) etiam de sanguinis possibili infectione ex putredine istorum hospitum, cogitare oportet. Febris putrida, sub hac rerum positione nata, admodum periculosa est.

Cura. 9. In febre tam nervosa gastrica, quam nervosa ex gastrica, curanda, *peculiaris* illius *speciei* ratio haberi debet. In genere quo magis vomitoria et purgantia jam adhibita fuerunt; tanto cautius eadem ulterius praescribenda sunt. Altera vero ex parte omnia, quae evacuationibus spontaneis vel minimum opponere possent obstaculum, sedulo fugienda. Quodsi evacuationes alvinae, praesertim in morbo primam originem *ex saburris* trahente, desiderentur, et calor cutis non fuerit nimis ardens, *radix rhei palmati*[123], ita porrecta ut alvus nychthemeri spatio bis moveatur,

Colin in *Journ. de médecine. T. XIX.* p. 214. — Delabrousse ibid. *T. XXIX.* p. 498. — Marie *observation sur une fièvre putride vermineuse, qui a regné à Ravenne.* ibid. *T. XXI.* p. 250. — Pehan *observation d'une fièvre adynamique compliquée d'affection vermineuse avec perforation de l'intestin ileum.* Vid. Graperon *Bulletin des sciences médicales. T. III.* p. 105. — Du Clou ibid. *T. LXV.* p. 204. — Dufour ibid. *T. LXVI.* p. 430.

123) R. Radicis rhei drachmam semis. Ebull. per horae momentum c. s. q. a. aquae colat. unciarum septem. D. S. omni secunda hora cochleare majus.

veatur, conducit. Si opus fuerit, simul *clysteres* injiciuntur. Auctae per alvinas evacuationes debilitati, *vino*, aut puro, aut aquae nupto [124]) occurritur. Calore cutis usum rhei et vini impediente, alvinae evacuationes si langueant, *tamarindis* sollicitandae, aestus, *nitro* temperandus; ac vires (dummodo pulsus molles sint), *camphora* sustinendae [125]). Praeterea parvae *tartari emetici* doses uno eodemque tempore et alvum sollicitant et systematis nervosi energiam erigunt. — Haec ipsa methodus *febribus* quoque *bilioso-nervosis*, et *putridis ex biliosis* convenit. Evacuatione alvi per se rite procedente, pulsu adhuc irritato, praesentibus ecchymomatibus, inprimis si haemorrhagiae ingruerent, ad *acida mineralia* deveniendum [126]), eaque, si tubus intestinalis praeter modum irritabilis sit, in vehiculo mucilaginoso [127]) porrigenda. Ubi vires magis magisque

124) Cyathus vini pro cantharo aquae addito saccharo gratum hic potum constituit; item limonada cum syrupo taphiae.

125) Videlicet omni sesquihora alternatim tenue decoctum tamarindorum, et pulveres cum nitro et camphora, de quibus supra. Potest camphora quoquo ipsis tamarindis jungi, vel in aceto soluta exhiberi. (Jaegerschmidt diss. de aceti camphorati usu tam interno, quam externo in morbis putridis salubri. Marburgi 1792).

126) §. XXXI. No. 80.

127) R. Decocti salep libram, acidi sulfurici diluti et syrupi rubi idaei q. s. ad gratum saporem acidulum.

que collabuntur, turbaeque nervorum una cum meteorismo urgent, quantocius ad *semina sinapis Anglicanae*, utpote remedium hîc e caeteris praestantissimum, confugere oportet [128]). Ista in hocce casu virtuti *corticis peruviani* omni jure anteponuntur [129]). *Corticem* generatim febribus putridis neutiquam convenire experti sumus, tribus dumtaxat casibus exceptis, ubi scilicet aut morbus (conspicuis adhuc insignitus remissionibus) primam originem ex febre intermittente neglecta traxit, aut gangraena stipatus apparet, aut praetermodum in longum trahitur [130]). Decocti forma hucusque usi sumus [131]). Sinapis virtutem aemulantur radix *serpentariae Virginianae* [132]), et

128) R. Seminum sinapis Anglicanae drachmas duas. Ebulliant per horae momentum c. s. q. aquae ad colaturam librae unius. Adde: syrupi acetositatis citri unciam unam. S. Cap. omni secunda hora unciam unam. In pulvere dosis sinapis est a granis decem ad viginti qualibet vice. (Bano ad drachmam porrexit!).

129) Callisen l. c. et Bano l. c.

130) Limitatur quoque corticis laus in febribus putridis a Vastapani (de china-china in synochia putridis animadversiones. Argentorati 1753), et verisimiliter ille nunquam ad febres nervosas in genare curandas admissus fuisset, nisi hypotheses de putredine et de asthenia ad illius usum impulissent.

131) Nunc forte *cinchonina* aut *sulphas chininae* adhiberi possent.

132) Drachmae duae pro libra infusi. Cfr. de Man l. c. p. 99. 102.

et *flores arnicae*[133]). De usu *valerianae* in febribus verminosis nervosis jam diximus[134]) quacunque demum in febre putrida, viribus vitalibus quammaxime dejectis, juxta indicationes infra stabiliendas[135]), ad *camphoram*, *spiritum cornu cervi*, *aetherem* et *vesicantia* confugiendum.

10. Ne vero credatis, artem, febribus gastrico-putridis medendi, in administranda farragine pharmacorum consistere[136])! De memorabili isto argumento aeque ac de febrium putridarum regimine diaetetico deque cura singulari symptomatum et convalescentiae in paragrapho sequente disseretur. Monitum.

§. XXXI.

De febribus nervosis primariis.

1. Febres, quae signis gentilitiis nervosarum[1]) incipiunt (si typhus contagiosus aliaeque febres pestilentiales, ut decet, excipiantur), sane rarissimae sunt, attamen aliorum ad exemplum[2]) neutiquam negandae[3]). Duplex illarum conspicitur Introductio.

133) Cfr. §. XXXI. No. 31.
134) Cap. IV. §. XXV. No. 10. 135) §. XXXI.
136) Goldhagen diss. de abusu excitantium in febribus putridis. Hal. 1790.
1) §. XXVI. No. 2. 2) Stoll aphor. 708.
3) Vere ait Raimann l. c. §. 108. „*Das ursprüngliche Nervenfieber, welchem der nervöse Charakter ursprünglich und wesentlich zukommt, ist keineswegs zu läugnen, obgleich es höchst selten vorkömmt.*“

citur forma, altera *acuta*, altera *lenta*. Ambabus symptomata *prodroma* praecedere solent.

Symptomata prodroma. 2. Spectant huc: sensus aegritudinis vix verbis designandus[4]), animi insolita irritabilitas et dejectio, pallor faciei cum rubore alternans, capitis stupor, vertigo, somnolentia, somnia terrifica, aurium tinnitus, sapor oris alteratus, oculorum splendor imminutus (interdum auctus), lacrymatio involuntaria, artuum gravitas plumbea, gressus impotentia, dolor lumborum, crampi, sudores spontanei, urina multa, alvusque modo obstructa, modo laxata.

Symptomata febr. nervos. acutae. 3. Imminente febre nervosa *acuta* (quam potissimum descripserunt: VOGEL[5]), NUGENT[6]), LYNCH[7]), SELLE[8]), NEBEL[9]), BÜTTNER[10]), G. DE HINTE[11]), WIECHERT[12]), BENIER[13]), PLOUCQUET[14]), HERZ[15]),

4) GALL. *Malaise.* POLON. *Nuda.*

5) Diss. de febre nervosa ejusque genuina indole. Goett. 1767.

6) Diss. de febre nervosa. Edinb. 1780.

7) Diss. de febre nervosa. Lugd. Batav. 1781.

8) *Neue Beyträge zur Natur- u. Arzneywissenschaft. Berlin* 1782. 1. *B.* p. 72 sq.

9) Diss. de cognatione febrium nervosarum cum sic dictis malignis. Heidelberg. 1785.

10) Diss. de febribus nervosis acutis. Gött. 1785.

11) De febribus nervosis et intermittentibus cogitata quaedam. Halae 1786.

12) Diss. de febribus nervosis. Jen. 1787.

13) Diss. de febre nervosa. Lugd. Batav. 1787.

14) Diss. de febribus nervosis. Tubing. 1788.

HERZ [15]), C. W. HUFELAND [16]), PETERSEN [17]), BECK [18]), GILS [19]), NOEHDEN [20]), MECK [21]), J. G. RADEMACHER [22]), MIANOWSKI [23]), A. F. HECKER [24]), G. BICKER [25]), RICHTER [26])) symptomata prodroma elapsis nonnullis diebus illis excipiuntur, quae febri conveniunt, socia haud raro lipothymiâ. Quo tempore *frigus* partes corporis externas detinet, internae aliquando aduruntur, et vice versa. *Calor*, raro aequabiliter diffusus, maxime in facie, volis manuum plantisque pedum viget, et quandoque adeo urens observatur, ut aegrotum sine sensu ingrato tangere nequeas. Cutis

15) Observationes de febribus nervosis. Berol. 1789.

16) *Bemerkungen über das Nervenfieber und seine Complicationen in den Jahren* 1796, 97 *u.* 98. *Jena* 1798.

17) Diss. de febris nervosae natura et origine. Jenae 1796.

18) Diss. an datur febris nervosa acuta? Gott. 1796.

19) Tentamen aetiologiae febrium nervosarum acutarum. Hannov. 1797.

20) Diss. de natura febrium nervosarum acutarum. Gott. 1797.

21) Diss. de febris nervosae natura ac progenie. Erf. 1798.

22) *Beschreibung einer neuen Heilart der Nervenfieber. Berlin* 1803.

23) Diss. therapiam febris nervosae exhibens. Viln. 1807.

24) *Ueber die Nervenfieber. Berlin* 1807.

25) *Einige Bemerkungen über die Nervenfieber. Bremen* 1807.

26) Diss. de febribus nervosis. Erlang. 1810.

Cutis sicca est, aut sudoribus partialibus cooperta. *Pulsus* interdum sanis lentiores, utplurimum parum frequentes, inconstantes, inaequales, saepe debiles et contracti: venae jugulares adspectu pulsant. Sic et regio epigastrica, saepe una cum hypochondriis tensa. Nihilominus plerumque *sitis* desideratur, quin interdum potus fastidiri solet[27]. Lingua rubra, modo sicca, modo humida. Vox acuta, flebilis, vel profunda et rauca; locutio suspiriis intercepta. Febris horis indeterminatis semel bisve de die exacerbatur. Remissiones in dies minus fiunt evidentes. Aeger potissimum tempore nocturno anxius est; et agrypniâ excruciatur. Multi in coma vigil incidunt, surdescunt, delirant, fugam tentant. In nonnullis priapismus, singultus, catalepsis[28], et saepius tremores et subsultus tendinum observantur. Nec desunt, qui meteorismum, diarrhoeam, parotidum tumores, salivationem patiantur. Urina jam multa et limpida, jam pauca et ignea, jam nulla. Interdum lotii incontinentia, retentione quandoque complicata, adest. Morbus circa diem quartum, septimum, decimum vel decimum quartum ad acmen perductus, aut praevio quodam terrifico symptomate (e. c. convulsionibus,

27) Tribolet de la Lance de hydrophobia sine morsu praevio. (Baldingeri opusc. Vol. I. p. 236).

28) Renard in Hufeland's *Journ. der pr. Heilkunde.* 1815. *Juny.*

bus, lipothymia [29])), accedente somno, facto pulsu regulari magis ac elevato, reddita cute, sub medico universali sudore, tractabili, succedentibusque evacuationibus cum levamine, sensim sensimque decrescit; aut superaccedentibus symptomatibus, quae ultimum febris putridae gradum denotant, morte terminatur.

4. Dum febris nervosa *lenta* [30]) imminet (de qua, ne de antiquissimis medicis loquamur [31]), scripsere: WILLIS [32]), SYDENHAM [33]), HUXHAM [34]), MANNINGHAM [35]), DEMIANI [36]), BOEHMER [37]), CA- Symptomata febr. nervos. lentae.

REL-

29) J. P. FRANK *Syst. einer vollständ. med. Polizey.* 5. B. p. 45.

30) *Synon.* Febricula. Febris maligna. Febris lenta nervosa Huxhami.

31) Quanta eorumdem circa febrem hujusmodi sub nomine *morbi cardiaci* fuerit doctrina, FALCONER demonstravit in *Memoirs of the medical society of London. Vol. VI.* p. 1. (Et in *Samml. auserles. Abhandl. fur pr. Aerzte.* 23. *B.* p. 3). — AHRUNII, eundem morbum sub nomine *febris lymphaticae* describentis, notiones, extollit SPRENGEL. (*Versuch einer pragm. Geschichte der Heilkunde.* 2. *Th.* p. 293).

32) Pathologia cerebri. p. 56.

33) Febris nova. a. 1685. Sched.

34) Opp. Lib. de febribus. Cap. VII. De febribus lentis et nervosis. — Diss. de febribus lentis nervosis.

35) *The symptoms, nature, causes and cure of the febricula, or little fever. London* 1755.

36) Diss. de febre lenta nervosa. Lips. 1777. Vid. BALDINGERI sylloge. T. IV.

37) Diss. de febris lentae nervosae naturа. Hal. 1781.

relson[38]), Hartmann[39]), Jacobi[40]), Kozłowski[41]), Brosig[42]), P. L. Müller[43])), symptomata prodroma, valde in longum protracta, tandem ita cum constitutivis confluunt, ut limites praedispositionem inter et morbum statuere arduum sit. Certe ad hunc jam spectant vagi horrores, cum calore alternatim comparentes. Dum volae manuum ardent, extrema frigescunt; dum caput calet, algent pedes. Animi maxima observatur irritabilitas, atque aegri minima data ansa nunc rubent, nunc pallescunt, atque facillime terrefiunt. Suspiria crebra, vox debilis, tremula, interdum involuntaria lacrymatio. Pulsus saepe sanum frequentia non superat, vel eo lentior; aliquando tamen frequentissimus, semper variabilis et inconstans. Aegri de capitis dolore, de aurium susurru conqueri solent. Mox digestio laeditur, testantibus id praecordiorum oppressione, nausea, ructibus, ciborum desiderio deleto, alvoque tarda. Urina copiosa, pallida. Somnus inquie-

38) Diss. symptomatologia et aetiologia febris lentae nervosae. Gött. 1782.

39) Diss. de febre nervosa lenta. Francof. ad Viadr. 1790.

40) Diss. de febribus lentis epidemicis a. 1792. Stuttg. 1792.

41) Diss. de febre lenta nervosa. Halae 1792.

42) Diss. de febris lentae nervosae pathologia. Hal. 1793.

43) *Abhandl. über das schleichende Nervenfieber.* Duisb. 1808.

quietus, haud reficiens. Hic rerum status per hebdomadem et ultra protrahitur, quin aegri facile lectum petant. Interea multa occurrunt symptomata, nunc catarrhalia, nunc alia, e. c. diarrhoea serosa, fluor albus, haemorrhoides, respirandi sive deglutiendi difficultas, cordis palpitatio, sudores partiales, glutinosi, frigidi, saepe profusi, dolores quasi rheumatici. Potissimum vero vires mirum in modum deficiunt. Piget moveri, piget loqui. Saepe delirium occurrit (sine furente tamen insania) cum vigiliis; alias sopor. Nil prorsus interea poscunt, ne potum quidem. Jam tendinum subsultus adest, tremunt manus, tremit lingua, muco subalbido obducta, atque in media parte arescens. Symptomata hujusmodi saepe remittunt, ac dein sine ordine, ac sine data caussa invalescunt. Facies et praecipue oculi gravem morbum designant. Urina vapidi instar vini aut cerevisiae, haud-raro subnigra, subinde paulo crassior, farina quasi inspersa. Praevia anxietate interdum miliaria, alias ecchymomata, non tamen multa nec admodum evidentia, prorumpunt, ita interdum et aphthae. Res sic ad tertiam hebdomadem, ad mensem, quin imo ad quinquaginta dies et ultra extenditur. Felici in casu symptomata paullatim imminuuntur, ac vix unquam crisis occurrit. Alias stragula contrectant et inanes quasdam imagines prehendere tentant. Extremitates fiunt gelidae, cum pulsu exili, admodum formicante; jamque

vox faucibus haerens, ungues digitique lividi, facies cadaverosa, perpetua fere ac frigida suspiria, certissimam instare mortem, praenuntiant.

Necroscopia. 5. In *cadaveribus* post febres nervosas tum acutas tum lentas, praeter phaenomena febribus putridis familiaria, nil hucusque detegi potuerat, quod morbi peculiarem sedem indicare posset. Sunt, qui de inflammatione arachnoideae testentur[44]).

Caussae. 6. Ad febres nervosas tam acutas quam lentas *disponunt:* habitus gracilis (illi fere similis, qui ad phthisin hereditariam praedisponit[45])), systema nervorum praetermodum sensile et excitabile (e. c. hystericarum et hypochondriacorum), rapidum corporis incrementum, epocha evolutionis partium genitalium, onania, Venus, educatio effeminata, animus imaginationis et pathematum imperio resistere impotens, studia protracta, lucubrationes nocturnae, potus coffeae et liquorum alcohol continentium[46]), ejusque repentina et diuturna interceptio. *Excitantur* in praedispositis febres nervosae per peculiarem annuam seu epide-

44) Goeden in Hufeland's *Journ.* 1820. *May.* p. 72. Cfr. Larrey *recueil des mémoires de chirurgie* etc. *Paris* 1821. *Article Nostalgie.*

45) Raimann l. c. §. 114.

46) Atque hic per transennam notasse juvabit, morbum potatorum, incongruo nomine *delirii trementis* insignitum, neutiquam ad febres nervosas, sed ad encephalitides spectare.

epidemicam constitutionem, per atmosphaeram frigidam humidamque, aut calidissimam et exhalationibus animalibus inquinatam; per aërem reclusum haudque renovatum; per victus nutrientis defectum; per defatigationem justo majorem; per jacturam humorum; per venena narcotica; per spes frustratas et moerorem profundum; per imaginationem [47]; per impotentiam, duram disciplinam sustinendi; per amorem infelicem et maxime (*quoad febres nervosas lentas*) per patriae, domus paternae, curae maternae et consueti vivendi modi inane desiderium. Quibus caussis et *contagium* adscribendum foret, nisi febres ex hoc fonte pullulantes ut morbum sui generis consulto a febribus consuetis nervosis distinguere placuisset. Ad *caussam* febrium nervosarum *proximam* quod attinet, quid de humorum vitiis cogitandum sit, jam dictum est [48]. *Astheniam* quodammodo ceu morbi effectum, neutiquam vero ceu caussam admittere possumus. Arctioribus enim limitibus virtus pharmacorum excitantium circumscripta est, quam vulgo creditur. Quae quum ita sint, febres nervosas pro effectu processus mor-

O 2 bosi

47) Robert Hamilton in *Transactions of the medico-chirurgical society of Edinburgh. Vol. I. No. 15.* (In instituto quodam puellarum Edinburgensi tempore morbi cujusdam de contagio suspecti, plurimae illarum in *febrem* inciderunt, placato animo illico fugatam).

48) §. XXX. No. 6.

bosi incomprehensibili et sui generis declaramus.

Diagnosis. 7. Febres nervosae ante omnia ab *encephalitide* distinguendae sunt[49]), et quidem praesertim a formis hujus morbi lethargica, phrenetica, convulsiva et tremefaciente. Interea sub ipso illarum decursu cerebrum (instar reliquarum corporis humani partium) *rubedine* aliisque tum ecchymomatis tum phlogoseos indiciis notari posse, vix dubitandum. Neque mirandum foret, si in febre nervosa, potissimum lenta, *cor et vasa majora* speciatim affecta fuerint. Imo suspicio, ne olim *pericarditides* vel *aortitides chronicas* pro febribus nervosis lentis habuerimus, nos angit. Et cur communissimus quondam error, morbos chronicos cordis et aortae cum hysteria et hypochondriasi confundendi, non ad morbos quoque acutos extensus fuisset? — Alterius quoque errandi occasionis meminisse juvabit. Accidit nimirum in nonnullis febribus nervosis lentis, ut, quum symptomata, ad febrem propius determinandam spectantia, parum expressa sint, contra vero delirium emineat, morbus, alioquin diuturnus, pro *mania* habeatur[50]). Caeterum nil faci-

49) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. III.

50) Sic a. 1799. juvenis medicus, *maniacus* declaratus, nosocomio Vindobonensi traditus fuit. Quum autem in illo virium jacturam magnam, proclivitatem ad lipothymias, et vestigia exanthematis pecicularis observarem, quumque tunc temporis febres nervosae len-

facilius, quam talem evitare errorem. Id quod etiam de confundenda febre lenta nervosa cum *febricula* valet, quae in hysteria symptomatice occurrit [51]). Haec quidem priori affinis est, attamen ob chronicum decursum non minus, quam ob absentiam periculi, saltem imminentis, ab illa probe distinguenda.

8. Superest, ut *differentias*, quae inter *febres nervosas ipsas* locum habent, perpendamus. Continuatio argumenti. Illarum uni divisio febrium nervosarum in *proprie dictas* et in *putridas* innititur [52]). Etiamsi libenter fateamur, morbos systematis nervosi mere dynamicos (sine laesione scilicet mistionis et formae materiae) vix animo concipi posse; nihilominus tamen nihil impedit, quominus febres, quibus vigentibus compages corporis (modo visibili) *non* mutatur, ab illis distinguantur, ubi contrarium accidit. Caeterum a nobis sub nomine *febris putridae* potissimum febrem gastrico-nervosam, summumque febris nervosae gradum intelligi, ex dictis constat. Alteram febrium nervosa-

tae grassarentur, diagnosin maniae in illam febris nervosae lentae mutavi, sicque juveni et sanitatem et famam brevi restitui.

51) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XIV. §. LXX. No. 3. (5). Immerito Hoffengärtner febrem istam, quam *nervosam hystericam* vocavit, a se primum descriptam esse ratus est! (*Rheinische Jahrbücher d. Med. u. Chir. Supplement-Band für die ersten vier Bände.* p. 1).

52) §. XXVI. No. 4.

vosarum divisionem, in *versatiles* et *stupidas*[53]), quippe quae *uno* verbo conditionem morbosam indicat et therapiae quodammodo viam sternit, retinuimus. Atque hic locus est monendi, medicum, qui in doctrina universali morborum indolis nervosae versatus est, facultate pollere, ex symptomatibus specialibus febris nervosae, praecipue adfectas systematis nervosi partes conjecturâ designandi. Enimvero qui phaenomena novit, quae in aliis morbis nervosis (praecipue traumaticis) ex speciali affectione cerebri, cerebelli, medullae spinalis, plexuum nervorum oriuntur, ille et fontem symptomatum febris nervosae aptius *conjectare* valebit. Tertiam, qua febres nervosae in *acutas* et *lentas* dividuntur[54]), vel maxime propterea inculcamus, quoniam illâ praetermissâ, *febris lentae nervosae* cognitio praeter modum ardua fieret. In genere medicos tirones non satis praemoneri posse putamus, ne illas febres ideo negligant, quod aut pulsus parum a norma deflectit, aut aeger lectum recusat, aut quoddam symptoma, febribus alias alienum, praesto est.

Argumenti finis. 9. De febrium nervosarum divisionibus loqui non desinemus, quin illius, in *simplices* et *complicatas*, mentionem injecerimus. *Simplicem* dicimus febrem nervosam, quae in homine alioquin sano, inprimis annua constitutione aliis morbis haud favente, evolvitur; contra *complicatam*

53) Ibid. 54) Ibid.

tam vocamus febrem nervosam, quae hominem adgreditur, plethora, labe quadam rheumatica aut catarrhali, vel primarum viarum colluvie adfectum, praecipue si annua constitutio simul febribus inflammatoriis, rheumaticis, catarrhalibus et gastricis faveat. Complicationes autem febris nervosae *primariae* non omnino cum complicatione nervosa in aliis febribus, atque cum istarum in febres nervosas *secundarias* transitu confundendas esse, per se patet. Hic etenim conditio nervosa dumtaxat *accessoria* est, ibi *fundamentum* morbi constituit. Caeterum hujuscemodi divisiones eousque in praxi valent, quousque ad lectos aegrorum institui possunt; quare in casu dubio ut de complicatione conveniatur, sufficit, quin inanes de praeeminentia alterutrius diatheseos quaestiones moveantur.

10. Febre nervosa primaria in genere periculosa declarata, praeterea rerum positiones nosse juvat, quae plus minus periculi portendere solent. Prae ceteris timendae sunt febres, quae circa epocham pubertatis accidunt; quae homines, Veneri, Bacchoque deditos, vel obesos et flaccidos invadunt; quae ex animi pathematibus diuturnis originem trahunt; quae complicationem exhibent, quaeque vel neglectae vel male curatae fuere. Mali praesertim ominis sunt insignis virium prostratio mox a febris initio, animi abjectio, inprimis mortis timor, manifesta faciei a forma Prognosis.

forma consueta aberratio (neque vigiliis, neque evacuationibus nimiis, neque defatigationi corporis adscribenda); intuitus fixus, torvus; materies puriformis ex oculis scaturiens, alter oculus altero minor (ubi non a conglutinatione palpebrarum, sed ab illarum conditione paralytica pendet); surditas ante septimum diem, capilli flaccidi, pediculorum fuga; delirium, praecipue cum ferocia, cantu et circa imagines funebres; lingua arida, fissa, nigra; gingivae cruentae; deglutitio impedita; potus cum strepitu in ventriculum, quasi in dolium vacuum, delabens; jugularium oscillatio; respiratio laboriosa, inprimis post assumtum potum; anxietas, jactatio; meteorismus sub diarrhoea crescens, alvi profluvium serosum; faecum et lotii in lectulum depositio; singultus; lumbago; priapismus; urina aquosa, aut a morbi initio jam largo sedimento instructa; haemorrhagiae effrenes, praesertim ex intestino recto; pulsus myurus, diffluens, irregularis, frequentissimus; remissionum defectus; unguium livor; brachium aliena vi elevatum, eadem cessante, proprio pondere cadens; pedum continua denudatio; decubitus inverecundus, cruribus divaricatis, brachiisque ad partes genitales admotis; floccorum venatio, stragulorum coacervatio; corpus aegri praeter modum grave; odor aegri cadaverosus; muscarum circa illum caterva; cutis veluti arenâ conspurcata, ex rubro livida, flava, sudo-

sudoribus inanibus, frigidis, exanthematibusque luridis cooperta; illorum praepostera fuga; gangraenae spontaneae sine levamine reliquorum symptomatum; decubitus sphacelosus; denegati vesicatoriorum, utut acriorum, effectus. Contraria bona. Interea potissimum respectu ad febres nervosas *lentas*, memor esto, morbum hujusmodi revera *malignum*, cani videlicet sine omni latratu mordenti aequiparandum esse [55]).

11. Inter febrium nervosarum pericula tandem et *transitus illarum alios in morbos* memorandus est; quod quidem argumentum in totius hujusce operis decursu, maxime vero in tractatibus de morbis systematis nervosi et sensuum dilucidabitur [56]). **Transitus in alios morbos.**

12. Dum curam aegroti, febre nervosa laborantis, suscipis, grave tibi imponis onus. Quum morbi hujus exitus admodum dubius sit, vel id perdiligenter cura, ut modus tunc te gerendi, omnem excludat ambiguitatem. Binae minimum requiruntur intra nychthemerum aegroti visitationes. Post unamquamque (rimatis antea inter se symptomatibus), quid in curatione morbi lucri factum, quidve amissum fuerit, statue. Palam inde fiant *indicationes*. Multifariae eae sunt, **Cura generatim.**

et

55) Cfr. Ackermann diss. de malignitatis morborum disertioribus signis. Kilon. 1782.

56) Obercamp de molestiis a febre putrida sanata relictis, iisque pedissequis. Heidelb. 1778.

et duce experientia stabiliendae, utpote quae optime doceat, quid hucusque hoc in morbo curando sub variis rerum positionibus bonos, quid malos praestiterit effectus. Contra indicationes hypothesibus superstructae (quales e. c. sunt, putredinem arcendi, astheniae occurrendi e. s.-p.), nisi fors cum prioribus fortuito conveniant, ad finem perducere solent deplorandum.

Contin. argumenti. 13. Priusquam ad curationem morbi te accingis, quaestio solvenda est, utrum ille sit *simplex* an *complicatus*. Imo talis quaestio quotidie repeti debet. Accidit nimirum haud raro, ut complicationes dumtaxat sub morbi decursu exsurgant. Utut sit, quoties illae obveniunt, sine mora abigendae sunt.

Cura complicat. inflammatoriae. 14. Maximas difficultates exhibet *cura febris nervosae cum complicatione inflammatoria.* Licet enim nequaquam existimemus, diathesin nervosam, inflammatoriae e diametro ita oppositam esse, uti asseclae systematis astheniae et atheniae quondam docuerunt; nihilominus fatemur, methodum alteri adcommodatam, alteri adversari. Adversatur praecipue methodus antiphlogistica conditioni febrium nervosarum, quoad missionem sanguinis. Qui contrariam sententiam defendunt, aut typhum contagiosum cum febribus nervosis confundunt, aut per complicationem istarum inflammatoriam in errorem ducti sunt. Hac nimirum in complicatione ab ipsa *venae sectione* aegroti

groti salutem pendere posse, persuasi sumus. Comparata itaque antecessorum experientia[57]) cum nostra sequentes hic pro *phlebotomia* indicationes religiose statuimus: dum genius morborum regnantium inflammatorius est; dum febres nervosae intercurrentes in aliis aegrotis phlebotomiam cum successu sustinuerunt[58]); dum hae febres ex febribus inflammatoriis biliosis evolvuntur[59]); dum methodus calefaciens praepostere adhibita symptomatibus inflammatoriis locum dedit; dumque morbi alias sanguinis missionem exposcentes cum febribus nervosis societatem ineunt. Debet autem

57) A. Thurini an in omni febre putrida competat phlebotomia? Romae 1545. — J. B. Sylvaticus tractatus de secanda in putridis vena, quam salvatellam dicunt. Mediol. 1583. — N. Massa de venae sectione in febribus ex humorum putredine ortis. — B. Caxanes de ratione mittendi sanguinem in febribus putridis. Bareinon. 1592. — Drelincourt an in omnibus febribus putridis venaesectio et purgatio? Montpel. 1651. v. opuscul. omn. p. 3. — Rudolphi de sanguinis missione in febre putrida. Gies. 1780. — Spies diss. de utilitate venaesectionis in morbis, praecipue febre nervosa, ubi ordinario locum non habet. Altdorf. 1795.

58) Ex quo elucet utilitas societatum medicarum, ubi videlicet medici semel bisve de mense conveniunt, sibique invicem proprias observationes circa morbos regnantes communicant.

59) Schrader diss. de praeclaro venaesectionis in quibusdam febris biliosae putridae speciebus. Rintel. 1770.

autem phlebotomia hisce in casibus non aliter quam praesente medico, pulsuum vim continuo explorante, institui. Ea vel non omnino indicata, vel urgentibus dumtaxat congestionibus ad quodpiam viscus, *hirudines* aut *cucurbitulae scarificantes*, abusum evitando[60]), usurpandae sunt. Caute etiam in adhibendo *nitro* incedendum[61]) est.

C. aliarum complicat. 15. Complicationes *rheumatica* et *catarrhalis* notis inflammatoriis stipatae phlebotomiam sub rerum positionibus vix allatis[62]) exposcunt. In genere illis vigentibus, tum in regimine tum in pharmacis omnia, quae transpirationi injuriam inferre possent, evitari debent. *Complicatio gastrica*, nisi insuperabilia obstacula praesto sint, *emetico*[63]) abigitur. Evacuatio nimirum vomitus ope elicita minus, quam omnis alia, vires frangere solet. Imo *emetica* ita porrecta, ut minimas evacuationes cieant, ad vires systematis nervosi excitandas non parum conferunt, quo respectu inprimis radix ipecacuanhae praestat[64]). Interea sabur-

60) Fabricius ab Aquapendente de cucurbitularum in febribus putridis abusu. In edit. opp. Patav. 1647.

61) Delius diss. de moderando usu nitri in febribus putridis et malignis. Erford. 1772.

62) No. 14.

63) Rad. ipecacuanhae grana viginti, tartari emetici granum unum. M. D. Capiat.

64) Gottl. Cramer *die Behandlung der Nervenfieber, insbesondere des Typhus; mit besonderer Rücksicht auf*

saburris, bile, deorsum turgescentibus, vel vermibus praesentibus, juxta regulas, alibi expositas[65]), procedendum.

16. Febre nervosa complicata ad simplicitatem reducta, aut ea vel ab initio simplici, juvat ante omnia videre, quorsum morbus sua sponte tendat. Quamvis enim persuasi simus, morbum, de quo agimus, instar typhi contagiosi naturae committi non posse; nihilominus quousque ille juxta propriam indolem regulariter et placide decurrit, eousque nos quoque ad exemplum summi viri[66]) aliorumque praeter debitum regimen diaeteticum ac prudentem symptomatum curam, vix pharmaca praescribimus. Cura morbi simplicis.

17. Est autem *regimen diaeteticum* sequens: Decumbat aegrotus in amplo conclavi, ut multum purumque aërem trahere possit[67]): quo denegato (excepto rigidissimo anni tempore) potius in horreis aliisque locis semiapertis degat. Parietes conclavis ne sunto picturis ornati, utpote quae exaltatae imaginationi pabulum ad delirium usque praeberent. Quumque aegroti phantasia, impedito Regimen diaeteticum.

die Wirksamkeit der Ipecacuanha gegen dieselben. (Harless *Rheinisch-Westphälische Jahrbücher.* 16. *B.* 2. *St.* p. 21).

65) §. XXX. No. 9.

66) Fr. Hoffmann diss. de natura optima febrium malignarum medicatrice. Hal. 1713.

67) Sunt Celsi verba (Curatio ardentis febris. Lib. III. cap. 7.).

dito per loci obscuritatem intuitu rerum circumdantium, in semet ipsa pabulum inveniat, conclave lucidum esto, quin tamen permittatur, ut radii solares lectum attingant. Huic absolute affixus debet esse aegrotus, neque unquam sibi derelinquendus, ut suadetur [68]). Lectus amplus sit oportet, ita, ut aeger in eo commode se movere undique possit. Multum miser recreatur, si ipsi lecti duo, quorum in altero primam, in altero secundam nychthemeri partem transigat, dicantur. Culcitae plumeae, quoad ejus salva consuetudine fieri potest, removendae. Lintea saepe mutanda, eaque subtilia requiruntur, ne *decubitum* promoveant. Ad hunc praepediendum etiam usus pellis caprinae, cervinae, alcis, aut telae ceratae subtensae inserviunt. Conopeum debitae aëris renovationi obstando nocet. Matulae, structurae partium genitalium utriusque sexus accommodatae, magnum praebent commodum eo, quod aeger, quin surgat, mingere potest. Id ipsum de vase quoque valet, quod natibus submittitur ad excipiendas faeces. Removeto autem illico sordes, et munditiei studeto, quoad fieri potest. De modis aërem purificandi alio loco [69]).

Continuatio argumenti. 18. Maximi porro momenti est aegroto *animum addere.* Esto igitur facies medici serena, fidu-

68) A Herberdino comment. de morbor. hist. et curat. Edit. Soemmerrino. Francof. 1804. p. 138.

69) P. I. Vol. II. Sect. II. De typho.

fiduciam concilians. Ne aegrotans objecta ingrata videat, aut de iisdem loquentes audiat. Contrarium de contrariis. Tandem ad caussas, quae morbum excitarunt, praecipue ad animi pathemata respiciendum, et probe retinendum, consolationem bonaque officia saepe plus, quam exquisitissima pharmaca, prodesse. Sic plus vice simplici in febribus nervosis, praecipue lentis, quae aut ex penuria, aut nostalgia ortae erant, vel pecunia collecta, vel reditu in patriam promisso, profuimus. Verum cave etiam a repentina fortiorique, utut grata, animi commotione. Ita a nimio adstantium numero. De effectibus *musicae* in febribus nervosis miracula narrantur[70]), quae revera iis, qui imperium sonorum harmonicorum in systema nervorum noscunt, haud omnino vana videbuntur. Attamen dolendum, hoc auxilii genus parum in usu esse, ideoque timendum, ne medicus, illud forte sine successu praescribens, vulgi sarcasmis occasionem sit porrecturus.

19. Quoad cibum in febribus nervosis si asseclas interrogaveris doctrinae putredinis, — illi *vegetabilem* (utpote antisepticum); — si asseclas doctrinae astheniae, — illi *animalem* (utpote magis nutrientem) tibi proponent! Audiatur experientia, vel quod idem est, illius oraculum, Hippocra- Continuatio argumenti.

70) Reil's *Fieberlehre.* 4. *B.* p. 181.

POCRATES [71]). „Tenues, inquit, et exacti victus, et in longis semper adfectionibus et in acutis, ubi non expedit, periculosi sunt: et rursus victus ad extremam tenuitatem progressi, difficiles sunt. Et repletiones ad extremum progressae, difficiles sunt [72]). In tenui victu delinquentes aegrotantes, magis laeduntur: omne enim delictum, quod committi poterit, magis magnum committitur in tenui, quam in paulo pleniore victu [73]). Ubi quidem peracutus est morbus, statim etiam extremos labores habet, et extreme tenuissimo victu uti necesse est. Ubi vero non, sed pleniore victu uti licet, in tantum subdescendendum est, in quantum morbus extremis mollior fuerit [74]). Quum in vigore fuerit morbus, tunc tenuissimo victu uti necesse est [75]). Simul vero conjectare oportet, an aeger ex victu durare possit ad morbi vigorem: et utrum ille prius deficiat, et ex victu durare non possit: aut morbus prius deficiet ac obtundetur [76]). Quibus igitur statim vigor est, his statim tenuis victus exhibendus est. Quibus vero vigor posterius, his ad illud et paulo ante illud tempus, subtrahendus est. Antea vero mitius aeger victu tractandus est, quo durare possit [77]). In exacerbationibus

71) Aphorismor. Lib. Sect. I. No. 4. 5. 7—11.
72) l. c. aphor. 4. 73) l. c. aphor. 5.
74) l. c. aphor. 7. 75) l. c. aphor. 8.
76) l. c. aphor. 9. 77) l. c. aphor. 10.

bus subtrahere victum oportet. Nam apponere noxa est. Et quibus per circuitus exacerbationes fiunt, in exacerbationibus subtrahere oportet[78]).“ Itaque in febribus nervosis *acutis* aut nullum (praeter potum) alimentum, aut *juscula* dumtaxat aquea ex hordeo, oryza, avena, pane albo parata, superaddito pauxillo butyri et salis porrigimus; contra in *lentis* (vel illis acutis, quibus inedia aut nimiae evacuationes ansam porrexerunt, vel quae jam deferbuerunt) *juscula carnea*, adipe carentia, tum simplicia tum oryzae, hordeo, avenae, vitello ovi nupta, nec tamen nimis saturata, propinamus, et quidem minimis saepeque diu noctuque repetitis vicibus. Quodsi diarrhoea, vires prosternens, non obstet, etiam *fructus horaei* tum recentes, tum cum aqua et saccharo decocti, permitti queunt. Quin imo in ipsis febribus gastrico-putridis fraga et uvas summo cum emolumento ingestas observavimus.

20. Ad *potum* quod attinet, optimus *aqua fontis*, eaque, aegro expetente, neque sudante neque tussiente, *frigida*. Nisi diarrhoea vetat, isti succus citri, aurantiorum, mali punici granati, baccarum berberis vulgaris, rubi idaei, vaccinii oxycocci cum saccharo addi possunt. Et *aquam Selteranam* exhibere licet; ubi ventriculus eam fert. Pauperibus aqua mulsa addito aceto, deco-

Continuatio argumenti.

78) l. c. aphor. 11.

decoctum pomorum; in Rossia *Kwas*[79]) et in Polonia *succus brassicae acescentis* aut *betae rubrae*[80]), si opus fuerit, aqua dilutus. Decrescentibus viribus sedatoque caloris impetu, tenuis, absque multo lupulo aliisve narcoticis parata *cerevisia*, potum prae caeteris in hoc morbo egregium constituit. Sed cavendum est, ne forte praesens diarrhoea vel meteorismus inde augeantur. *Vino*, omni aevo a medicis in febribus nervosis commendato[81]), sub sequente rerum positione locus est; videlicet dum vires maximo in gradu languent, dum animus depressus et tristis est, vox flebilis; dum pulsus mollis, diffluens; sudor copiosus, viscidus et cutis subfrigida; dumque aeger pharmaca excitantia alioquin indicata respuit, aut vomitu rejicit, vinumque exposcit. *Nocet* autem vinum, ubi pulsus cum duritie micat, facies accensa est, calorque cutis magnus; ubi haemorrhagiae cum impetu contingunt. Dum vini exhibendi indicationibus satisfacis, respice etiam ad consuetudinem et facultates aegrorum. In nosocomiis nube vinum pharmacis, nam alias facile ad aegros usque non pervenit.

79) Est potus fermentatus, qui ex farina secalis obtinetur.

80) *Burakowi rosof.*

81) C. Crivellati *trattato dell' uso e modo di dare il vino nelle malattie acute. Roma* 1600. Cfr. *The history of ancient and modern Wines. By* Al. Henderson. *London* 1824.

venit. Porro, praesertim in regionibus septentrionalibus, cave a vino adulterato. Vina in febribus nervosis, indicatis sub rerum positionibus, quammaxime proficua sunt Campaniae[82]), Rhenana[83]), Mosellae, Franconiae et Austriae, verbo, vina, quae gaz acido carbonico abundant, aut pauxillum aciditatis continent. Possunt illa praeterea aqua *Selterana* aut alia simili dilui, addito pauxillo sacchari. Ubi vero vina pro viribus potenter recreandis indicantur, illa Burgundiae et Burdigalense caeteris omnibus palmam praeripiunt. Vina fortissima Lusitaniae, Hispaniae, Cypri, nisi omnino adsuetis et cautissime porrigantur, in nostro morbo raro conducunt. Pro stadio convalescentiae illa reservanda. A *coffea* hic semper detrimentum conspeximus: secus a *thea*. De *lacte* in febribus nervosis lentis jam mentionem fecimus[84]).

21. Ad regimen diaeteticum accedit *symptomatum cura*, nimirum *quatenus per universalem therapiam obtineri non potest.* Loquimur de cura *aestus febrilis*, *delirii*, *haemorrhagiarum*, Cura symptomatum.

P 2 *ischu-*

82) Navier *dissertation sur l'usage du vin de Champagne mousseux contre les fièvres putrides et autres maladies de la même nature. Paris* 1778.

83) Fr. Hoffmann diss. de natura et praestantia vini Rhenani in medicina. Halae 1703.

84) §. XXIX. No. 6. Cfr. J. F. Hertod de usu lactis in putridis. (Miscell. acad. nat. curios. Dec. I. a. I. 1670. p. 84).

ischuriae, *obstructionis alvi*, *meteorismi*, *d* *bitus*, *gangraenae* et *parotidis*.

Cura aestus. 22. Adversus summum *aestus* gradum q doque in febribus nervosis primariis *acutis*, proprie dictis, tum putridis, molestum ab quissimis jam temporibus in usum deductum *frigus*[85]). Aquae frigidae (videlicet temperat putei) usus externus eodem in morbo famil erat HAHNIO[86]) et THEDENIO[87]). Maxime a eundem propagarunt W. WRIGHT[88]) et J. RIE[89]), quorum exempla secuti sunt, praeter ipsos[90]), GREGORY[91]), HALL[92]), GIANIN J

85) HIPPOCRATES de morbis Lib. II. et de intern fectibus („cumque, ait, ardor tenuerit, lintea f intincta, qua praecipue parte ardere dixerit, admo At si horror corpus detinuerit, refrigerantia re to"). — GALENI Comment. IV. in libr. Hipp de acut. morb. victu. Sect. IV. art. 12. — C AURELIAN. acut. morbor. S. II. cap. 38. — P AEGINETA de re medica lib. II. cap. 30.

86) In act. physico-med. natur. curiosor. Vol. X.

87) *Neue Erfahrungen zur Bereicherung der Wundar kunst und Arzneygelahrtheit. I. Th.* p. 137.

88) In *London medical journal for the year* 1786.

89) *Medical reports on the effects of water, cold warm, as remedy in fever. Liverpool* 1804. *Edit.*

90) J. FRANK's *Reise nach Paris, London* etc. 2. 290. (Experimenta jam a. 1803 — 4. in nosoc Vindobonensi instituta).

91) W. WRIGHT *lettre to Dr.* GARTHSHORE in *th VII. of the medical facts and observations.*

92) In *medical commentaries for the year* 1795. *co*

JACKSON[94]), FRÖHLICH[95]), RUEG[96]), aliique[97]). Enim vero praestans in febribus nervosis auxilium sistit *adspersio* vel *lotio* aegrorum *ope aquae frigidae*[98]), dummodo rerum positiones, sub quibus haec methodus indicatur, rite perpendantur[99]).

DUCAN. *Edinb.* 1795. *Dec. II. Vol. X.* — Et in *Samml. auserlesener Abhandl. f. pr. Aerzte.* 17. *B.* 1. *St.* p. 36.

93) *Della natura delle febbri e del miglior methodo di curarle.*

94) *An exposition of the practice of offusing cold Water on the surface of the body as a remedy of fever. Edinb.* 1808.

95) *Abhandl. über die kräftige, sichere und schnelle Wirkung der Uebergiessungen oder der Bäder von kaltem oder lauem Wasser in Faul-, Nerven-, Gall-, Brenn- u. Scharlachfiebern, den Masern u. einigen andern langwierigen Krankheiten. Wien* 1810. — Et: *Abhandl. von dem auffallenden Nutzen des kalten u. lauen Wassers in einigen Fieberkrankheiten u. dem Scharlach.* 1820.

96) *Von dem Nutzen des äusseren und innern Gebrauchs des kalten Wassers bey einem mit heftigen Nervenzufällen u. Meteorismus verbundenen Faulfieber.* In *Museum der Heilkunde.* 4. *B.* p. 162.

97) Cfr. P. I. Vol. II. Sect. II. De typho.

98) Adspersio sequenti modo instituitur: Postquam aeger extra lectum positus atque denudatus est, amphora aqua temperaturae putei profundi repleta super eum ex alto effunditur. Peracta adspersione aeger linteis citissime abstergitur, lectuloque iterum committitur. *Lotio* ope spongiae aqua frigidiuscula impraegnatae fit.

tur[99]). Spectant huo, praeter calorem urente superficiei corporis externae, sensus internus a stus, facies accensa, oculi scintillantes, puls plenus irritatus, proclivitas ad soporem et e staxin, recens mali origo (e. c. a prima ad qu tam morbi diem) et *absentia* complicationis tarrhalis[100]), rheumaticae et sudoris. Indic. lotio aut adspersio secunda sive tertia quaq hora repeti debet, donec calor cutis urens mi gatus sit. Nonnunquam peracta una alterave tione aut adspersione lenis sudor prorumpit, tu que desistere oportet. Quousque lotiones et a spersiones frigidae continuantur, interne a nihil, aut *emulsio* quatuor seminum frigidor majorum et minorum, aut *acida* propinantur.

Cura delirii. 23. Non solum aeger vaniloquens, sed ille, cui vaniloquii periculum imminet, diu n ctuque sedulo custodiendus, ne, quod plur observavimus, per fenestras sese praecipitet, sibimet ipsi aliisve vim inferat. Quousque men fieri potest, aegroti non ligandi; ex vinc enim extremitates circumdantibus gangraen istiusmodi partium conspeximus. Ut vero, e furi

99) Cfr. Drogar *observation sur une fièvre putride n ligne, dans laquelle les affusions d'eau froide ont nuisibles.* (Sedillot *recueil périodique de la soc. médecine de Paris. Tom.* 35. p. 391).

100) Hall (l. c.) quidem testatur symptomata catarr lia non obstare, quod quodammodo de typho, n de febre nervosa valet.

furiose delirant, cohibeantur, consueta maniacorum vestis in usum trahenda. Haec vero ita induitur, ut manicae longae, quibus instructa est, decussatim inferiori lecti fulcro alligentur, tenso simul super pedes stragulo, vel fascia lata. Delirantibus tandem nec liquida pharmaca, nec potus in vasculis vitreis suppeditandi. Vasa metallica vel cornea, quae canula vel rostro terminantur, hic apprime conveniunt.

24. Quamvis in febribus, qualiscunque demum generis, ad cohibendas haemorrhagias, utut conspicuas, non admodum proni simus; nihilominus in febribus nervosis, proclivitatem ad profluvia cruenta manifestantibus, omnia adminicula, quae ad illa, si cum vitae periculo contingerent, sistenda idonea sunt, praeparare solemus, ut urgente necessitate sine temporis jactura, diu noctuque praesto sint. Loquimur de adminiculis potissimum mechanicis, praecipue in tractatibus de *epistaxi*[101]) et *metrorrhagia*[102]) propius determinandis. Cura haemorrhagiarum.

25. Quum *urinae excretio* in febribus nervosis, quia aut aegrotus conscius non est, aut affectio medullae spinalis vesicam veluti paralyticam reddiderat, saepe supprimi soleat; medici est, C. ischuriae.

101) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XXVII. §. CXXXIX. No. 9.

102) P. IV. Vol. II. Sect. I. Cap. de uteri haemorrhagia.

est, quotidie inquirere, non solum, utrum urina secedat, sed etiam, utrum in *debita copia* secedat. Potest enim, uti jam meminimus [103]), incontinentia urinae cum retentione complicari. Retentum hisce in febribus lotium plerumque illico excernitur, si regioni hypogastricae aqua, aut frigida aut calida, applicatur, vel linimentum volatile illinitur, vel clyster emolliens cum sale injicitur. Dumtaxat, nisi haec juvarent, ad *catheteris* applicationem, eamqueque sine mora suscipiendam, deveniendum foret.

Cura obstipationis alvi et meteorismi.

26. Etiamsi febris nervosa complicationis gastricae expers sit, nihilominus, ut alvus intra nychthemeri spatium semel bisve aperta sit, optamus. Contrarium saepe inertiam intestinorum, modo ex cerebri modo ex medullae spinalis affectione proficiscentem indicat. Antequam fontem mali aggredi liceat, *clysteribus* ex aqua, aceto et sale, succurrendum est. *Meteorismus*, ex eadem intestinorum inertia pullulans, interdum illinitione ventris *linimento volatili*, vel fotu per *species aromaticas* cum vino calido, imminuitur. Quae singula si effectu destituerentur, ubi nulla frigoris contraindicatio [104]) exstat, *glacies contusa* linteis suscepta et abdomini imposita conduxit [105]). Sunt adeo, qui aërem intestina disten-

103) No. 8. 104) No. 22.

105) Tali pacto Pater meus meteorismum, febris nervosae symptoma, in alumno collegii Germanici, quon-

distendentem ope syringae extrahere conentur [106].

27. Nunquam curam aegri, febre nervosa provectiore laborantis, suscipe, quin illico ad latentem et ab aliis forte minime animadversum *decubitum* respicias [107]. Ne istum praetervideas (nisi de custodum sollertia certissimus sis), loca, in quibus aeger continuo decumbit, quotidie *ipse* examina. Quam primum ibi rubor cutis in conspectum venit, loco affecto statim lintea, aqua frigida impraegnata (cui vel pauxillum aceti, sive extracti saturni superadditur), imponenda, saepeque renovanda. Caveas hic a frictione, praesertim cum spiritu vini camphorato: augebitur enim malum et cutis exulceratio inevitabilis erit. Ea jam laesa, praesentibusque suppurationis indiciis, ad *cataplasma* tepidum ex mica panis albi, lacte et croco confugiendum. Quodsi aut in decubitu aut C. decubitus et gangraenae.

dam Ticini stabiliti, et in filio consulis Galliae Leseps, Petropoli degente debellavit, aegrotis sic ex orci faucibus ereptis.

106) Frambaglia apud Burserium instit. Vol. II. p. 418. — Meglin in *Bibliothèque médicale XII. annee.*

107) Vilnae a. 1805. a Professore L. ad juvenem febre nervosa laborantem in consilium vocatus fui. Morbum ad decimum diem sat placide decurrisse, tunc vero inopinate magnum virium lapsum ingruisse narraverant. De *decubitu* illico quaestionem institui, et, ecce, examinatis (pro prima vice) natibus, lata plaga gangraenosa in conspectum venit. Aegrotus salvari amplius haud poterat.

aut alibi *gangraena* appareat; lintea decocto *cinchonae officinalis* saturato imbuta plagae affectae applicanda. Si multum ichoris inde stillet, partes gangraenosae subtilissimo polline aut *corticis cinchonae*, aut *florum chamomillae*, aut *radicis acori calami*, aut herbae *sabinae*, aut *carbonum vegetabilium*[108]) (addita in magno malo *camphorâ rasâ* aut *opio*) inspergenda. Marginibus adhuc rubris et calentibus, aqua frigida cum extracto saturni imponenda. Raro enim scarificationes hoc in casu, ut alias fieri solet, gangraenae progressibus obstant. Curandum praeterea est, ut partes decubitu detentae a compressione defendantur. Cui scopo species jugi, in medio loco vacuo, ad partes morbosas excipiendas idoneo instructi, optime inservit[109]).

C. parotidis. 28. Sicuti glandulae secernentes, in genere per vicinum stimulum in consensum tractae, intumescere solent; ita *parotides* laborante in febribus nervosis cerebro. Tumore hac in glandula comparente, *hirudines* aliquot, in distantia circum circa mox apponendae, indicantur. Lintea calida camphorâ rasâ adspersa, vel species aromaticae sacculis commissae, tumorem potius augere solent. Quodsi tumor jam adeo increverit, ut

108) Odier *manuel de médecine pratique.* p. 32.

109) W. Heberden tale instrumentum addita tabula aenea descripsit, in *medical transactions published by the college of physicians in London. Vol. V.* 1815.

ut resolutionis spes deficiat, ad *cataplasma emolliens* confugiendum. Ne vero cutem parotidi impositam, antequam glandula ipsa suppuret, maceres, cataplasma saepius, praesertim noctu, removebis, ac interea *emplastrum meliloti* adplicabis. Alii ad maturationem abscessus parotidis promovendam *lintea liquore acetatis ammoniae irrorata*, aut illinitionem *saponis ammoniacalis* proponunt. Patientiae autem hîc magis quam irritantibus opus est. Ad maturationem perducto abscessu, libentissime spontaneam illius rupturam, modo extrorsum modo introrsum (in cavitatem scilicet oris) contingere solitam, exspectamus. Interea si tumor parotidis et cellulosae adjacentis propter puris copiam ita extenderetur, ut inde aut suffocatio minetur, aut sanguinis circuitus impediatur, abscessus, dummodo maturus[110]), aut caustico aut culto aperiendus.

29. Praeter regimen diaeteticum atque curam symptomatum, datis et determinatis sub rerum positionibus ad eadem *pharmaca* in febribus nervosis primariis recurrendum est, quorum partem jam in therapia febrium nervosarum secundariarum mentionem injecimus. Pharmaca.

30. Sic *acidis* locus est, praesentibus calore cutis urente, pulsu irritato, siti inexplebili, haemorrhagiis symptomaticis, sudoribus intempestivis, Acida.

110) A praematura parotidis incisione letalem gangraenam observavi.

vis, ecchymomatibus et constitutione aegri alioquin scorbutica. Contraindicantur acida pectoris adfectione, ventriculi et intestinorum doloribus, et diarrhoea. Praeterea ipsa inter acida pro re nata *selectus* instituendus est. In recente et adhuc invalescente morbo, inprimis si aeger fuerit admodum sensilis, *acidum tartarosum*[111]), omni alii anteponimus. Minor sensibilitatis gradus *acidum sulphuricum dilutum*[112]) admittit, ac praeceps haemorrhagiae periculum illud exposcit. Crescente interea debilitate, pulsuque molli reddito, ad *elixir acidum Halleri*[113]) deveniendum est. Praeterea si aut profusi sudores aut haemorrhagiae aut ecchymomata, aut aegri conditio scorbutica acida exposcerent, caeterum vero cutis potius frigeret quam caleret, *elixir vitriolicum Mynsichtii*[114]) indicaretur. *Acido nitrico*[115]) sub iis-

111) R. Aquae fontis libram unam. Acidi tartarosi q. s. ad gratam usque aciditatem. Edulcetur s. q. syrupi cerasorum nigrorum. M. D. S. C. omni secunda hora vasculum semis.

112) R. Aquae fontis libram unam. Acidi vitriolici diluti q. s. ad gratam aciditatem. Edulcetur s. q. syrupi rubi idaei. M. D. S. C. omni hora cochlearia duo.

113) Scrupulus unus pro libra aquae c. s. q. syrupi violarum.

114) Ad scrupulos duos cum unciis octo aquae nucleorum pruni cerasi, et uncia unâ syrupi fructus ejusdem. M. D. S. Cap. omni secunda hora unciam unam.

115) Dilutum ad libram aquae ad gratam usque aciditatem cum necessaria syrupi cujusdam quantitate.

iisdem prorsus circumstantiis, sub quibus sulphuricum commendavimus, locus est. Acidum illud quondam huic praetulimus, ubi hepar simul adfectum erat; at modo intelleximus tali in casu, ob ventriculi sensibilitatem auctam, mineralium nec unum nec alterum locum habere posse. *Acidum muriaticum oxygenatum*[116]) in maximo morbi gradu, gangraenâ, praeter indicata symptomata urgente, sacram anchoram sistit.

31. Cum systema nervosum torpescere incipit, inprimis praesentibus sopore, stupiditate, auditu gravi, et fracto sphincterum officio, *flores arnicae montanae*[117]) suffragia multorum[118]) jure collegerunt. Quodsi alvi profluvium adesset, florum loco *radix* praescribitur[119]). *Radix valeria-* Arnica. Valeriana.

116) Ad drachmam unam; diluatur s. q. aquae fontis et edulcetur syrupo quopiam. Cap. sensim sensimque nychthemeri spatio. Cfr. *Observations relatives à l'usage interne ou externe de l'acide muriatique oxygené* (*Annales de la soc. de médecine de Montpellier. T.* 25. p. 192). — *Del acido muriatico ossigenato in generole e delle sue proprietà mediche in porticolare.* (*Giornale della soc. med. chirurgica di Parma. Vol.* 6. p. 106).

117) R. Florum arnicae mont. a drachma semis ad drachmas duas. Ebulliant c. s. q. aquae per aliquot horae momenta. Colaturae librae unius adde: Syrupi cinnamomi drachmas tres; pro nychthemero.

118) Collin de arnicae in febribus ac aliis morbis putridis virtute. Vindobonae 1775.

119) A drachma semis ad drachmas duas ad decoctum, ut supra, parandum.

lerianae sylvestris apprime conducit vigente sensibilitate aucta systematis nervosi, itaque obvenientibus delirio cum facie pallida, urina aquosa, pulsu debili et tendinum subsultibus, ne amplius de complicatione loquamur verminosa.

Angelica. Calamus. Serpentaria. 32. Ubi indicationes pro vix recensitis pharmacis minus sunt evidentes, ac in genere de virium recreatione, deque restauranda pulsuum humili conditione maxime agitur, inter radices *angelicae archangelicae*, *acori calami* et *aristolochiae serpentariae* unam alteramve eligito.

Camphora. 33. Magna virium prostratio cum pulsu debili, molli, diffluente et aequali, cum extremitatibus subfrigidis, sudore viscido coopertis, cum facie lurida ecchymomatibusque lividis *camphoram*[120]) exigit. Ab ea vero abstinendum, si sub illius usu facies praeter modum accendatur, si pulsus crebrior calorque cutis fortior quam par est, evadant, si sopor et sitis augeantur, et haec symptomata diu persistant, nec epota limonada sive emulsione amygdalina tenui, cessent. Dosibus, nisi minimis[121]), saltem modicis[122]), effectus obtinere possumus, quos alii maximis sese obtinuisse gloriantur.

34. *Mo-*

120) A. Fd. L. Dörffurt's *Abhandl. über den Kampfer. Wittenb.* 1793.

121) Quarta grani pars cum granis quatuor pulveris gummi arabici, secunda quaque hora.

122) Granum unum pro dosi.

34. *Moschum* [123]) (si bonae indolis haberi queat, sique aegrorum facultates pro acquirendo tam pretioso remedio sufficiant, sique odor illis non ingratus sit), in febribus nervosis, praecipue juniorum, puellarum, adhibemus, praesentibus subsultibus tendinum, tremoribus, delirio cum facie pallida, urina clara, cum pulsu parvo, contracto et duriusculo. Nisi effectus a dosibus modicis moschi [124]) primo vel altero nychthemero observentur, incassum iidem serius exspectari solent; quare cavendum est, ne eo (uti quondam [125]) et haud pridem [126]) accidit), abutamur. Moschus.

35. Moschi vices plerumque *gummi-resina ferulae asae foetidae* gerit, praxi nosocomiali, pauperumque usui magis idoneum remedium. Propinatur sub iisdem rerum positionibus, sub forma sive tincturae [127]), sive emulsionis [128]), aut si Asa foetida.

123) B. L. Tralles *die Heilkraft d. Moschus. A. d. L. von* Mr. H. Mendel. *Breslau* 1804. — G. L. K. Kapp *über einige Wirkungen des Moschus in d. Krankheiten der Menschen. Nürnberg* 1812.

124) A grana uno ad grana tria secunda quaque hora.

125) B. L. Tralles diss. de limitandis laudibus et abusu moschi in medicina, in medela morborum. Bresl. 1783.

126) Tempore quo secta Browniana vigebat.

127) R. Aquae destillatae rutae graveolentis uncias sex. Tincturae asae foetidae drachmas duas. M. D. S. Omni hora cochleare unum.

128) R. Asae foetidae drachmam semis. Mucilaginis gummi mimosae niloticae unciam unam. M. et

si aeger medicamentum respuat, sub ea clysterum[129]).

Castoreum. 36. Accedit *castoreum*[130]), quod, dummodo bonae notae, moscho adulterato anteponi potest. Aegroti valde excitabiles facilius *pulverem*[131]), quam *tincturam*[132]) ferre solent.

Crocus. Vanilla. 37. In febribus nervosis, potissimum *lentis*, ubi diuturnitas morbi mutationem pharmacorum interdum exposcit, in *croco*[133]) atque in *Vanilla*[134]) duo reperire auxilia, circiter rerum positionibus, moschi usui faventibus, accommodata, gratum erit.

Ammonia. 38. Extremae virium dejectioni, pulsui tremulo, intermittenti et molli, *ammonia* non sine quadam successus spe opponenda, eaque sub forma

affunde emulsionis amygdalarum dulcium uncias decem.

129) Asae foetidae drachmam unam. Vitelli ovorum Nro. unum. Subige et affunde infusi florum matricariae chamomillae uncias sex. D. S. pro clystere.

130) A. C. Bonn anatome castorei atque chem. castor. analys. ejusque in medicina usus. Lugd. Bat. 1806.

131) A grano uno ad grana tria pro dosi.

132) R. Aquae rutae uncias sex. Tincturae castorei a drachma semis ad drachmam unam. M. D. S. Omni altera hora semunciam capiat.

133) R. Aquae melissae uncias sex. Tincturae croci a scrupulo ad drachmam semis. M. D. S. Omni secunda hora cochleare majus.

134) Hoffmann in Hufeland's *Journ. der. pr. Heilk.* 5. *B.* p. 248.

ma *liquoris subcarbonatis ammoniae empyreumaticae*[135]. Ni fallimur, in ammonia minus pharmacum, vires vitales excitans, quam potius pharmacum, fibrae muscularis exhaustae virtutem resarciens[136]), possidemus.

39. *Aetherem sulphuricum*, aut alium; praecipue indicatum existimamus sub vitae imminente periculo, apparente lipothymia, vel pulsu exili, filiformi, irregulari, fere deficiente, delirio cum facie pallida et urina aquosa. Oportet vero hoc pharmacum parvis intervallis porrigere, omni quarta scilicet, aut dimidia horae parte[137]). Aetheres.

40. *Phosphorum*, utpote in genere alea plenum[138]), et *mercurium*[139]), utpote febribus nervosis Phosphorus. Mercurius. Opium.

135) R. Aquae menthae uncias sex. Spiritus cornu cervi a drachma semis ad drachmam integrám. D. S. Omni hora unciam semis capiat.

136) Cfr. Observationes A. Humboldt (*Versuche über die gereitzte Muskel- u. Nervenfaser. Berl.* 1797.) circa effectus alcali in fibram muscularem.

137) A guttis quinque ad decem.

138) De phosphori in febribus nervosis usu legi possunt: Burdach *die neuesten Entdeckungen in d. Heilmittellehre.* p. 292. — Buttatz *über den Phosphor als Heilmittel. Götting.* 1800. — Leroi *expériences et observations sur l'emploi du phosphore à l'intérieur. Magazin Encyclop. An. VI. No.* 122. p. 155. Suadetur conclamato fere morbo, extremitatibus subfrigidis,

vosis adversum, silentio praetereuntes, ad *opium* nos convertimus. Quamvis enim hoc pharmacum, rite monentibus TRALLES[140]), HUXHAM[141]) aliisque, in febribus nervosis in genere minime quadret; sunt tamen rerum positiones, quibus vigentibus praestantes exserit effectus. Loquimur praesertim de convulsionibus, de delirio, de vigiliis, deque diarrhoea, non foeculenta, sed serosa, vires exhauriente, meteorismum augente, et quidem dumtaxat in morbo provecto, magis in nervosa proprie dicta, quam in putrida, et ubi vires vitae, teste pulsu adhuc sat vegeto, praeter modum dejectae non sunt. Vix autem hîc opio puro locus est, sed potius illius cum radice ipecacuanhae connubio[142]), aut clysteribus[143]);

pulsu inperceptibili, singultu, deglutitione impedita, sopore, stertore et sudore viscido. Exhibent sub sequenti formula: R. Phosphori grana quatuor. Solve in uncia dimidia aetheris sulphurici. D. S. Cap. omni dimidia hora decem guttas.

139) Qui aliter sentiunt, aut febres nervosas secundarias nonnullas aut alios morbos systematis nervosi (e. gr. encephalitidem, rhachialgitidem, nevritidem) cum febribus nervosis primariis, de quibus hîc unice sermo est, confundunt.

140) Usus opii. Vol. II. p. 212.

141) Lib. de febribus. Cap. VII. p. 81.

142) Pulvis Doveri ad grana duo, tria, bis terve nychthemeri spatio.

bus[143]); neque facile administratio opii ultra nychthemerum unum aut alterum protrahenda est.

41. *Corticis cinchonae*[144]) usus ad febres nervosas lentas aut saltem ad acutas provectas circumscriptus est, si aegrotans aut per praevias evacuationes exhaustus, aut decubitu confectus, stimulo quodam permanente indiget. Sed etiam hic cortex non conducit, nisi pectus sit liberum, pulsus mollis et primae viae non admodum labefactatae. Secus enim illius administrationem anxietas, respirandi difficultas, tussis, linguae siccitas et abdominis inflatio sequuntur. Cinchona.

42. Praeter pharmaca hucusque adlata, etiam plurima *auxilia externa* in febribus nervosis primariis locum habent. Inter haec *sinapismi* et potissimum *vesicatoria*[145]) praestant. Illi recentiore Remedia externa.

Q 2

143) Guttae decem laudani liquidi Sydenhami cum unciis quatuor infusi chamomillae. D. S. pro uno clystere.

144) Decoctum aut extractum, e. gr. ad drachmas duas cum aquae menthae unciis sex, et syrupi corticum aurantiorum uncia una. M. S. Cap. aeger ex vase probe agitato omni tertia hora cochlearia duo majora.

145) Baglivi opp. p. 641. de usu et abusu vesicantium. — Huxham. Lib. de febribus. Cap. VIII. p. 115. — Tralles usus vesicantium salubris et noxius. Vratisl. 1782.

tiore morbo, sub calore, exacerbationum comite, et scopo derivante usurpandi sunt. Haec morbo senescente, cuti potius frigescenti, prope loca maxime affecta (absente jam jam omni congestione) applicanda, et quidem dumtaxat tanquam *rubefacientia*, si, gangraena aliis locis nascente, artificialis exulceratio nova pericula portenderet. Quocunque in casu ne adposita epispastica oblivioni traduntor aut negliguntor! — Quapropter ut medici consuetudinem, plagas illis lacessitas propriis oculis quotidie inspiciendi, mature familiarem sibi reddant, suademus. Sunt, qui vesicantium loco, *aquam fervidam* cuti admoveant[146]). Nos, cutis irritationem generalem desiderantes, ad *frictionem* universi corporis, praecipue prope columnam vertebralem, ope pannorum siccorum, vel vini calidi, aut aceti[147]) recurrimus. Pro *balneis* nulla in febribus nervosis primariis indicatio invenitur.

Monita. 43. Auxilia hucusque enumerata in usum deducens, a complicata nimis et tumultuaria medendi ratione abstineas. Quodsi magnitudo morbi

146) Callisen *von dem Gebrauche des kochenden Wassers als ein blasenziehendes Mittel.* (*Samml. auserles. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 21. *B.* 2. *St.* p. 40).

147) De lotionibus corporis humani variis in morbis ope *aceti* legi meretur Herberger in *med. chir. Zeitung.* 1825. *No.* 71—73.

bi postulet, ut cura illius non uni dumtaxat pharmaco committatur, duo, quae tibi indicata videntur (e. gr. decoctum florum arnicae et camphoram, vel infusum valerianae et moschum), separatim, eaque alternis vicibus exhibe. Artocreata medicinalia[148]) praeter quam quod ingratissima sint, carissimoque pretio veniant, id praesertim mali portendunt, quod, quale in iis contentum pharmacum aut profuerit aut nocuerit, determinari nequeat. — Porro quum nostro in morbo nullum pharmacum per incantamentum juvare possit, quodcunque illorum praevia matura deliberatione tandem eligatur, id ipsum saltem per nychthemeri spatium (nisi rerum positiones omnino mutatae appareant) continuetur. Pharmaca, quae mane descripta sunt, circa meridiem jam rejicere, tuncque praescripta iterum ad vesperas removere, talique pacto paucorum dierum spatio aggeres tormentarios ampullarum, scatularum aliorumque involucro sepositorum pharmacorum, circa lectos aegrorum et vicinas fenestras, ut saepe vidimus, exstruere, nisi ignorantiae, saltem

148) En talem scandalosam formulam: R. Radicis serpentariae, valerianae āā drachmas duas. Infund. c. s. q. aquae fontanae fervidae. Colat. unciarum octo adde: Camphorae subactae grana sex, aetheris sulphurici drachmam semis. Extracti corticis peruviani drachmas duas. Syrupi corticum aurantiorum unciam unam! —

saltem pusillanimitatis medici amplum praebet testimonium. Altera vero ex parte etiam obstinatio, qua pharmaca, quae evidenter nocent, ulterius continuantur, evitanda est. Quo magis morbus ad convalescentiam vergit, eo rarius eoque minore dosi propinantur pharmaca: ast gradatim!

§. XXXII.

De convalescentia post febres nervosas.

In genere. 1. *Convalescentia* post febres nervosas, tum secundarias, tum primarias, nisi morbus (quod sat rarum est) tumultuaria crisi terminetur, pedetentim ingruere solet. Varii illius tunc habentur gradus, probe distinguendi. In convalescentia *incipiente* symptomata quidem febrem constituentia evanuerunt, at nonnulla adhuc phaenomena morbosa, inprimis ex illis, quae ad crisin spectant, perseverant. Haec in convalescentia *confirmata* vix amplius observantur; tanta autem virium dejectio praesto est, ut functionum plurimarum laesum remaneat exercitium. Eo praeter quandam debilitatem restituto, *absoluta* dici potest *convalescentia.*

Convalescentiae phaenomena. 2. Ingruente convalescentia consuetudines sani hominis sensim sensimque redeunt. Puta rationem screandi et nares mungendi; desiderium

rium pulverem nicotianae naribus attrahendi, coffeam, vinum bibendi etc. Haud pauci de auditus gravitate et memoriae jactura conqueruntur. Multi animum admodum irritabilem, et quandoque infantilem produnt; sub minima enim illius commotione in risum fletumque vicissim prorumpunt. Mira permultis est voracitas, continuaque de cibis sollicitudo. Interdum idea quaedam fixa, praegressi fugatique caeterum delirii effectus, isto difficulter eradicanda restat[1]). Sunt alii, qui superato morbi periculo, de vita nunc demum desperare incipiunt[2]). Quampluri-mi

1) Sic Vilnae mercatorem, solvendis debitis imparem, curavi, qui vigente morbo continuo de tribus millibus aureorum numorum, apud socium depositorum, delirabat. Qui vir quum in convalescentiae stadium pervenisset, utut caeterum mentis omnimodo compos, nihilominus memoratae ideae adeo tenaciter adhaesit, ut uxorem ad instituendos propter istam pecuniam gressus instigaret.

2) Conspicua matrona Vilnae febre catarrhali in nervosam transgressa laborabat. Solus usque ad convalescentiam adstiti. Hac ingruente aegrota tanto correpta est mortis timore, ut nunc et aliorum medicorum consilium postularet. Ridebat ipsam tota familia, ast incassum. Sanitati dein ex integro restituta, quae fuerat aegra, de illo phaenomeno sibi rationem reddere haud poterat. — Atque hic per transennam recordor aegroti, qui ab infimo gradu ad illum ducis exercitus adscenderat. Viro isto, quippe gravi morbo detento,

mi excruciantur furunculis, ulceribus, tum a vesicatoriis, tum a decubitu relictis, item sudoribus, vomitu, pollutionibus nocturnis, sensu imbecillitatis, tussi, anorexiâ, crinium complicatione pediculorumque proventu. Confirmata magis magisque convalescentia saepe desquamatio epidermidis et quandoque unguium secessus[3]) observantur. Crines dumtaxat absoluta convalescentia defluere solent.

Recidiva. 3. Devictis regulariter febribus nervosis, *recidiva* vix timenda. Recidivis nimirum neutiquam adscribas morbos accidentales, e. c. febres rheumaticas, catarrhales et gastricas, quibus convalescentes, si refrixerint aut gulae indulserint, obnoxii sunt. Interea quum in hominibus sanis ejusmodi febres in nervosas transire possint; eo facilius in convalescentibus, systemate nervoso adhuc debili praeditis, id timendum erit. Jactura humorum et maxime animi pathemata, primariis quoque inter illas febribus nervosis ansam porrigere possunt.

4. Quam-

ipse consilium medicum proposui, quod ille, ad convalescentiam perductus, renovari voluit; cur quaeso? quoniam ista scena, qua sedilia multa in semicirculum ponuntur, ac dein a medicis vicissim perorantibus occupantur, quammaxime delectabatur, illamque altera vice libenter vidisset! . . .

3) Bang in Act. soc. reg. Hannov. Vol. I. p. 265.

4. Quamvis ingruente convalescentia regimini studere utplurimum satius sit; nihilominus in administratione pharmacorum, quibus fuga morbi tribuitur, adhuc per nychthemerum unum alterumve, saltem semel bisve de die, continuandum erit. Secus enim si aegrotus fortuito detrimentum caperet, culpa in pharmacorum praepostera remotione locaretur. Neque deforent passim homines malevoli, qui alios ex semet ipsis judicantes, tali data occasione suspicionem, medicum morbi curam lucri gratia consulto procrastinare, jactarent. Tandem sacrae consuetudinis leges quoque respectu ad pharmaca valent. Possent praeterea non solum pharmaca, sed et venaesectiones, imminente convalescentiae stadio, ex imperfecta crisi relictis malis exposci [4]). **Cura convalescentiae.**

5. *Cibi* nutrientes facilisque digestionis parca manu repetitis vicibus porrigendi. Quo minus aegritudo inflammatorii quid habuerit, eo securius moderata *vini* aut *cerevisiae fortioris* (e. gr. Porter) conceditur usus. Familiares singuli sensim **Continuatio argumenti.**

4) *History of a fever which prevailed in the suburbium of Paisley; with an account of the utility of Blood-Letting in the imperfect crises, slow convalescence and lingering ailments. By* J. Muir. (*The Edinb. medic. and surg. Journal. Vol.* 8.).

sim sensimque admittendi. Ne eorum colloquia circa res ingratas versentur, curandum. Lectus in confirmata dumtaxat convalescentia deseratur, isque primis vicibus per breve temporis spatium. Crines intricatos vix superato morbo pectini non subjicito; convalescentes enim inde facile cephalaeam paterentur. Nec illos rescindito; vita enim periclitaretur [5]). Pediculorum proventui secundum praecepta, alibi tradenda [6]), occurratur. Firmatis viribus balneum tepidum puritatis caussa, et tandem rusticatio conducunt.

Finis argumenti. 6. Nisi indicato sub regimine vires redeant, ad *pharmaca tonica* recurrendum, inter quae convalescentibus prae caeteris salubria sunt *infusum cinchonae frigidum*, *decoctum menianthis trifoliatae cum elixirio vitrioli Mynsichti* [7]), nec

5) Lanoi in *Actes de la société de médecine de Bruxelles. T. I.* p. 94. et *Samml. auserles. Abhandl. f. pr. Aerzte. XX. B.* 2. *St.* p. 247.

6) P. I. Vol. III. Sect. II. Cap. de psora, psoriasi et *phthiriasi*.

7) R. Herbae trifolii fibrini drachmam unam. Ebulliat per horae momentum c. s. q. aquae. Col. unciarum septem adde: Elixir Mynsichti a scrupulo ad drachmam semis. M. D. S. tribus vicibus capiat curriculo nychthameri.

nec non *elixir viscerale Hoffmanni*[8]). Antequam vero ad hujus generis pharmaca devenias, an non forte saburrae restaurationi virium obsint, probe examina. Verisimile id erit: si febris praecedens gastrici quid habuerit, si crisis per alvi profluvium facta non sit, si somnus inquietus, non recreans, sique lingua alba, sapor depravatus, anorexia et vomitus obveniant. Quibus casibus *tinctura rhei aquosa cum aqua menthae*[9]) aut *electuarium lenitivum*[10]) optime quadrant. Quod spectat ad sudores, jacturam memoriae, aliarumque animi et sensuum facultatum, cephalaeam, pollutiones nocturnas, tussim, vomitum, ceterasque a febre nervosa relictas adfectiones, hae, nisi cum virium restauratione pari passu evanescant, illico secundum praecepta in tractatibus de morbis cutis, cerebri, sensuum, medullae spinalis, pectoris, ventriculi etc. tradita, curandae sunt. Ulcera a vesicatoriis vel a decubitu relicta (rejectis unguentis) calore humido fovenda. Enim vero miraculose per ipsam naturam, victu nutriente, lacte, et decocto ex glandibus quercinis tostis parato, suffultam sanantur. Atque ita saltem in corpore sano. Quodsi enim convalescens simul lue scorbutica, venerea, vel alia

8) Drachma una pro dosi cum cochleari vini.

9) Ana uncias tres. Cap. omni tertia hora unciam unam.

10) Uncia semis pro dosi.

alia detentus esset, methodus specifica requiritur[11]).

DE

11) Plurimos curavi convalescentes post febres nervosas, quorum exulcerationes a vesicatoriis relictae, ad perfectam sanationem perduci non potuerunt. Re propius examinata illos syphilide contaminatos detexi. Paucis tunc mercurii dulcis doses, ore assumtae, extemplo exulcerationes profligarunt.

DE

MORBIS CUTIS.

Caput VI.

De morbis cutis in genere.

§. XXXIII.

De argumento generatim.

1. Anatomia et physiologia docent[1]), *cutim simul* Cutis consideratio.

1) Bichat *Abhandlung über die Häute im allgemeinen u. im besondern. A. d. Franz. übersetzt von* Ch. Fr. Dörner. *Tubing.* 1802. 8. — J. B. Banneau *histoire naturelle de la peau et de ses rapports avec la santé et la beauté du corps. Parie* 1802. — K. Mx. Andrée de cute humana externa. Lips. 1805. — Kellie *historical and critical analysis of the functions of the skin. (The Edinburgh medical and chirurgical Journ. Vol.* 2. p. 170. *April* 1805.). — Walther *Physiologie des Menschen. Landshut* 1807. — Rademin diss. de functione cutis in statu sano aeque ac in morboso. Gött. 1809. — Curtii Sprengel institutiones medicae. Amstelod. 1810. 8. T. II. p. 41. — G. A. Gautier *recherches anatomiques sur le système cutané de l'homme. Paris* 1811. — E. J. Carlier *considérations anatomiques et physiologiques sur la peau. Paris* 1812. — Jos. Wilbrand *das Hautsystem in allen seinen Verzweigungen, anatomisch, physiologisch u. pathologisch dargestellt. Giessen* 1813. — P. H. Veilhers *quelques considérations sur le système cutané. Paris* 1813. — P. N. Ch. Desètangs *considérations anatomiques et physiologiques sur la peau, suivies d'un précis sur les cosmètiques. Paris* 1816. — Béclard *élémens d'anatomie générale. Paris* 1823.

simul cum epidermide[2]), *unguibus*[3]) *et pilis*[4]), corpori humano, veluti cortex arboribus, extensum sistere indumentum juxta variam illius stirpem varium[5]); eam internas caveas intrare*), ac vasis,

2) Maurit. Hofmann diss. de cuticula et cute. Altd. 1685. — D. Klinkosch diss. de vera natura cuticulae ejusque regeneratione juxta sensum. Prag. 1775. 8.

3) J. Glo. Haase experient. anatom. ad nutritionem unguium declar. capta. Lips. 1774. — M. F. Nürnberger melet. super digitorum unguibus. Wittemberg. 1786.

4) J. Hi. Kneiphof's *Abhandlung von d. Haaren, deren Beschreibung, Nutzen, Zufällen u. Mittel dagegen. Rotenb.* 1777. (Opus sermone latino conscriptum a. 1754 prodiit). — G. Rdfi Böhmer de *dignitate* pilorum remediisque incrementum promovent. et impedient. Wittemb. 1798. — J. K. Pfaff de pilorum varietate *naturali* et praeternaturali. Hal. 1799. — Glo. Müller diss. sistens physiologiam et pathologiam pilorum fragmenta. Wratisl. 1816. — H. W. Buck diss. de pilis eorumque morbis. Hal. 1819. — Blümeuer *Abhandl. über das menschliche Haupthaar, in histor., anatom., physiologisch., pathologisch. u. therapeutischer Hinsicht. Berlin* 1825.

5) S. Th. Sömmerring *über die körperliche Verschiedenheit der Mohren von Europäern. Frankf. a. M.* 1784.— Sm. Stanh. Smith's *Versuch über die Ursachen der ungleichen Farbe u. Gestalt des menschl. Geschlechtes. A. d. E. mit Anmerk. von* Th. Kühne. *Braunschw.* 1790. — Blumenbach de generis humani varietate nativa. Goett. 1793.

*) A. Bonn de continuationibus membranarum in E. Sandifort thesauro dissertationum. Vol. III.

vasis, tum sanguinis circulo dicatis, tum lymphaticis[6]) et glandulis varii generis, nec non conspicuis nervis ex medulla spinali ortum ducentibus, abundare, atque cum singulis visceribus, praesertim autem cum pulmonibus[7]), ventriculo, intestinis[8]), hepate, renibus, vesica urinaria, partibusque genitalibus, arctissimum alere commercium et postremo non solum *organum tactus*[9]) continere, sed et *officiis exhalationis*[10]) et

6) J. Glo. Haase de vasis *cutis* et intestinorum absorbentibus plexibusque lymphaticis pelvis humanae adnotationes anatomicae. Lips. 1786. fol.

7) Meckel diss. pulmonum cum cute commercium etc. illustratum. Hal. 1789.

8) L. Marchant *observations de phlegmasies gastro-intestinales terminées par des irritations cutanées. (Journ. complémentaire du dict. des sciences médicales. T. XXII.* 1825. *Juillet.* p. 89).

9) J. F. Schröter *das menschl. Gefühl oder Organ des Getastes. Leipzig* 1814.

10) Cfr. Cap. II. §. IX. 1. (7. 8.) — W. Cruikshank *Abhandl. über die unmerkliche Ausdünstung und ihre Verwandtschaft mit dem Athemholen. A. d. E. von* Ch. F. Michaelis. *Leipz.* 1793. 8. — Ch. H. W. Roth de transpiratione cutanea, aequilibrii caloris humani conservationi inserviente. Hal. 1793. 8. — F. L. And. Köler de odore per cutim spirante. Gött. 1794. 4. — F. Tro. Schütze de perspirab. cutaneo et sudore. Lips. 1797. 4. — J. Friedländer *über die Perspiration.* V. Ejusd. *Versuche in d. Arzneyk.* 2 *Th. Leipz.* 1802. (1809.) 8.

et *absorptionis* [11]) praeesse. Patet igitur, cutim in oeconomia animali eminentem et supra quam vetustas crediderat [12]), occupare locum. Atque ita non in secunda tantummodo valetudine, sed vel in morbis fere omnibus [13]).

Scriptores. 2. GRAECI mala cutis imperfecte descripsere, si morbi integumentorum capitis, sique erysipelas et phlegmone excipiantur; ac in eo potissime peccarunt, quod diversos admodum morbos sub uno eodemque nomine comprehenderint, quodque contra ea varios unius ejusdemque morbi gradus diversis nominibus insigniverint. ROMANI, excepto CELSO [14]), Graecorum vestigia secuti sunt ARABES praeprimis doctrinam vitiorum cutis acutorum excoluerunt, verum saepe nomina morborum praeter necessitatem multiplicarunt. Instauratis in Europa scientiis, de morbis cutis egerunt HIER. MERCURIALIS [15]), PAOL. SIMONETA [16]), SA-

11) BRADNER (*Deutsches Archiv für Physiologie.* 1. B.).

12) Quam leviter vetustas de cutis dignitate cogitaverat, testatur HIPPOCRATES in libro de ossibus et GALENUS in Commentariis ad TIMAEUM et in libro de caussis morborum Cap. VI. Cfr. E. L. W. NEBEL antiquitat. morborum cutaneorum. Gies. 1798. 4.

13) De cute ut *signo in morbis* lege scriptores de semiotice, in P. I. Vol. I. Sect. I. §. XVII. praesentis operis enumeratos.

14) De medicina.

15) De morbis cutaneis. Venetiis 1572.

16) Breve compendium totius medicinae. Ticini 1592. Lib. III. cap. 2. p. 319 sq.

Samuel Hafenreffer[17]), Minado[18]), aliique[19]), ex quorum auctorum operibus, multa patientia munitus, irritis infinitis hypothesibus, plurimas tamen utiles medendi rationes effodies. Continet earum haud paucas liber, caeterum empiricus, Tobiae Vogelii[20]). Docte porro de morbis cutis egerunt Fr. Hoffmannus[21]), Schulze[22]), Turner[23]), Isenflamm[24]), Leidenfrost[25]); doctissime autem elegantissimus atque classicus scriptor

 Lor-

17) Πανδοχεῖον αἰολόδερμον, in quo cutis — affectus omnes traduntur. Tub. 1630. Ulm. 1660.

18) De humani corporis turpitudinibus cognoscendis et curandis. Lib. III. Patav. 1700. fol.

19) Laur. Joubert de affectibus pilorum et cutis praesertim capitis. Lugd. 1577. 8. — Montagnana consilia de aegritudinibus cutis. V. opp. select. Fr. 1604. fol. — J. Jessenius de cute et cutaneis affectibus. Pragae 1611. — Joh. Petr. Fabri chirurgia spagyrica de morbis cutaneis omnibus. Tolosae 1638. 8. — Aemilius Campolonous tractatus de morbis cutaneis. v. Haller bibl. med. P. II. p. 159.

20) *Curieuser Hautdiener, vorstellend der menschlichen Haut Schönheit und Hässlichkeit. Grätz* 1698.

21) Diss. de morbis cum colore cutis depravato. Hal. 1714.

22) Diss. de cutis exterioribus morbis. Hal. 1740.

23) *Abhandl. von den Krankheiten d. Haut. A. d. Engl. Altenburg* 1766.

24) Diss. de morbis cutaneis. Erlang. 1771.

25) Diss. de statu praeternaturali succi retis Malpighiani, seu de morbis supracutaneis. Duisb. 1771. Opusc. Vol. III. No. 2.

LORRY[26]. Multum ordinis demum hanc in doctrinam introduxit SAUVAGES[27], multumque simplicitatis SWEDIAUER[28]. Breviter nimis ac superficialiter, at clare et plene, eam exposuit PLENK[29]. Hypotheses systematis CULLENII in opere JACKSONII[30], germanica versione plane indigno, invenies. Ita hypothesibus pathologiae humoralis abundat opus, caeterum non spernendum, RETZII[31]. REILII systematis notam refert SCHMIDTII diligenter exaratum opusculum[32]. Aliis hypothesibus scatet MARCUSI liber[33] etc.[34]. Multa atque memoratu digna facta opus exhibet CHIARUGI[35]. Nullus

26) De morbis cutis tract. Par. 1777. 4. Habetur translatio germanica: *Abhandl. von d. Krankheiten d. Haut. Leipzig* 1779. 8.

27) Nosologia methodica.

28) Novum nosologiae methodicae systema. Hal. 1812.

29) *Lehre von den Hautkrankheiten, a. d. L. übersetzt, und mit einigen Zusätzen vermehrt von* WASSERBERG. 2. *Aufl. Wien* 1789.

30) *Dermato-Pathologie. A. d. E. Erfurt* 1794. 8.

31) *Des maladies de la peau. Paris* 1790. 12.

32) Cutis morbi, ex materia animalis mixtura et forma mutatis cognoscendi. Diss. inaug. Halae 1799. 4.

33) *Entwurf einer speciellen Therapie. 3. Th. 1. Abtheil. Nürnberg* 1812.

34) G. KIESER *über das Wesen und die Bedeutung der Exantheme; eine philosophisch-medicinische Abhandl. Jena* 1812.

35) *Saggio teorico pratico sulle malattie cutanee sordide osservate nel R. Spedale di Bonifacio di Firenze. Firenze* 1799. Habetur nova et locupletata editio. a. 1807.

Nullus vero ex allatis auctoribus WILLAN[36]), virum, omni nostra laude superiorem, attigit. Operis illius pretium, doctis animadversionibus, quibus FRIESE germanicam locupletavit versionem[37]), permultum auctum est. Displicet solummodo, quod auctor thesaurum observationum suarum in angustos artificialis systematis limites coegerit, quod et de aemulo illius TH. BATEMAN[38]), deque nonnullis aliis[39]) plus minus valet. Posse enim vel intricatam morborum cutaneorum doctrinam sine hoc erroneo artis adminiculo in ipsorum tyronum usum tradi, ea J. P. FRANK epitomes pars docet, quae morbos cutis amplectitur[40]). Idem testatur splendidissimum de morbis cutis opus, auctore ALIBERT[41]). Placuisset modo cele-

36) *Description and treatment of cutaneous diseases. Lond.* 1798.

37) *Die Hautkrankheiten und ihre Behandlung. A. d. E. Breslau* 1799. 4.

38) *Praktische Darstellung d. Hautkrankheiten, nach* WILLAN's *System bearbeitet. A. d. E. von* HANEMANN *mit Vorrede u. Anmerkung. von* K. SPRENGEL. *Halle* 1815. Ejusdem BATEMANI: *Delineations of the cutaneous diseases comprised in the classification of the late Dr.* WILLAN. *Lond.* 1815. *Fasc. I — V.* 1816. *Fasc. VI — VII.*

39) SUASSO morborum exanthematicorum descript. specim. Vol. I. II. Amstel. 1809. 1816. — WILSON *treat. on cutaneous diseases. Lond.* 1813.

40) Vol. III et IV.

41) *Description des maladies de la peau observées à l'hô-*

celeberrimo viro nexum inter proprias et alienas observationes accuratius exhibere, a subtilissimis nonnullis morborum divisionibus, quae plus adspectui, quam intrinsecae rerum naturae superstruuntur, abstinere, ac majori aequitate de antecessorum laboribus judicare[42]). WILLAN potissimum et ALIBERT secuti sunt recentissimi de morbis cutis scriptores[43]), videlicet F. W. NUSHARD[44]), W. AND. HAASE[45]), KLAATSCH[46]), C. A. BERGMANN[47]), S. PLUMBE[48]).

3. In

pital Saint-Louis et exposition des meilleurs méthodes suivies pour leur traitement. Paris 1806. Et: *Précis théoretique et pratique sur les maladies de la peau. Paris* 1810.

42) Nullo certe pacto intelligi potest, quomodo cl. ALIBERT, post tot tantaque clarissimorum in morbis cutis excolendis tentamina, asserere potuerit: „*J'entre dans une carrière presque deserte, où peu d'hommes ont pénêtré avant moi, où aucun travail antérieur ne m'a servi de guide etc.*" (§. 1.). Et infra: „*J'éloigne de cet ouvrage les discussions futiles auxquelles se sont livrés mes prédecesseurs.*" (*Des teignes.* §. 1.).

43) Anonymus Lusitanice inscripsit opus: *Ensaio dermatographico, o succinta e systematica dascripçao das doenças cutaneas. Lisbon* 1820.

44) *Skizze einer Dermato-Pathologie mit physiol. Vorbemerk. als med. Inaugural-Diss. Mit ill. Kupf. Prag* 1816.

45) De exanthematibus chronicis in universum. Lips. 1820.

46) *Tabellarische Uebersicht der Hautkrankheiten nach* WILLAN's *System entworfen. Berlin* 1824.

3. In tanta multitudine scriptorum, nihilominus doctrina de morbis cutis magnis adhuc premitur difficultatibus, ac valde ab eo absolutionis gradu distat, quem aliae medicinae partes jam attigerunt. Nemo autem, nisi ipsa rerum natura, ob id criminari potest. Arduum enim vel plane impossibile foret, cohortem morborum *verbis* exacte designare, quorum haud exigua pars, pro varia mali duratione, pro varia aegrorum aetate, constitutione, pro scalptu, pro varia cutis colore, pro varia illius cura et munditie, pro vario climate, pro varia denique medendi ratione, formas ad infinitum diversas exhibere solet. *Picturis* quidem verbis succurrere praesenti aevo satagerunt; at ipse Willan jure meritoque fatetur, picturas nec ad varios gradus pelluciditatis pustularum, nec ad copiam et qualitatem materiae ex ulcusculis scaturientis, nec ad mutationes, quae sub decursu morbi contingunt, ostendendas, idoneas esse. Idem fere de *imaginibus* morborum cutaneorum *cera efformatis* valet[49]). Tyronibus igitur commendamus, ut nullam opportunitatem morbos cutis *in natura* observandi negligant[50]). Doctrinae difficultas.

4. Me-

47) *Die Krankheiten der Haut, der Haare und Nägel am menschl. Körper. Leipz.* 1824.

48) *A practical treatise on diseases of the skin. Lond.* 1824. *Praktische Abhandl. über die Hautkrankheiten, von* S. Plumbe, *a. d. E. übersetzt. Weimar* 1825.

49) Hebenstreit diss. de pathologia artis pictoriae plasticesque auxilio illustranda. Lips. 1801.

Ordo noster. 4. Mediam viam inter scriptores, qui genera morborum cutis maxime multiplicant et qui ea nimis circumscribunt, legendo, limites ab utilitate practica desumendo, certamque doctrinae bonitatem incertae perfectioni anteponendo, et maxime illius claritati studendo, eo videlicet scopo, ut facile a tironibus intelligi et in usum ad lectus aegrorum deduci possit[51]), sequentem eligimus ordinem. Innixi scilicet proposito nostro, confinia medicinae potius transsiliendi, quam coarctandi, ad chirurgiam duntaxat *vulnera* et *ulcera* cutis primaria remittimus. Tractatum reliquorum morborum et vitiorum cutis ordimur, adspectum in universam conjiciendo rem. Posito sic firmo rerum tradendarum fundamento, multas in speciali doctrina evitare licet repetitiones. Hanc vero doctrinam incipimus ab *peticulis*, *miliaribus*, *bullis*,

50) Vitia cutis prae aliis morbis in clinica instituta suscipienda forent, saltem ut diagnosis instituatur. Et medici juvenes itineratores in nosocomiis magnis praeprimis studio morborum cutaneorum incumbere deberent.

51) Gloriari possum, millenos quos institui medicos, plus quam alias tirones solent, in morbis cutaneis definiendis excelluisse, idque inprimis dum doctrinae a me traditae stabant. Praematura enim lectio aliorum auctorum constanter illis plus impedimenti quam commodi afferebat. Doctius quidem de morbis cutis blaterare sciebant, verum oblato eorum uno insolito, aequiparandi erant puero, qui fassus est, se sylvam ob arborum copiam videre haud potuisse.

bullis, *urticaria*, *erysipelate*, *furunculo*, *anthrace* et *carbunculo*. Sequuntur tractatus de *peste*, *ephemera sudatoria Anglica*, *typho* et *febre flava Americanorum*. Annectitur doctrina *scarlatinae*, *morbillorum*, *rubeolae*, *variolarum*, *varicellae*, *variolae mitigatae*, *zosteris* et *exanthematis mercurialis*. Examinatis ita morbis cutis *acute* decurrentibus, ad deformitates et aegritudines *chronicas* systematis cutanei pervenimus, quibus adnumerantur *vitiligo*, *lentigo*, *chloasma*, *ecchymoma*, *erythema*, *porrigo*, *rhagades*, *calli*, *cornua cutanea*, *ichthyosis*, *hystriciasis*, *verrucae*, *condylomata*, *vitia unguium*, *item pilorum*, *strophulus*, *urticatio*, *hydroa*, *pemphigus*, *psora*, *psoriasis*, *phthiriasis*, *psydracia*, *herpes*, *tinea*, *lepra*, *pellagra*, *plica polonica*, *morbus ruber Cayennae* et *Crimeae*, *radesyge Norvegiae*, *herpes Aleppi*, *rosa Asturica*; *Yaws* et *Pian*. Absolutâ horum morborum doctrinâ, ad alias aegritudines pervenimus, quae, etiamsi cutis *colorem* non immutent, nihilominus ad morbos systematis cutanei pertinent, ad *vitia* scilicet *officii transpirationis* et *sensus tactus*. Quoniam vero systema cutaneum arcte cum *textu celluloso subcutaneo* (bursarum mucosarum sede[52]), hic vero textus similiter cum *musculis* subjacentibus et quodammodo cum *articulis* cohaeret; nec harum partium morbos hic praetereundos

52) B. G. Schreger de bursis mucosis subcutaneis. Erlang. 1825.

eundos esse existimavimus, unde postremo sermo fit de *polypionia*, de *anasarca*, de *emphysemate*, de *induratione telae cellulosae*, de *rheumatismo*, saltem *acuto*, et de ejusdem reliquiis.

§. XXXIV.

Symptomata. Necroscopia. Analysis chemica.

Generatim. 1. Ante omnia simplicissimas morborum cutis formas explanabimus, *terminos* sic statuendo *technicos*. His enim sive neglectis sive arbitrario in usum deductis, tota doctrina, rite monente WICHMANNO [1]), corruit, vel potius condi nequit.

Stigma. 2. *Stigma* est cutis punctum (purpureum, bruneum, flavum, lividum, nigrum) sine elevatione epidermidis [2]).

Macula. 3. *Macula* [3]) est recessio coloris consueti et normalis in una alterave cutis parte [4]).

Furfur. 4. *Furfur* est parva exfoliatio epidermidis sub forma, ab ipso nomine satis indicata [5]).

Squama. 5. *Squama* est lamina epidermidis plerumque inspissata, albescens, opaca [6]).

Crusta. 6. *Crusta* est substantia dura, superficiem externam partis exulceratae cooperiens, ac decidua, saepe iterum renascens [7]).

7. *Pa-*

1) *Ideen zur Diagnostik.* 2. *Th.* §. 101.

2) WILLAN op. cit. *Tab. I. fig.* 5.

3) Macula, veteribus dicebatur *panus* sive *pannus* (ARNOLDUS *de Villa nova.* Opp. p. 1158).

4) WILLAN l. c. *fig.* 8. 5) l. c. *fig.* 1.

6) l. c. *fig.* 2. 7) l. c. *fig.* 3.

7. *Papula* est minima atque acuminata prominentia sub epidermide cum basi inflammata, nullum liquidum continens, in suppurationem haud desinens, plerumque desquamatione furfuracea terminata [8]). Papula.

8. *Tuberculum*, sive *Phyma*, est tumor durus, superficialis, circumscriptus, apice plerumque suppurans, interdum gangraenescens [9]). Tuberculum.

9. *Vesica* est prominentia epidermidis, magnam circumferentiam exhibens, basi irregulari, fluidum serosum et pellucidum continens [10]). Vesica.

10. *Phlyctaena* est vesicula super basi profunde rubra sive plumbei coloris [11]). Phlyctaena.

11. *Pustula* est elevatio epidermidis figurae nunc globosae, nunc conicae, pus sive serum continens. Pustula.

12. *Pruritus* est molesta sensatio, ad scalpendum imperiose incitans. Pruritus.

13. *Necroscopia* hominum, ex nonnullis morbis cutaneis defunctorum, docet: eadem phaenomena, quae in variis partibus integumentorum *externorum* cernuntur, plus minus vel in membranis *internis* ac in partibus contiguis observari [12]). Plurimi autem extant morbi cutis, praesertim chro- Necroscopia.

8) l. c. *fig.* 6. 9) l. c. *fig.* 9.
10) l. c. *fig.* 10. 11) l. c. *fig.* 11.
12) „Ut autem (morbi cutis) corporis summa ita et interna omnia viscera, musculos, nervos, caeterasque partes solidas obsident, ex hisque primariam ducunt originem." (Fernelius de febr. cap. 18.).

chronici, quorum doctrina vel exiguum, vel nullum lucrum a necroscopia obtinet, eo quod magna pars vitiorum cutis cum vita evanescat, et multi non directe morbis cutis, sed aliis caussis succumbant. Caeterum nisi ubique per sectiones cadaverum, saltem per examen miscroscopicum, hoc compertum habetur: morbos cutis pro re nata sedem figere in epidermide, in rete mucoso, in tela cellulosa et membrana adiposa, in glandulis tum lymphaticis tum sebaceis et earum ductibus excretoriis, in vasis tum sanguinis circulo dicatis, tum lymphaticis, in papillis nerveis, in unguibus, bulbis et vaginis capillorum vel, uti plerumque accidit, in plurimis partibus simul. Nihil enim a veritate magis alienum est, quam consueta nunc sedis morbosae uno eodemque in organo, in varia, ex quibus componitur, systemata, citra visus confinia, collocatio.

Analysis chemica.

14. *Analysis chemica* nuper a cl. ALIBERT ad morbos cutis illustrandos in auxilium ducta est. Quamvis vero parum utilitatis, pro medicina, saltem practica, inde expectandum esse censeamus, libenter tamen et huic examini subscribimus, optamusque, ut chemici hoc in opere medicis amicam porrigere velint manum. Nunquam enim facta, quaecunque demum, inutiliter colliguntur.

§. XXXV.

C a u s s a e.

Generatim.

1. Non omnes sane *caussae* morborum cutis notae

notae sunt. Ad notas, sive praedisponentes, sive excitantes, pertinent: vitia haereditaria et congenita, influxus aetatis, sexus, constitutionis corporis, climatis et vestium, porro immunditiës, opificia, insecta, vermes, vegetabilia, contagia, venena et pharmaca, tandem alimenta quantitate aut indole peccantia; sanguinis conditio abnormis; secretio morbosa sudoris, urinae, bilis, seminis, menstruorum, lochiorum, lactis, adipis: postremo, animi pathemata ingrata, ac errores in motu et quiete, in somno et vigiliis.

2. Varia cutis conditio, varias apud gentes et familias [1]), abunde de imperio stirpium in systema cutaneum (praecipue in epidermidem et rete mucosum) testatur. Imperium hujusmodi sese vel ad *morbos cutis* extendere, ex pluribus praesentis libri locis elucebit. Elucebit simul, vel citra vitia *haereditaria*, defoedationes cutis dari *congenitas* [2]). Vitia haeredit. et congenita.

3. Quae-

1) Familias novi, quarum singula individua cutim exhibebant vel planam, candidam, mollem instar panni bombycini; vel unctuosam et foedam; vel asperam et furfuribus obtectam.

2) Praeter vitia cutis congenita, quorum in curriculo hujus tractatus passim mentio injicitur, sequentia adhuc notatu digna sunt, videlicet: *defectus omnium tegumentorum* observatus in monstro (Bartholinus Histor. anatom. rarior. Hafn. 1654. Cent. III. hist. 5. T. II. p. 15. Cfr. Ruysch obs. anat. chir. Amst. 1691. obs. 91. fig. 59.), *defectus integumentorum manuum crurum et pedum* (Cordon in Roux *Journ. de*

Aetas. 3. Quaevis *aetas* ad proprias defoedationes cutis disponit. Confirmatur id magna factorum copia, a recens natis, ab infantibus, a pubertate, ab aetate media et a senio desumta. Legi de hoc argumento merentur J. P. FRANK [3]) aut ALIBERT [4]).

Sexus. 4. Quamvis cutis conditio in utroque sexu quodammodo differat [5]), attamen nullus datur systematis cutanei morbus, qui *sexui* uni alterive exclusive proprius dici posset. Plurimi vero morborum cutis longe frequentius feminas invadunt, quam mares. Evirati immunitate quadam gaudere videntur [6]).

Constitutio corporis. 5. Sunt morbi cutis, qui nulli fere *constitutioni corporis* parcent, sunt qui praecipue vel debiles,

médecine. T. XXVI. p. 557.), *extensio cutis* talis ut in amplas plicas corrugari poterit (TULPIUS obs. med. Amstel. 1672. Lib. I. cap. 57. p. 100.), aut caudas simulaverit (A. W. OTTO *Handb. der patholog. Anatomie. Breslau* 1814. p. 152.), et *defectus epidermidis* (BARTHOLINUS l. c. Cent. I. obs. 21. T. I. p. 36. — Cfr. ALBINI annotat. academ. lib. I. cap. 1.).

3) Op. c. Vol. IV. p. 31.

4) Op. c. §. 17. — ALIBERTUS hic FRANKIUM ad verbum in suum opus transscripsit, quod ex supra dictis vix expectari potuisset!

5) ACKERMANN diss. de discrimine sexuum praeter genitalia. Mogunt. 1788. 8.

6) Cutis quidem eviratorum citissime rugosa fit; de reliquo autem, quamvis magnum spadonum numerum in Italia cognoverim, non recordor me inter eos morbos cutaneos, neo exceptis variolarum foveis, observasse.

biles, vel robustos aggrediuntur. Praeterea nonnullorum hominum cutis ita constituta est, ut a quacunque demum caussa, sive externa, sive interna, facillime afficiatur[7]).

6. Nemo mirabitur, *clima* magnum exserere imperium in morbos superficiei corporis externae, cum vel in morbos viscerum reconditorum influat. De imperio illo testantur inprimis morbi cutis *endemici*, et observatio, quod sicuti eadem vegetabilia hoc sub coelo plantam inermem, — in illo fruticem aculeatum referunt; ita iidem morbi cutanei, sub vario coelo, variam induere videntur formam. In effectu climatis eruendo inprimis ad aërem, ad lucem, ad calorem, ad electricitatem respiciendum, quarum rerum vim in morbis systematis cutanei excitandis plurima facta ostendunt. Interim ne climati effectus adscribas, qui alias caussas agnoscant, e. c. contagia, in certas regiones bellorum et commercii ope introducta. Clima.

7. Et *vestium cultusque* ratio sibi locum in aetiologia morborum cutis vindicat. Notatu digna est Vestes.

7) *Constitutio psorica* Hufelandii. (*Journ. der pr. Heilkunde.* 21. *B.* 4. *St.* p. 14). Forte aptius *constitutio impetiginosa* vocaretur. Hujus constitutionis peculiaris cutis praesertim ii medicorum memores esse deberent, qui morem aevi sequentes remediis externis abutuntur. Quot horrenda spectacula ab illinito unguento ex tartaro emetico vidi! Quot alia ex sinapismorum, vesicatoriorum et fonticulorum applicatione!

est *lepra vestium*, de qua Moses loquitur [8]). Ita usus Romanorum, vestes urinâ expurgandi [9]). Debitis palam fiet locis, quid in morbis cutis excitandis valeant pelles, lana, fucus aliaque cutis ornamenta [10]). Indusia lintea morbis cutaneis potius obstant; interea et ea saepe contagiorum sunt vehicula.

Immundities. 8. Plebs immunda praecipue morbis cutaneis subjicitur, quod tum ex *immunditie* directe repetere, tum ex eo, quod ista contagiis et insectis cuti infensis faveat, ac transpirationi obstet [11]), explicari licet. Verum nec nimiam munditiem e catalogo caussarum morborum cutis excludendam esse censemus [12]).

Opificia. 9. Ob immunditiem, aliquando specificam, nec non ob alias caussas et *opifices* haud pauci morbis cutaneis subjiciuntur [13]); exemplo sint textores, sartores, homines, in fodinis carbonum fossilium, salis et metallorum viventes, pistores, nautae [14]), purgatores caminorum, mercatores vestium

8) Michaelis *Mosaisches Recht*. 4. *Th*. p. 261.

9) Plinii historia naturalis. L. XXVIII. 6.

10) De valetudine hominis nudi et cooperti diss. praeside Gottl. Richtero. Goetting. 1763. 4.

11) Plater de morbis ex immunditie. In Opusc. Vol. I.

12) Plaz diss. de morbis ex munditie intempestiva. Lips. 1716. 4.

13) Op. cit. P. I. Vol. I. §. IX. 7.

14) Blane *Beobachtungen über die Krankheiten der Seeleute*. p. 195.

stium antiquarum, lotrices, aurigae, laniones, rustici etc.

10. Copia *insectorum* cuti humanae infensorum infinita est[15]), praecipue in plagis calidis humidisque[16]). Nec rara sunt exempla insectorum, casu in Insecta.

15) Heise diss. de insectorum noxio effectu in corpus humanum. Halae 1757. — Buchoz *histoire des insectes nuisibles à l'homme. Paris* 1748. — Joerdens *Entomologie und Helminthologie des menschl. Körpers. Hof* 1802.

16) Insecta hic homini praecipue infensa sunt: *pulex penetrans*, vulgo *chique*, *nigua*, biecho (Don Ant. de Ulloa *voyage historique de l'Amérique méridionale. T. I.* p. 58. — J. G. Stedmann *voyage à Surinam et dans l'intérieur de la Guiane. T. II.* p. 52. — Savaresy *de la fièvre jaune* (p. 94.), *acarus indicus*, *aequinoctialis* et *batatas*, *culex pipiens* et *pulicularis* (Fero *Bemerkungen über die durch ihren Stich den Menschen schädl. Insekten in Surinam.* Vide Harless *Jahrbücher d. deutschen Medicin u. Chirurgie. 1. B. 1. Heft.* p. 149. 1813.), *bibius sanguinarius*, vulgo *moskara* (Pallas *Reisen durch Russland. 1. B.* p. 193.), *oestrus humanus* (Humboldt *essay sur la géographie des plantes, accompagné d'un tableau physique des régions équinoctiales. Paris* 1806. p. 136.), *phalangium araneoides* sive *solpuga arachnodes* (Sonnini *voyage en Grèce et en Turquie. T. I.* p. 111.), *mosquitos* (nemoceres Lacretellii) et *zancudos* seu *culex cyanopensis*, *c. lineatus*, *c. ferax*, *c. chloropterus*, *c. maculatus*, *conops calcitrans* (A. Humboldt *voyage aux régions du nouveau continent*), sliaque (Schönbauer *Geschichte der Columbacher Mücken im Banat. Wien* 1795. — Cogrossi in *nuove ed erudite osservazioni storiche, mediche e naturali.* p. 49. *Venezia* 1731).

in ulcera delatorum[17], aut contagiis pro vehiculo inservientium, aut ab aliis animalibus acquisitorum[18]. Ad insecta vero *homini propria*, ac in aetiologia morborum cutaneorum memorabilia, pertinent: *pediculus humanus*, *pediculus pubis*, sive *morpio*, et *acarus exulcerans*.

Vermes. 11. Inter *vermes*[19] cuti infensos eminet *filaria medinensis*. Forte et *cysticercus cellulosae*, in contextu musculorum majorum habitans, huc spectat.

Vegetabilia. 12. *Vegetabilia* vario pacto cutim afficiunt[20], datas

17) Jo. Pilas de verme ex spina dorsi. (Ephem. nat. cur. Dec. I. an. II. p. 180). — Christ. Stenevelt diss. de ulcere verminoso. Lugd. Bat. 1697. p. 4. — S. Conrad Zachmann diss. de vermiculis in vulnere. Basil. 1704. — Bosse *sur les vers trouvés dans les pustules de la peau.* (*Journ. de médecine. T.* 32. p. 336).

18) Gesscher in Todе *arzneykundige Annalen.* 4. *Heft.* p. 25.

19) Rudolphi entozoorum historia naturalis. Vol. II. P. II. p. 229. Bremser *über lebende Würmer im lebenden Menschen. Wien* 1819. p. 195. 237. Ejusdem icones helminthum systema Rudolphii entozoologicum illustrantes. Tab. I. XVII. — Helenus Scott in Johnson's *medico-chirurgical review* 1823.

20) *Plumeriae rubrae* succus vesicas in cute excitat. Idem *hippomane mancinella* et *rhus radicans* (*Neuestes Journ. der Erfindungen, Theorien und Widersprüche in der gesammten Medicin.* 1810. 1. *B.* 4. *St.*) efficiunt. Cutim quoque laedunt: *arum maculatum*, *ovatum*, *arborescens*, *rhus vernix*, *iris germanica*, *euphorbiae*, *daphnè mezereum*, *colchicum autumnale*, et *ranunculi.* (Schmie-

datas autem morborum formas tantummodo *urtica dioica* et *crenulata*[21]) nec non *rhus toxicodendron* excitare solent.

13. Maximum in cutim imperium exercent *contagia*, inprimis illa, quae morbis febrilibus ansam porrigunt. Propter hoc etiam notiones generales circa morbos cutis tractatibus febrium contagiosarum praemittendas esse credidimus. In fontibus contagiorum, quatenus caussas morborum cutis sistunt, eruendis animalium domesticorum, quin imo et ferarum[22]) memores esse juvabit. Contagia.

14. *Pharmaca et venena* aliquando vitiis systematis cutanei ansam porrigere, docent, nisi effectus *solani dulcamarae* et *rhododendri chrysanthi*[23]), saltem ii *valerianae*, *sudoriferorum*, *sulphuris*, *tartratis stibii et potassae*, *mercurii*, *arsenici*, *nitratis argenti*, *thermarum* etc. Pharmaca et venena.

15. De *alimentorum* in cutem imperio mentionem Alimenta.

S 2

DER *über die blasenziehende Schärfe und das scharfe Princip der Pflanzen*, in: *Neue Schriften der Naturforschenden Gesellschaft in Halle. 4. Heft.*).

21) *Memoirs du muséum de l'histoire naturelle*, 3e *année*. 4. *cahier*. p. 359.

22) *Uebertragung einer Hautkrankheit von einer jungen Löwin auf den Menschen*. (Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1818. *December*. p. 119).

23) Hahnemann *Versuch über ein neues Princip zur Ausfindung der Heilkraft der Arzneysubstanzen*. (Hufeland's *Journ. der pr. Heilkunde*. 2. B. p. 479 — 505).

nem jam injecimus[24]) aliaque hujus operis in parte injiciemus[25]). Saepe vel in praesente libro de eo disserendi erit opportunitas.

Sanguis. 16. Plurima facta docent, *sanguinem*, sive nimium, sive retentum, sive extravasatum, sive deficientem, sive alio modo peccantem, nec non *vasa*, quibus continetur, inter caussas morborum cutaneorum, praecipuum occupare locum. Inprimis variae *coloris* gradationes in morbis maculosis, cruori, diversa ratione reliquis humoribus mixto, originem debent. At cavendum, ne, ubi de vitiis sanguinis, sensus fugientibus, quaestio est, hypothesibus aurem praebeamus.

Transpiratio. 17. Uberrimum morborum cutis fontem sistit *transpiratio* aut suppressa, aut nimia, aut indole peccans. Indole autem potissime, perturbata aliorum organorum secretione, peccare ea solet.

Urina. 18. *Urinae* in cutim imperium praecipue in morbis chronicis systematis cutanei evidens est. Et morbi non cutanei, e. c. icterus, diabetes, ischuria etc. de eo testantur.

Bilis. 19. Nullus autem corporis humani liquor, nullumque viscus saepius pro caussa morborum cutaneorum habetur, quam *bilis* et *hepar*. Quamvis vero hypothetici ac erroris multum hac in re lateat, attamen, quantum simul veri subsit, non reticebimus.

20. De

24) Cap. IV. §. XXI. 7.
25) P. II. Vol. I. Sect. II. Cap. VIII.

20. De pubertatis in cutim imperio supra diximus. De *seminis* huc pertinente actione praecipue in capite de vitiis pilorum quaestio fiet. Semen.

21. *Menstruationis periodus*, vel citra morbum, evidenter in cutem agit[26]. Evidentissime autem systema cutaneum a catameniorum suppressione, tum graviditatis, tum morbi gratia contingente, afficitur. Menstrua.

22. Cutis puerperarum specificum candorem[27]) et, a minima licet compressione, maculam rubram exhibere solet. Maxime vero suppressio *lochiorum* in eam influere videtur. Lochia.

23. *Mammae* tam arcte cum integumentis cohaerent, atque *lac* tam evidenter in adipem influit, ut haud mirum sit, ex cohibito lactationis negotio plurima cutis mala originem trahere. Praeterea lac contagiorum nonnullorum vehiculum est. Lac.

24. *Adeps*, contextum cutaneum plus minus undique adimplens, cum bile, spermate, menstruis et lacte, praemagnum commercium alens, in omni morbo febrili, potissime vero in eo, qui cutis affectione stipatur, facile evanescens, eminentem Adeps.

26) J. Frank's *Gesundheitstaschenb. f. das J.* 1803. p. 63.

27) *Gravidarum* cutim candidam fieri monet Lorry (l. c. p. 243). Idem vero vel de matrona refert, quae gravida faciem *nigram* offerebat. Simile factum Günther enarrat (*Salzburger med. chirurg. Zeitung.* 1806. *No.* 33. p. 127.) nec non Joerg (*Handb. d. Krankh. des m. Weibes. Leipz.* 1809. p. 33).

nentem in morbis systematis cutanei gignendis occupat locum[28]).

Animi pathemata.

25. De *animi pathematum* in cutim actione, quotidiana testatur experientia[29]). Illorum effectus vel a matre ad prolem utero inclusam, etsi nullum inter hunc et illam nervorum commercium pateat, sese extendunt[30]). Animi pathemata *deprimentia* vim contagiorum cuti infensorum sustinent, aut latentem morborum cutaneorum fomitem

28) LORRY in *histoire de la société R. de médecine* 1779. Et: *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 9. *B.* p. 222.

29) A verecundia facies et universa cutis rubore suffunditur. Vel modica et occulta irâ nasi apex rubescit. Terror, vehemensque ira cutim mortis pallore obducit (PETIT *essay sur la médecine du coeur. Lyon* 1806. Et: *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 23. *B.* 3. *St.* J. C. L. RIEDEL *über die nachtheilige Wirkung der Leidenschaften, hauptsächlich der Furcht u. des Schreckens auf den menschlichen Körper.* RUST's *Magazin.* 20. *B.* 3. *Heft*).

30) Non me pudet, *naevos maternos* saepe a rebus, imaginationem matris vehementer ferientibus, repetere. Legatur de hoc argumento: *Journal général de médecine, de chirurgie et de pharmacie* 1812. JUIN in nota cl. SEDILLOT; et *Salzb. med.-chirurg. Zeitung.* 1813. *No.* 6. p. 85. T. TOONES in *medical repository* 1824. et *Magazin der ausländischen Literatur der gesammt. Heilkunde von* GERSON *und* JULIUS 1824. *July, August* 1824.

tem evolvunt, vel praesentes eruptiones reprimunt [31]).

26. Cutis vario plane modo afficitur, prout musculi subjacentes vel ad *motum* excitantur, vel *segnes* relinquuntur. Praeterea primo in casu transspiratio promovetur, in altero retinetur. Et adeps diversa ratione a motu aut quiete afficitur. Nil igitur mirum, si homines vel motu nimio, vel nimiâ quiete, ad morbos cutis disponantur [32]). Eo facilius id accidit, quo magis motus cum *vigiliis* et quies cum *somno* societatem ineunt [33]). Motus, vigiliae.

27. Effectus pravi caussarum huc usque recensitarum eo certius sequuntur, quo magis istae *connubium* inter se ineunt, quod, cum una caussa alteri facile ansam porrigat, saepissime contingere solet. Connubium caussarum.

28. De *caussis proximis* morborum cutis nunc disserendum foret; at, quae inter hasmet caussas sensuum imperium non fugiunt, e. c. effectus irritationis ab immunditie, ab insectis etc., hae sponte elucent; caeterae, e. c. humorum vitia, solidorum intrinsecae conditiones etc., hypothesibus duntaxat, a quibus abhorremus, attingi queunt. Hoc autem non impediet, quo minus allata opportunitate, saltem historice, de iis mentio injiciatur. Caussa proxima.

§. XXXVI.

31) Execrabilis nequitiae vir universam faciem pustulis defoedatam habebat; cum ad extremum supplicium duceretur, vultum candidum exhibuit. (*Vie politique du dernier duc d'Orléans. An X.* p. 232).

32) Alibert op. c. §. 24. 33) Ibidem §. 25.

§. XXXVI.

Diagnosis.

Generatim. 1. *Diagnosis* morborum cutis bifaria est, respicit enim tum *formam*, tum *indolem* morbi. Ab illa morbo imponitur *nomen;* ab hac illius determinatur *natura*.

D. formae in genere. 2. *Diagnosin formae* dum instituis, praecipitanter ne judices, sed enunciatum semel errorem difficulter corrigi, maximeque inde famam medici laedi, memor esto. Quo tutius incedas, tempore tantummodo diurno atque in loco lucido judices; ne tamen, morbos cutis dari, qui melius sub umbra in conspectum veniant, obliviscaris. Cutim undique, ac, si opus fuerit, oculo etiam armato considera. Tactum interdum, quin ipsum odoratum, in usum revoces.

D. indolis in genere. 3. Stabilitâ formâ morbi, ejusdem *indoles*, nisi ea inde jam sponte eluceat, determinanda est. Examina igitur, utrum morbus de quo agitur, sit *acutus* aut *chronicus*, id est, utrum veluti morbus febrilis, brevi tempore curriculum absolvat, aut instar diuturni, sine febre in longum decurrat? ALIBERTUS quidem distinctionem inter morbos cutis acutos et chronicos, ob maximam eorum analogiam vilipendit[1]), verum alteram opinionem defendimus, credimusque ejusmodi analogiam adspectui potius quam intrinsecae rerum naturae superstructam esse. Nemo id luculentius WICH-

MAN-

1) Op. c. §. 14.

MANNO [2]) demonstravit. Vocabimus morbos cutis acutos, *exanthemata* [3]), chronicos autem, *impetigines* [4]).

4. Detecta *exanthematis* praesentia, indagandum est, utrum effloratio febri cuidam veluti *symptoma* supervenerit; an *proprium* constituat *morbum?* Primo in casu *exanthema symptomaticum;* in altero, *exanthema primarium* habebis. Exanthematum divisio.

5. *Exanthemata symptomatica* id gentilitium habent: quod multifariis et inter se maxime diversis febribus, quin imo ipsis interdum exanthematibus primariis, et quidem incerto plerumque tempore, superveniant, quodque, iis comparentibus, morbus primarius saepissime immutatus persistat et haud raro exasperetur. Nec multum in morbo mutatur dum exanthemata symptomatica evanescunt; quod etiam incerto morbi tempore contingere solet. Exanthemata symptomatica.

6. Contra *exanthemata primaria* specificam agnoscunt caussam, contagium videlicet *sui generis.* Exanthemata primaria.

2) Op. c. p. 12. 13. 32.

3) A graeca voce Ἐξανθέω, *effloresco.* *Synon.* phlegmasiae exanthematicae, SAUVAGES; febres exanthematicae LUDWIGII. GERM. *Ausschlagsfieber.* GALL. *Fièvres éruptives.* ANGL. *Exanthematous or eruptive fevers.*

4) Vocabulum *impetiginis* vario modo interpretatur, uti videre est apud HIPPOCRATEM (Lib. II. prorrhet. XIX. 1. et lib. de affect. XXX. v. 4.), apud GALENUM (definition. medicae), apud FOESIUM (oec. p. 379.), apud CHIARUGI (l. c. p. 4.) etc. Definitionem J. P. FRANK amplexi sumus (op. c. Vol. IV. §. 370.).

ris. Suscepto hoc contagio morbus raro extemplo evolvitur. Evolvitur autem suo tempore utplurimum febre, determinata quadam partium internarum affectione stipata. Comparente exanthemate, febris evidentem subire solet mutationem. Effloratio plerumque per certum tempus cutim detinet et varias sat constantes mutationes subit. Nec satis! Vel ipso fugato morbo specificae reliquiae restant.

Monitum. 7. Quamvis divisionem exanthematum in *primaria* et *symptomatica* in genere magni faciamus; nihilominus pro illa non ut pro aris et focis dimicandum esse censemus. Hujus enim generis divisiones duntaxat adminicula sistunt, quibus ad ordinem quemdam in doctrinam pro tironum commodo introducendum utimur, quaeque vero adminicula indigna sunt, ut ad lectulos aegrotorum materiam litis inter viros expertos constituant. Natura enim minima rerum discrimina agnoscit, quae in media inter litigantes via inveniri solent.

Stadia varia. 8. Patet igitur, exanthemata primaria *certa stadia* percurrere, illa scilicet *latentis contagii, invasionis, eruptionis, efflorescentiae, desquamationis* sive *suppurationis* et *exsiccationis*. His accedit, rite procedente morbo, *convalescentia.*

Stadium latentis contagii. 9. *Stadium latentis contagii* inter temporis punctum, quo aeger contagium suscipit atque inter primum morbi initium, locum obtinet. Stadium

dium hujusmodi aliquando perbreve, utplurimum nonnullorum dierum, interdum aliquot hebdomadum est. In rebus huc pertinentibus rite enucleandis toti estote.

10. Quam primum contagium, sive alia caussa, evidentes in corpore effectus producunt, *stadium invasionis* subintrat. Ingruunt plerumque symptomata prodroma febrium, quibus, ut diximus, ipsa febris succedit. Eodem circiter tempore, pro varia contagii natura, fauces, pulmones, ventriculus, vel plurima organa simul, non excepto universo nervorum systemate, afficiuntur. Ex organo laeso, eo facilius futura efflorationis forma praesagitur, quo magis noti sunt morbi tunc temporis grassantes, quo magis aetas aegri morbis exanthematicis favet, et quo minorem eorum copiam iste jam pertulerit. Stadium invasionis.

11. Praegressa latentis contagii et praesente stadii invasionis suspicione, continua cutis sollicitudo habenda est. Vituperio enim tibi foret, si alter adstantium factam jam, nec a te primum animadversam *eruptionem* detegeret. Quibusnam in partibus variorum exanthematum eruptio incipere soleat, sciendum est, si nempe modo inverso rem inquirimus, inscitiam patefacimus. Sciendum quoque, exanthemata primaria nonnunquam *solo invasionis stadio* terminari, nulla scilicet subsequente eruptione. Stadium eruptionis.

12. Noto jam jam exanthematis praesentis genere, Stadium efflorescentiae.

nere, cutis sub quavis aegri visitatione examinanda est. Praecipue autem eae investigari debent partes, in quibus prima eruptionis vestigia comparuere; hic enim plerumque primae exanthematis mutationes occurrunt, pro ratione exanthematis variae. Exanthemata, quae sub adspectu macularum et papularum efflorescunt, utplurimum in *furfures* et *squamas* desinere solent. Contra, exanthemata tuberculosa formam vesicularum et pustularum ocyus serius induunt, et plerumque *suppuratione* et *crustis* terminantur.

Stadium desquamationis. 13. Furfures et squamas jam definivimus. Periodus, qua sese produnt, *stadium desquamationis* vocatur. Eo vigente, pristina epidermis non solum secedit, sed nova simul generatur. Tempore intermedio, nuda fere cutis, sensilis admodum et ad impressiones morbosas recipiendas valde apta est.

Stadium suppurationis. 14. Exanthemata pustulosa, vigente *suppurationis stadio*, tot abscessulos, quot numerantur pustulae, exhibent. Pro varia morbi indole, pus laudabile, ichorosum, serosum observatur. Saepissime pus hujusmodi contagiosum est, aut saltem contagio pro vehiculo inservit.

Stadium exsiccationis. 15. Disruptis, vel sponte, vel scalptu, abscessulis, pus, inde manans, ab aëre condensatur ac in crustas convertitur, quod *stadium exsiccationis* vocatur.

Convalescentia. 16. *Convalescentia* post omnes morbos, inprimis

primis acutos, memorabilis, absoluto exanthematum primariorum curriculo, maximi momenti est. Quodvis enim horum exanthematum convalescentiam, propriis phaenomenis et periculis insignitam agnoscit. Pericula haec multifaria sunt, ac evolutionem plurimorum morborum, tum acutorum, tum chronicorum, respiciunt.

17. Omne primarium exanthema morbum sui generis constituit. Interea saepe contingit, exanthemata primaria a recto tramite deflectere, ac complicationem induere, inflammatoriam, gastricam, nervosam. Accidit hoc: 1. dum exanthemata, de quibus agitur, in tempus incidunt, quo constitutio annua sive epidemica morbis aliis favet; 2. dum homines invadunt, ad morbos varii generis praedispositos; et 3. dum errores vel in regimine vel in medendi ratione, morbi curriculum perturbant. Hisce observationibus innixi, exanthemata primaria dividimus in *simplicia*, *inflammatoria*, *gastrica* et *nervosa*.

Indoles exanthematum primariorum.

18. Exanthemata primaria dicuntur *simplicia*, dum talia solummodo symptomata prae se ferunt, qualia stricte ad regulare morbi curriculum pertinent, dumque omnibus complicationum indiciis destituuntur. Diagnosis illorum duntaxat ex absoluta notione exanthematum peculiarium institui potest. In genere exanthemata primaria, quamvis simplicia, tamen ita constituta sunt, ut semper plus minus ad diathesin inflammatoriam incli-

Exanthemata primaria simplicia.

clinent: unde, si a recto tramite deflectant, non mirum est, quod saepissime inflammatoriam complicationem referant.

Complicatio inflammatoria. 19. *Complicatio inflammatoria* exanthematum primariorum, per consueta signa febris inflammatoriae prodit, at non semper, ut aliis in morbis, clara est. Impetus enim, quo morbus haud raro adoritur, celeritas, qua idem versus acmen decurrit, tenera multorum aegrorum aetas et corporis constitutio, impedire videntur, quominus energia illa, morbis inflammatoriis in genere propria, consueto more in conspectum hic veniat, unde facilis in diagnosi error succedit.

Complicatio gastrica. 20. Exanthemata primaria saepius *complicationem* induunt *gastricam.* Voracitas infantum, praesentia vermium et consensus cutim inter et tubum intestinalem, praeter annuam constitutionem, morbis gastricis faventem, abunde de hac complicatione rationem reddunt. Ea praesente, exanthema saepe a norma consueta recedit, febris exacerbationes vehementes horis vespertinis exhibet, ac aeger, sine reliquis indiciis nervosis, magnam virium prostrationem offert, quae sub usu remediorum excitantium in pejus ruit, evacuationibus autem tubi intestinalis, sive spontaneis sive artificialibus, sublevatur. Singula haec certiora sunt, quam ipsa signa gastrica, nullibi quidem fida, in exanthematibus primariis vero quammaxime fallacia. Saepe enim violentia, qua con-

contagium in teneram aegrorum constitutionem agit, vel absente vitio gastrico, signa excitat gastrica atque *apparentem* ita constituit complicationem.

21. Exanthemata primaria interdum et *nervosum* exhibent *characterem.* Hoc vel a primo morbi initio contingit, vel sub illius decursu. Primum longe rarius secundo animadvertitur. Si enim excipiamus aut nonnullas epidemias, aut connubium fortuitum contagii exanthematis primarii cum contagio typhi, aut aegros, ante adventum morbi exanthematici, a lue scrophulosa, venerea, scorbutica sive alia viribus fractos; indoles nervosa raro in primo limine exanthematum primariorum observatur. Observatur quoque haec raro sub decursu morbi, dum recta adhibetur medendi ratio. Qui enim fere continuo malignam, nervosam, sive asthenicam exanthematum primariorum indolem somniant, hi maxime, heu! a vero aberrant. Errant potissimum in eo, quod ex turbis nervorum et ex debilitate, ad indolem nervosam exanthematis concludunt. Sicuti enim illae turbae longe saepius originem suam debent irritamento inflammatorio in nervos praeter modum excitabiles agente, quam atoniae; ita et haec debilitas longe saepius obstaculis, exercitium functionum impedientibus, quam verae adynamiae debetur. Certiora indicia diatheseos nervosae in exanthematibus primariis tibi suppeditabunt: tum

Complicatio nervosa.

notio

notio genii epidemiae regnantis, vel saltem illius morborum constitutionalium; tum consideratio constitutionis aegri, morborumque, quibus prius subjectus vixit; tum evacuationes copiosae, absque omni levamine, imo cum conspicuo virium decremento contingentes; tum cita vel tarda nimis exanthematis, imperfecte et abnormiter absoluti, eruptio; tum praesentia exanthematum symptomaticorum; tum turbae nervorum, vel facta eruptione exanthematis perstantes; tum denique methodus antiphlogistica sive antigastrica sine successu adhibita.

Observatio. 22. Interdum exanthemata primaria, quam complicationem prius exhibebant, eam, senescente morbo, amittunt. *Mutatio* hujusmodi, medicum in singula attentum et conditionem rerum quovis die comparative ad trutinam vocantem, latere nequit. Quodsi vero lateret, vita aegri non parum periclitaretur.

Impetiginum divisio. 23. *Impetigines*, vel ex caussis localibus contingunt; vel ex labe totius corporis evolvuntur. Illae, *primariae* sive *locales*, hae, *secundariae* sive *symptomaticae* dicuntur.

Impetigines primariae. 24. Antequam impetigo pro *primaria* sive *locali* declaretur, duae potissimum conditiones requiruntur. Oportet enim illam primo cum nullo alio morbo, vel praegresso, vel praesente, nexum habere; secundo, illius sive praesentiam, sive absentiam, nullo pacto, saltem immediate, in exercitium

citium functionum, citra cutim imperium exercere, et vice versa a nulla harum functionum regi. Impetigines ita constitutae sunt: 1. vitia conformationis in systemate cutaneo; 2. vitia ex cute, absque caussa satis nota, luxuriante; 3. morbi ab immunditie; 4. morbi ab insectis, a vermibus aliisque a caussis, vel mechanice vel chemice agentibus, et 5. vitia a solius cutis sive laxitate sive rigiditate, sive sensibilitate morbosa. In diagnosi impetiginum localium instituenda, maculas arte *simulari* posse[5]), ne obliviscaris.

25. *Impetigines secundariae* sive *symptomaticae*, cum morbo quodam vel praegresso, vel praesente nexum habent, atque in unam alteramve corporis functionem imperium exercent; aut vice versa, ab una alterave harum functionum reguntur. Talis generis esse solent: impetigines ex *diathesi inflammatoria*, *gastrica*, *arthritica*, *carcinomatica*, *scrophulosa*, *scorbutica*, *venerea* et *nervea*, verbo, impetigines, quae quondam a *polychymia*[6]), a *polycholia*[7]), et a *cachexia*[8]) repetebantur. Sponte elucet, hujusmodi impetigines tantummodo symptomata morborum universalium esse, qui tamen morbi, haud semper innotescunt, Impetigines secundariae.

5) Excitari possunt maculae rubrae cum solutione auri, — maculae flavae cum acido nitrico, — maculae nigrae cum nitrate argenti fuso.

6) A Gr. πολὺ, multum et αἷμα, sanguis.

7) A Gr. πολὺ, multum et χολὴ, bilis.

8) A Gr. κακὸς, malus, et ἕξις, habitus.

scunt, eo quod comparente vitio cutis saepe cessare soleant.

Impetigines inflammatoriae. 26. Imperium quod aetas florida, constitutio corporis robusta, calor nimius, alimenta praeter modum nutrientia, liquores fermentati et potissime sanguinis exuberantia in cutim exercent, jam satis indicat, diathesin inflammatoriam ab impetiginibus non esse alienam, quod praeterea a magna factorum serie confirmatur. *Impetigines inflammatoriae* sedem praecipuam figunt in vasis sanguinis circuitui dicatis. Illas haud raro cum vitiis *cordis* et *arteriarum* nexum habere experti sumus. Nexus impetiginum cum morbo *systematis venosi*, vulgo *haemorrhoides*, jam dudum innotuit. Alias impetigines, de quibus agitur potissimum *vasa* cutis *capillaria* detinere videntur. Utut sit stipari solent rubore, ardore, pruritu aliisque notis phlogoseos. Utplurimum formam macularum rubrarum et pustularum induunt. Pustulae copiosum pus largiuntur, ab aëris attactu coalescens. Impetigines inflammatoriae non solum sine damno sed imo cum emolumento, erumpunt. Exasperantur a rebus irritantibus, tum externe tum interne adhibitis. Diagnosis securissime fit ex aetiologia, quo in opere praecipue suppressionis consuetarum haemorrhagiarum ratio habenda est.

Impetigines gastricae. 27. Nisi in *diathesi gastrica* stricte sumta, quatenus scilicet ex saburris, bile, muco et vermibus

mibus oritur, saltem in prava viscerum abdominalium conditione fons multarum impetiginum inter adultos non solum sed et inter infantes latet. Nunquam igitur de natura impetiginis secundariae judicium feras, quin prius abdomen exploraveris. Memor quoque sis, diathesin gastricam, ob consensum cutis cum tubo intestinali[9]), facile et impetiginibus alterius indolis superaccedere. Praeterea, ne ex colore flavo aut viridescente impetiginis, ad naturam illius gastricam sive biliosam concludas: enimvero jam monuimus, multas gradationes coloris impetiginum ex cruore, vel sincero, vel aliis cum humoribus mixto, explicandas esse[10]).

28. Et *diathesis arthritica* suum in impetigines exercet imperium, quod facile intelligitur considerando: primitivam arthritidis formam, scilicet podagram, sesē per inflammationem cutis, maxime pollicis pedis, patefacere; hanc inflammationem — Impetigines arthriticae.

T 2 saepe

9) Legatur de hoc consensu Tissot *oeuvres. T. XII.* p. 71.

10) Haec observatio non latuit Swietenium, qui de erysipelate quaestionem instituendo (Commentar. in aph. Boerhaav. T. I. §. 380) ait: „Cum autem erysipelatosi loci color aliquid flavescentis rubro misti haberet, *bilem*, tanquam caussam praecipuam erysipelatis incusaverunt veteres medici. Sed novimus hodie serum sanguinis naturaliter flavescere; unde ubi pauculum rubri cum multo sero haeret in vasis serosis obstructis et inflammatis, color ille ex rubro flavescens in parte affecta oritur.“

saepe tophos sequi; hujusmodi tophos arthriticos, vel ad alia cutis loca, potissime circa articulos, comparere: multas impetigines illos, qui laute vivunt, declinante vita, sub iisdem igitur rerum positionibus, quae arthritidi favent, aggredi, vel haereditario modo in familiis arthriticis vigere; cutim magnum commercium cum organis uropoieticis, in caussa, sive effectu arthritidis eliminando maxime intentis, alere; atque multa symptomata arthritica, comparente impetigine, evanescere. Mirum revera est, classicum de morbis arthriticis scriptorem[11]), influxus diatheseos arthriticae in cutim obiter tantum meminisse, ac lacunam, ab auctoribus de morbis cutis relictam, haud adimplevisse. Signa impetiginum arthriticarum sunt: reditus morbi periodicus, influxus anni temporum in illas, pruritus, ardor et dolor, quibus aegrotos adoriuntur, levamen malorum internorum ab eruptione, inflammatio cutis in furfures desinens et mali sedes inconstans. Caeterum et hìc diagnosis potissimum ex morbis praegressis et ex aetiologia desumenda est.

Impetigines carcinomaticae.

29. *Diathesis carcinomatica*, cuti infensissima, glandulas systematis cutanei, ungues, bulbos crinium, crinesque ipsos, quocunque quidem vitae tempore at maxime ea in aetate, qua fluxus menstruus cessare solet, inquinat. Impetigines car-

11) Barthez *Abhandl. über die Gichtkrankheiten. A. d. Fr. Berlin* 1803.

carcinomaticae saepe saepius vitium constituunt haereditarium. Alias eae naevis maternis[12]), impetiginibus scrophulosis, arthriticis et syphiliticis, sive neglectis, sive male curatis ortum debent. Locum quem sibi impetigines carcinomaticae elegerunt, constanter retinent, cutim valde exedunt, ac interdum ipsa ossa vicina carie afficiunt. Praeterea nonnunquam societatem cum genuino scirrho sive cancro labiorum, nasi, linguae, uteri etc. ineunt.

Impetigines scrophulosae.

30. Quemadmodum *diathesis scrophulosa* in universum systema lymphaticum influit, ità et in vasa ac glandulas lymphaticas cutis. Impetigines scrophulosae potissimum in aetate infantili atque juvenili accidere solent, et cutim sub forma tuberculorum, pustularum et crustarum afficiunt, eamque non solum defoedant, sed et contextum illius, plerumque tamen absque magno pruritu et dolore, exedunt. Abscessus, inde secuti, indelebiles cicatrices relinquunt. Nulli cutis loco, nec parte capillata capitis excepta, hae impetigines parcent. Diagnosis ex universis diatheseos scrophulosae notis desumitur. Cavendum vero est, ne impetiginem, propter id, quod forte glandulae subcutaneae vicinis in locis tumescant, praepostere pro scrophulosa declaremus; quodcunque enim malum, cutim lacessens, citra omnem scrophulo-

12) Maunoir *Abhandl. über den Mark- u. Blutschwamm oder* fungus medullaris *und* haematodes. *Frankf.* 1820.

phulosam diathesin, hunc in vicinis glandulis effectum producere potest. Nec ignorare oportet, cutim teneram candidissimamque scrophulosis fere propriam, facillime et aliis non scrophulosis vitiis esse obnoxiam.

Impetigines scorbuticae.

31. *Diathesis scorbutica* cutim praecipue *maculis* defoedat. Interdum et vasa illius varicosa reddit. Accedente tunc inflammatione istorum, facile ulcera oriuntur scorbutica. Fatemur caeterum, diathesin scorbuticam non tam saepe impetiginibus ansam porrigere, quam vulgo creditur, atque omni cum jure, praeter alios, Macbrideum medicis objecisse[13]), quod in omnibus fere morbis cutaneis chronicis, labem scorbuticam accusarent. Rarius sane diathesin scorbuticam ii reperient, qui non ex *uno*, sed ex *plurimis* indiciis ad illius praesentiam concludunt.

Impetigines venereae.

32. A maculis incipiens et ad pustulas ascendens, paucas impetiginum formas invenies, quae *indolem veneream* interdum non agnoscerent. Impetigines syphiliticae raro pruriunt aut dolent; interdum cum aliorum symptomatum venereorum levamine erumpunt; saepius interim simul cum iis persistunt: unde diagnosis a medico, in doctrina morborum venereorum versato, haud difficulter plerumque eruitur. Ne tamen effectus pravos

13) *Systematische Einleitung in die theoretische und prakt. Arzneykunst. A. d. E.* 2. *B.* p. 992.

vos mercurii in cutim, cum illis ipsius luis confundamus, probe cavendum est.

33. De actione nervorum in cutim jam egimus, unde patet, vel eam *diathesin*, cui nomen *nervosae* imposuimus, inter fontes morborum cutis chronicorum saepe esse quaerendam. Vario autem pacto impetigines e nervorum vitio generari posse videntur, nunc videlicet transpirationis opus pervertendo, nunc alias secretiones cohibendo, nunc vero sanguinis transitum per propria vasa impediendo. Quum cutis, ut monuimus, nervos suos ex medulla spinali accipiat, ad hanc systematis nervosi partem praecipue respiciendum erit. Impetigines nerveae extemplo ac inopinate oriuntur, periodice recurrunt, ac saepe vel cum vitiis systematis uterini, vel cum labe primarum viarum, vel cum turbis nervorum generalibus, cohaerent. Impetigines nervosae.

34. Quemadmodum exanthemata nunc simplicia sunt, nunc complicata, ita et impetigines se habent; ac revera, in frequenti variarum diathesium complicatione, potissimum difficultas dignoseos consistit. Consuetae *diathesium complicationes* in morbis impetiginosis sunt: illa diatheseos *inflammatoriae* cum diathesi *arthritica*, nec non ea, diatheseos *arthriticae* cum affectione *scrophulosa*, *scorbutica* et *venerea*. Non solum vero *diatheses* variae, sed et variae morborum cutaneorum, tum acutorum tum chronicorum, *formae* Observationes.

inter

inter se complicantur. De *exanthematibus secundariis* id jam monuimus; verum minoris momenti talis est complicatio, si eam cum complicatione *exanthematum primariorum*, vel cum complicatione *exanthematum* cum *impetiginibus* conferas. Adde, quod vel ipsae *impetigines locales*, in corpore jam alio a morbo detento, indolem labis universalis induere, ac peculiare complicationis genus afferre queant.

§. XXXVII.
P r o g n o s i s.

P. exanth. symptomaticorum. 1. *Exanthemata symptomatica* vix aut ne vix quidem prognosin generalem admittunt; sed potius pro *signo* morborum, quos comitantur, inserviunt.

P. exanth. primariorum. 2. Prognosis *exanthematum primariorum* petitur praecipue ex constitutione vel epidemica vel annua, cujus scilicet constitutionis imperium hosce in morbos tantum est, ut, qui uno anno pestis instar saeviunt, aliis annis sine omni periculo decurrant. Hinc epidemica sive annua constitutio, magna ex parte et aegrorum temperamento et habitui imperat, artique medicae limites nunc satis extensos, nunc arctiores ponit[1]). In genere, bonum

1) Pulchre scribit FRID. HOFFMANNUS (Opp. de febr. Sect. I. Cap. XI. §. 1.): „Felix harum febrium exanthematicarum eventus atque curatio *non tam in arte medici*, quantumvis periti atque sagacis posita, sed

num est: dum exanthemata primaria cum ordine decurrunt; dum in aetatem incidunt, quae dentitionem et pubertatem intercedit; dum corpus antehac sanum prehendunt; dum sub atmosphaera nec frigida nec calida nimis comparent, dumque a complicatione aliena sunt. Quo magis protrahitur *stadium latentis contagii*, eo lenior esse solet morbus et vice versa. *Stadium invasionis* sine periculo magno cum impetu ingruere potest, dummodo subsequens *eruptio* morbi vim infringat. Contrarium, inprimis si partes internae magis magisque laedantur, malum est. Pejus erit, si evanescente ante tempus praescriptum exanthemate, partes internae totam vim morbi sustinent et cutis, si ita dicere liceat, vices peragunt. Malum hujusmodi, vulgo *retrocessus exanthematum*, praecipue mutationibus repentinis temperiei, erroribus in diaeta, ac animi pathematibus adscribendum est. Has retrocessus caussas, nunc anxietates, nunc motus convulsivi, nunc inflammationes internae, nunc alia sequuntur. Dictae *inflammationes* difficulter resolvuntur ac facile in *exsudationem*, *suppurationem* et *gangraenam* transeunt. Optimum contra ea, si facta eruptione, non solum impetus morbi, ut diximus, frangitur, sed etiam dum exanthema laete floret. Quemadmodum enim forma amoena herbarum innocuarum,

potius a corporis naturae bonitate ac vigore et conveniente regimine pendet."

rum, ab adspectu lurido vegetabilium veneniferorum differre solet; ita et species laeta exanthematum benignorum ab habitu tristi morborum hujusmodi cutis malignorum differt. Exanthemata, quae per *desquamationem* terminantur, plerumque sub illius curriculo *crisin* expectant. Est autem haec crisis illi febrium plane similis, ac plerumque sudore, urinâ et diarrhoea absoluta. Quae in *suppurationem* transeunt exanthemata primaria, haec saepe novo tunc stipantur febris insultu. Prognosis hoc sub stadio multum a virium vitalium conditione, et a statu partium internarum pendet. Crisis solum ingruente *exsiccatione* locum obtinet. Quodcunque exanthema primarium, non penitus secundum normam terminatum, facile metastases excitat. In genere, neminem in vado constitutum esse dicas, nisi *convalescentiâ* omnibus numeris absolutâ.

P. impetiginum primariarum. 3. *Impetigines primariae* sive congenitae sive haereditariae, sanationem plerumque non admittunt. Caeterarum impetiginum primariarum prognosis a natura caussarum, a duratione morbi et a complicatione forte cum vitio totius corporis contracta, pendet.

P. impetiginum secundariarum. 4. Prognosis *impetiginum secundariarum* ab indole diatheseos, ex qua pullulant, ab aetate et constitutione aegrorum, a morbi quoque duratione, nec non a variis rerum positionibus, suo loco commemorandis, desumenda est. Quamvis enim

enim foedum semper et periculosum quandoque illae malum constituant, nihilominus haud raro cum vero *emolumento* erumpunt, quod inprimis de *impetiginibus inflammatoriis* et *arthriticis* valet. Illae, praesertim apud juvenes bene nutritos, non aliter e cute, quam gummata ex arboribus, in solo fertiliore vegetantibus, exsudare videntur: hae effectum caussae, prius vagantis, nunc in cute fixae, exhibent. Ex dictis patet: cutim organon, pro parte *emunctorium*, sistere, cujus organi ope res plurimae, vel superfluae, vel alio modo nocivae, e corpore eliminantur, quo in *opere criseos processum* non poteris non animadvertere. Ob id ipsum autem mirum haud est, quod impedita aut sublata salutari naturae actione, plurima ac interdum gravissima mala succedant. Accidit nempe, ut eadem morbosa principia, quae per cutim evacuari oportuisset, alias in partes agant (vulgo: *retrocessus impetiginis*) atque hîc, nisi eadem prorsus, ac in cute, mala producant, phaenomena saltem iis similia excitent. Partes, cutis vices ita agentes, esse soleut viscera, vel cum cute maximum consensum alentia, vel ob praevium alium morbum labefactata, vel ob aliam caussam, e. g. aut ob aetatem aegri, aut ob annuam constitutionem, aut ob vitium haereditarium, ad morbos disposita. Ad reliquas diatheses quod spectat, notandum est, *impetigines gastricas* sub recta methodo plerumque haud difficulter abigi, sed ob

id praecipue in prognosi memorabilem esse: quod vel aliis impetiginibus sese ita immiscere soleat, ut graviores, quam sint, videantur. *Diathesis scrophulosa*, quamvis securius integumenta, quam alia corporis organa detineat, ob id potissime timenda est, quod plerumque cutim magis formosam sibi eligat, quod vel sanata impetigine facile vestigia in eadem relinquat et quod complicationem cum aliis impetiginum caussis ineundo, curam earum perdifficilem reddat. *Impetigines scorbuticae* duntaxat aetate provecta, aut si diu neglectae fuerint, artis vim eludunt. Quae ex *diathesi carcinomatica* originem ducunt, impetigines hae paucam sanationis spem relinquunt, ac incaute curatae, graviora adhuc mala, scirrhum scilicet, sive cancrum viscerum portendunt. *Impetigines venereae*, etiamsi horrendae, tamen recta adhibita medela, in aegro caeterum bene constituto, haud difficulter abiguntur. Longe difficilius *impetigines nerveae indolis*, quamvis adspectu levissimae, debellari solent.

§. XXXVIII.

C u r a.

Generatim. 1. Medici est, tum ad tuendam cutis formositatem, tum ad morbos systematis cutanei antevertendos curandosve praecepta stabilire.

Ars cosmetica. 2. *Artis cosmeticae* pars major in conservanda et augenda cutis integritate et formositate versatur, et quatenus hic scopus cum eo servandae salu-

salutis conspirat, ad imperium medicinae, id est prophylacticae, certo pertinet. Aliter quidem de arte cosmetica haud pauci inter medicos [1]) sentiebant, ac ignominiae adeo notam illi veteris ecclesiae lumina inurebant [2]); verum cum Celso [3]) dicimus: „pene ineptiae sunt curare varos et lenticulas et ephelides; sed eripi tamen feminis cura cultus sui non potest;" — quod cum ita sit, ut sexus femineus tuendae et excolendae formositatis consilia potius a medicis, quam ab agyrtis expetat, optandum est. Neque hac in re medicorum scripta desiderantur [4]).

3. Cu-

1) Galenus de compositione medicamentorum. Lib. I. cap. 3. — Caelius Aurelianus. Lib. I. cap. I. de morbis chronicis. Trillerus de remediis veterum cosmeticis, eorumque noxis, in opusc. medic. parte altera p. 496. — Joan. Lang epist. med. 43. lib. I. p. 194. Herman. Boerhaave elementa chemiae. T. II. Part. 3.

2) Clemens Alexandrinus Paedagog. Lib. II. cap. 12. Lib. III. cap. 2. — Basilius Magnus op. T. II. p. 114. T. III. p. 575. — Joan. Chrysostomus in vet. test. T. I. p. 498. T. II. p. 863. — Cyprianus Lib. de habitu seu disciplina virginum p. 210. — Hieronymus de viduitate, ad Furiam. T. I. Ep. X.

3) De medicina. Lib. VI. cap. 5.

4) Hieronymus Mercurialis Lib. de decoratione. Venet. 1625. — Fallopius de decoratione. v. opp. — G. W. Wedel de medicamine faciei, Progr. Jenae 1695. 4. Idem de cosmeticis in sacris. Jenae 1716. 4. — D. W. Triller de veterum cosmeticis. Viteb. 1751. 4. v. Opp. Vol. I. — A. le Camus, *Abdeker*,

Prophylactica.

3. Cutis jam a prima nativitate summa habenda est ratio, qua de caussa *recens natus*[5]), absoluta funiculi umbilicalis ligatura, mox totus aqua tepida et sapone, vel vino quidquam calido et butyro, abluendus, ac praecipue partes genitales femineae a muco, has ipsas obducente, libe-

ou l'art de conserver la beauté. 4 *vol. Paris* 1754—1756. 12. — C. A. de Bergen cosmeticae, in artis formam redactae, specimen I et II. Francof. ad Viadr. 1755. 4. — Ph. H. Bender diss. de cosmeticis. Argentorati 1764. 4. — Kr. A. Zwierlein *der Arzt für Liebhaberinnen der Schönheit. Heidelb.* 1781. 8. — G. E. Kletten *Versuch einer Geschichte des Verschönerungstriebes im weibl. Geschlechte; nebst einer Anweisung die Schönheit ohne Schminke zu erhöhen.* 2 *Thle. Gotha* 1792. 8. — Banneau l. c.— Trommsdorff *Kalopistria, oder die Kunst der Toilette für die elegante Welt. Erfurt* 1805. 8. — Ch. Gf. Flittner's *u.* K. G. Neumann's *Kosmetik. Berlin* 1806. — Kr. J. Kilian *Diaetetik der weibl. Schönheit. Hamb.* 1806. 8. — Ch. H. T. Schreger's *kosmetisches Taschenbuch für Damen, zur Gesundheitsgemässen Schönheitspflege ihres Körpers. Nürnb.* 1810. 8. — J. Val. Müller's *Handbuch zur Toilettenlectüre für gebildete Frauen und Rathgeber für das schöne Geschlecht zur Erhaltung ihrer Schönheit u. Gesundheit. Frankf. a. M.* 1817. 8. — Ch. G. Flittner *Samml. bewährter Vorschriften zu Mitteln, welche die Haut, die Zähne und Haare erhalten und deren Fehler verbessern; ingleichen auch Vorschriften für die Schönen. Berlin* 1823.

5) Levret *von der Behandl. neugeborner Kinder.* Vide: *Auserl. Abhandlungen f. pr. Aerzte.* 1. *B.* 4. *St.* p. 126.

liberandae sunt. Cutis plicae saepius examinandae et pulvere tenuissimo lycopodii aut farinae inspergendae. Porro balneum ex aqua tepida quotidie, vel alternis saltem diebus, nullo obstante morbo huic contrario, adhibendum est. Lintea sunto tenuina et, ut saepius mutari queant, satis copiosa. Nec infans, cum liber aëris tepidi accessus illi conducat[6], continuo obtegendus est. Simul ad lactis conditionem et ad universum nutritionis negotium respiciendum, atque si nutrix suo minus officio par sit, ea sine mora mutanda. Si alvus aut segnis aut viridis fuerit: ea illico cum *syrupo radicis rhei palmati*, addita, sub faecum virore, *magnesia*, solvenda. Nec minor transpirationis et urinae habeatur sollicitudo; quae ultimae scilicet evacuationes si languerent, cum *infuso florum tiliae Europaeae* vel cum leni *decocto herbae violae tricoloris* promoveri deberent. Tertio versus finem vergente aetatis mense, nisi variolarum suscipiendarum periculum id citius postulet, ad *vaccinam* recurre. Absoluta hac magis magisque cutis cura habenda. Non facile, nisi terminato dentitionis opere, infantem sensim sine sensu temperiei mutationibus adsuesci oportet. Balneum tunc pro robustiore infante minus minusque tepidum ac tandem frigidiusculum sit. Satis autem erit,

6) *Erinnerung an den Gebrauch der Luftbäder und der Frictionen der Haut, von Dr.* GREINER. (*Allgem. med. Annalen, auf das Jahr* 1811. *Altenburg*).

erit, praecipue hiemali tempore, eo bis tantum quavis hebdomade uti. Universum corpus debitis vestibus, coelo et anni temporibus accommodatis obtegendum, ac cultus hodiernus, quo infantes collo, pectore et brachiis feminarum instar denudatis incedunt, evitandus est. Sic non solum sanitati, sed et formositati consulitur, quae ultima inprimis a frigore, alternatim cum calore cuti admoto, quamplurimum offenditur. Testantur hac de re praecipue *manus*, utpote quae, semel congelatae, pristinam vix unquam recuperare queant formam [7]). Optime pulchritudini manuum usu diu noctuque protracto chirothecarum pellitarum, a sexu sequiori studetur. Nec *unguium* cura negligi debet. Praecipue vero *pars capillata capitis* attentione digna est: nam si nimia illius velamenta, affluxum humorum ad cerebrum promovendo, nocent; certo refrigeratio capitis, eruptioni impetiginum obstando, similiter detrimentum affert. Pectinatione quotidie reiterata, crines quidem; nisi agatur de plicosa progenie, aestivo tempore et moderate, abscindi possunt, sed nunquam radi debent. Nil vero magis infantes ab exanthematibus et impetiginibus contagiosis, vel ab insectis securos reddit, quam impeditum cum aliis infantibus et cum personis immundis propius

7) Nunquam absque indignatione *neglectum cultus manuum* in institutis puellarum educationi dicatis, videre potui.

pius commercium. Grassante exanthemate maligno, scholarum publicarum summa ratio habenda est.

4. *Juvenes* et *adulti* evitando potus fermentatos, praecipue calidos, et diuturnam in lecto moram cuti optime prospiciunt. Indulgeant contra ea motui corporis, praecipue in aëre libero; adhibeant balnea fluviatilia [8]) ac munditiei vestium corporisque cum industria studeant. Eo magis id necessarium erit, quo magis officium, quod exercent, morbis cutis favet. Sexus sequior radios solares, ventos rigidos, motum nimium et sudores fugiat. In genere mulier, quid propriae cuti con- Continuatio argumenti.

8) P. A. Marteau *theoretisch praktische Abhandl. über die Bäder von einfachem Wasser und von Seewasser. A. d. Fr. übers. von* Ch. F. Held. *Leipz.* 1778. 8. — *Von der Badeanstalt für kalte Flussbäder zu Hamburg.* (*Schriften der Hamburgischen Gesellschaft.* 3. *B.*). — *Von der Anlegung eines öffentlichen Badehauses.* (Pyl *Aufsätze u. Beobacht. aus der gerichtlichen Arzneywissenschaft.* 5. *Samml.* p. 216). — Deisch *von Anlegung der Flussbäder.* (*Reichsanzeiger* 1795. *No.* 71. p. 629). — W. Gf. Ploucquet *das Wasserbett; ein Vorschlag zu einer bequemen und sichern Badeanstalt in Flüssen und Bächen. Tübingen* 1798. 8. — D. Lavater *Abhandl. über den Nutzen und die Gefahren des Badens der Jugend an freyen Oertern; nebst Vorschläge, wie diese letzteren zu mindern seyen* etc. *Zürich* 1804. 8. — J. F. S. Posewitz *Entwurf zur Anlegung einer Bade- u. Bade-Rettungs-Anstalt für Städte an Flüssen. Giessen* 1804. 8.

conducat, quid illi noceat, observet: sunt enim feminae, quarum cutis tam sensilis est, ut ab innocentissimis rebus, praecipue oleosis et pinguedinosis, laedatur. Ipsa balnea non omnibus indistincte conducunt. Refert multum aquam pro lotione caute eligi. Quo purior ea et quo liberior a salibus mediis, eo magis praesenti scopo idonea est. Aqua pluviatilis et inprimis *ros*, tempore aurorae exceptus, sicuti regno vegetabili 9), ita et cuti humanae vel maxime favent. Potissime vero huic adversatur aqua sulphatem calcis continens. Feminae *aquae destillatae* aut *fragariae vescae* aut *florum tiliae Europaeae*, peculiarem vim cosmeticam, experientia edoctae, tribuunt. Qualicunque vero utamur aqua, aëris liberioris accessus immediate post lotionem evitandus; qua de caussa haec potius vespere quam mane suscipienda est. Neque lotionibus ultra, quam opus, indulgere oportet. Feminae, quarum cutis ad siccitatem sive ariditatem inclinat, cum fructu *cremore lactis acidulo* utuntur, quo scilicet faciem, collum et pectus ante cubitum humectant atque linteo dein leniter abstergunt. Illis quoque vel *aqua oryzae*, quotidie recenter parata, qua simul cuti

9) Rorem colligit ac dein vegetabilia adspergenda curat egregius *horti Schönbrunnensis* custos et moderator, Boos, atque huic artificio (quod a feminis propriae cutis curam habentibus didicit), peculiarem formositatem plantarum suarum tribuit.

cuti candor conciliatur, conducit. Ut cutim nimis sensilem ab externis impressionibus quodammodo tueamur, illinitio *vitelli ovi cum aqua subacti*, ad exsiccationem usque relicti, ac dein ope spongiae aqua tepidiuscula imbutae abluti, inservit. Cutis a pulvere arenae, vel a pigmentis conspurcata, optime cum *unguento demulcente* nostro [10]) abstergitur. Cuti, a pinguedine veluti a vernice obductae (cutis unctuosa), lotio, vel ope *aquae rosarum rubrarum* additis nonnullis guttis *spiritus roris marini*, vel ope *solutionis acidi benzoës* [11]), amica est.

6. In *aetate senili* optime cuti prospicitur, si cunctae excretiones, potissimum autem eae urinae et transpirationis debito modo regantur. Urinam debita potus quantitas et vini diuretici usus promovent. Transpirationem sollicitant mora diuturnior in lecto, indusia quidquam aspera, frictio cutis et *balnea* more antiquorum Graecorum et Romanorum [12]), nec non Turcarum [13]) Finis argumenti.

10) *Unguentum demulcens*, ex partibus aequalibus spermatis ceti et olei nucleorum amygdali communis, leni igne invicem fusis ac dein refrigeratis, paratur.

11) *Essentiae benzöes simplicis* (paratur ex floribus benzoës spiritu anisi solutis) aquae communi tantum instillatur, donec lactescat (lac virginis).

12) De balneis omnia quae extant apud Graecos, Latinos et Arabas, tam medicos quam quoscunque caeterarum artium probatos scriptores. Venet. 1553. fol. — L. Joubert de balneis Romanorum et Graecorum. Francf. 1645. — Luther de balneis veterum cum inunctione

rum [13]) adhibita. Latente vitio haemorrhoidali, aut suppresso alio cruoris fluxu, si sanguis evidenter in systema cutaneum irrueret, verno inprimis tempore, vel *hirudines* ano, vel *cucurbitulae scarificantes* dorso, admovendae forent. Caeterum, tum apud senes, tum apud alios, si morbus cutis cum levamine prodeat, ille, veluti maximum naturae beneficium, promoveri potius quam reprimi debet; unde aegri, ne agyrtis aut medicis imperitis, sanationem vitii cutanei promittentibus, aurem praebeant, exhortandi sunt. Iuvat imo naturae nisum *fonticulo* vel alio *artificiali ulcere* sustinere.

C. exanth. symptomaticorum. 6. *Exanthemata symptomatica* curam morbo primario accommodatam exposcunt. Sicuti autem vel aliorum symptomatum peculiarem curam minime negligimus, ita vel eam hujusmodi exanthematum in specie trademus.

C. exanth. primariorum. 7. *Exanthemata primaria*, dum secundum ordinem decurrunt, naturae committenda sunt, omnis

conjungendis. Erford. 1771. 4. — CAMERON *the baths of the Romans*. *Lond.* 1772. *fol.* — E. WICHELHAUSEN *über die Bäder des Alterthums, insonders der alten Römer, ihren Verfall und die Nothwendigkeit, sie allgemein wieder einzuführen. Mannh.* 1807. 8. — FRANCESCO BRUNI *memoria sopra i bagni degli antichi, e sù la necessità di riassumerne la pratica a tempi nostri. Fiorenza* 1811. 12.

13) Cutim post balneum manuum ope tractando (*l'art de masser*).

omnis enim medendi ratio, sicuti simplicius, ita quoque securius, ad regimen diaeteticum et ad levamen symptomatum limitatur[14]. Si vero exanthemata primaria a debito ordine deflectant, tunc pro re nata methodus medendi activa eousque adhibenda est, donec ad viam praescriptam illa recedant. De singulis speciatim.

8. Praecipuum in cura exanthematum primariorum *simplicium* momentum, in debito *temperiei regimine* collocatum est. Temperatura modica, quatuordecim circa graduum thermometri Reaumuriani, ac diu noctuque aequalis, optime accommodata esse consuevit. Aeger quidem in lecto, sed stragulis minime obrutus decumbat. Praesertim vero sub alvi depositione ac tempore, quo lectulus sternitur, a refrigerio sibi caveat, unde vas ad faeces recipiendas idoneum et lectus alter in usum duci debet. Lectus loco opportuno sit positus ac nemo cum vestibus aura frigida imbutis aegrum incaute accedat. Neque pulsus manu gelida tangendi sunt. Lintea quidem impune quotidie mutari licet, dummodo neque humida neque frigida sint. Versus finem aegritudinis inprimis transpiratio moderate fovenda est. Quare *potum*, quem primo morbi sub decursu temperaturae cubiculi accommodatum suppeditavimus, nunc tepide haurien- C. exanth. primar. simplicium.

14) Legi de hoc argumento merentur: Borsieri (Inst. med. Vol. II. cap. X. §. 310.) et Horn (*Archiv für med. Erfahrung. Jahrgang* 1811. p. 311).

riendum offerimus. Ibi *aqua communis*, *lacte* remixta, vel *succo vegetabili* et *saccharo* edulcorata, inservierat; hic *infusum florum tiliae Europaeae* vel *sambuci nigrae* porrigitur. *Victus* per omne morbi curriculum *vegetabilis* et *paucus*, ex juscnlis scilicet aqueis, butyro et sale cum avena, oryza, hordeo, decoctis, indicatur. Fructus, sive recentes, sive cocti, dummodo absque vino et aromatibus parati, expetente aegro, nulloque obstante alvi profluvio, concedi possnnt. Motus animi et nimia lncis actio evitentur. Evacuationes spontaneae, sive cruentae sive aliae, nisi limites excedant, minime sedandae Si alvus deficeret, qnotidie ea cum *clystere antiphlogistico*, movenda foret. *Purgantia*, rite monente VOGLERO[15]), periculum inferre queunt. Si affinibus aut aegris solum regimen minus arrideat, tnnc pro forma magis, ab initio *aqua destillata* sive *fructus rubi idaei* sive *nucleorum pruni cerasi*, ac dein *aqua florum* sive *tiliae Europaeae* sive *sambuci nigrae*, cum syrupis analogis, aut *emulsiones amygdalarum*, *seminum mali cydonii*, *cucumeris melonis* etc. praescribnntur. Interea cavendnm ne pharmacis dulcibus latentes *vermes* intestinales excitemns, quod periculnm etiam a repetitis nimis clysteribus et a diaeta nimis severa imminet.

O. exanth. primarior. inflammat. 9. Ut exanthemata primaria *inflammatoria* ad simplicitatem reducantur, morbum, absque mora, cum

15) HUFELAND's *Journ. d. pr. Heilk.* 1811. *December.*

cum remediis antiphlogisticis, diatheseos inflammatoriae gradui accommodatis, aggredimur. *Venae sectio*, hirudines, cucurbitulae scarificantes, *frigus* et *nitras potassae*, praecipua hic sistunt auxilia, de quorum tamen usu regulas *generales* statuere haud audemus. Dum hirudines aut cucurbitulae scarificantes in usum ducuntur, cavendum ne aeger istis sub operationibus frigus suscipiat. Praeterea, nisi alvus jam nimis aperta sit, ad *lenia purgantia*[16]) recurrendum. Caeterum regimen ut supra.

10. In exanthematibus primariis *gastricis*, ne intempestive ad emetica, aut ad fortiora purgantia, praecipue sub stadio invasionis ac eruptionis, confugias. Prius nempe impetum febris lenibus evacuantibus antiphlogisticis moderare et exanthematis, si natura ad hoc sufficiat, liberam evolutionem concede. In provectiori morbo, cum pulsu molli, remedium, quod *tartritidi stibii et potassae* in parva dosi[17]), aequiparari posset, non invenies. Nimii illius remedii effectus ope decocti mucilaginosi compescantur. Regimen, quale C. exanth. primar. gastricorum.

16) E. g. serum lactis tamarindinatum, aut: R. Pulpae amlycae Indicae, succi fraxini orni ää unciam unam. Coque c. s. q. aquae fontis ad colat. unciarum octo. Cap. omni secunda hora unciam unam et semis (pro aegro 8—12 annos nato).

17) R. Aquae florum sambuci nigrae uncias octo. Tartari emetici granum unum. Syrupi sambuci unciam semis. M. cap. omni secunda hora unciam unam.

le in febribus gastricis, praescribendum. Temperatura autem major, quam in exanthematum simplicium cura, requiritur. *Vermibus intestinalibus* in morbis exanthematicis vix aliter quam *oleo amygdalarum dulci*, illo *ricini* communis (dummodo non rancido) nupto silentium imponi potest. Fortiora enim anthelmintica febrem intendunt, tubum intestinalem irritant, malumque malo addunt.

C. exanth. primar. nerveorum.

11. Exanthemata primaria *nervea*, concessis haud paucis exceptionibus, in cura eorum speciali tradendis, secundum regulas in therapia febrium nervosarum expositas, pertractantur. Praecipua indicatio in eo consistit, ut vires vitae sustineantur. Sustinentur autem potissime sub *temperatura calidiori*, *jusculis nutrientibus*, *vino*, *cortice cinchonae officinalis*, *acidis mineralibus* et *camphora*. Methodus hujusmodi tam diu valebit, quamdiu morbi character nervosus persistet.

Monitum.

12. Mutatio frequens indolis exanthematum primariorum, facilis, sub eorum decursu, diathesium complicatio, nec non plurimorum aegrorum, maxime infantum, morositas, obstinatio, ingentes medentibus difficultates opponere hic solent. Ut sub dubia rerum positione, quoadusque id fieri licet, secure incedamus, a remediis heroicis, donec lux major affulgeat, abstinendum est. Cunctando enim haud raro restituitur res, ac nisi ipsa natu-

natura responderit, ab arte sane parum aut nihil expectabimus.

13. Ut evanescente ante debitum tempus exanthemate, locisque internis inde gravi modo affectis, morbus pristinus ad cutim reduci queat, primum est *caussam retrocessus* indagare. Ea detecta, quoad potest, removenda, aut saltem pravi illius effectus corrigendi sunt. Hunc ad scopum, pro re nata, methodus nunc antiphlogistica, nunc antigastrica, nunc sudorifera indicatur. Ne hac ultima abutamur, cavendum est. Non enim quodvis exanthema a cute dispersum, ad eandem rursus per sudorifera revocatur. Idem de vesicatoriis, de sinapismis, de frictionibus cutis, praesertim ope aceti calidi[18]), de balneis tepidis, de cucurbitulis siccis, de emeticis aliisque remediis, in doctrina speciali commemorandis, dicendum est. C. retrocessus.

14. Cum quodvis exanthema primarium *convalescentiam* sibi propriam agnoscat, cuivis convalescentiae et propriam curandi rationem esse, patet. In genere, convalescentes quammaxime ab atmosphaerae vicissitudinibus custodiendi sunt. Si pulsuum quaedam irritatio, calores fugaces, somnus irrequietus et anorexia transitum convalescentiae in sanitatem perfectam impediant, lene alvum evacuans remedium indicatur. C. convalescentiae.

15. Im-

18) Herberger in *medicinisch - chirurg. Zeitung* 1825. No. 71 — 73.

C. impetig. generatim. 15. Impetigines locales *remedia topica*, — symptomaticas vero *auxilia universalia* exposcere, vix opus est ut moneamus. Impetigines symptomaticas haud raro ita constitutas esse, ut praeter methodum universalem et topica auxilia sibi exigant, alibi docebimus. Caeterum non omnia, quae cuti *topice* admoventur, remedia effectum duntaxat *localem* exercent.

C. impetig. localium. 16. Priusquam cura *impetiginis localis* suscipiatur, num forsitan per artem major, quam morbus ipse fecisset, cutis deformitas immineat, perpendendum est. Animadverti dein probe oportet, an impetigo, prima quidem origine localis, tractu temporis cum vitio universali societatem inierit? In genere, in omni impetigine, jam diu perstante, praecipue si conspicuam illa secretionem inducere solita fuerit, consuetudinis leges venerandae, ac habitualis evacuationis vices, ope *ulcerum artificialium* agendae sunt. De *setaceis*, de *fonticulis*, de *vesicatorio*, sic dicto, *perpetuo* et de applicatione *corticis daphnes mezerei* hîc loquimur. Concessa autem facultate impetigines locales remediis topicis aggrediendi, secundum rerum positiones alibi in specie determinandas, vel ad *manum chirurgicam*, vel ad *remedia abstergentia*, vel ad *res insectis contrarias*, vel ad *auxilia*, quae in cutis contextum *emolliendo*, *irritando*, *adstringendo*, *sedando*, vel *erodendo* agunt, confugiendum est.

Manus chirurgica. 17. Per *manum chirurgicam* vel *ulcera* excitantur

tantur *artificialia*, vel ope *fili*, *forficum*, aut *cultri* excrescentiae auferuntur, vel *hirudinum* atque *cucurbitularum cruentarum* ope vasa cutis deplentur, vel *cucurbitulis siccis* cruor nunc a locis affectis divertitur, nunc ad haec ipsa magis dirigitur, vel *fasciis* et *frictionibus* cutis sustinetur, vel loca illius nimis sensilia *emplastris* aliisque auxiliis ab externis custodiuntur impressionibus.

18. *Abstergentium remediorum* ope, cutis ab immunditie liberatur, vel ad alia externa auxilia, serius applicanda, praeparatur. Pertinent huc: *lotio* ope *aquae simplicis*[19]), vel cum *solutione saponis*, *balneum tepidum*, *massa detergens*[20]). Remedia abstergentia.

19. Solis jam abstergentibus remediis cutis nonnunquam ab *insectis* liberatur. Verum ad hujusmodi animalcula prorsus exstirpanda, pro varia rerum positione, atque pro statu corporis vel sano, vel morboso, plerumque recurramus opus est ad *oleum*, *nicotianam tabacum*, *helleborum nigrum* sive Res insecticia contrariae.

19) Polid. Lewis *philosophische Untersuchungen der Natur u. Eigenschaften des gemeinen Wassers, nebst Betrachtungen über seine medicinischen Kräfte. A. d. E. Stendal* 1792. 8. — J. G. Leidenfrost de aquae communis nonnullis qualitatibus tractatus. Lips. 1796. 8.

20) R. Nucleorum amygdali communis amari, uncias novem. Nucleorum pini pineae uncias tres. Contundantur in mortario ut fiat pulvis. Adde mellis puri uncias sex. Vitelli ovorum n. sex. Portio hujus massae, quae quavis vice in usum trahitur, prius in aqua tepida solvenda est.

sive *album*, *inulam helenium*, *veratrum sabadillam*, *delphinium staphisagrium*, *colchicum autumnale*, *acidum sulphuricum*, *muriatem sodae*, *magnesium*, praecipue vero ad *mercurium* et ad *sulphur*.

R. emollientia. 20. Cutim *relaxant balnea* ope *aquae* tepidae, additis *seminibus* vel *herbis mucilaginosis* aut *lacte*, *unctio* ope *olei*, *linimenti demulcentis*, *adipis*, et applicatio *fotus animalis*.

R. irritantia. 21. Nihil systema cutaneum potentius *irritat*, quam major caloris gradus, ope *balnei calidi simplicis*[21]), *thermarum*[22]), *balnei vaporis*[23])

21) Graduum 29 Th. Reaumur. — 97 Fahrenh. — 36,25 Th. centigradi.

22) E. c. *Wiesbaden* (G. H. Ritter *Regeln beym Gebrauche des warmen Wassers zu Wiesbaden.* V. *Reichsanzeiger* 1797. *No.* 163. p. 1749. Ejusd. *Denkwürdigkeiten der Stadt Wiesbaden in vorzüglicher Hinsicht ihrer Mineralquellen. Frankf. a. M.* 1801. — F. Lehr *Versuch einer kurzen Beschreibung von Wiesbaden und seiner warmen Mineralquellen. Darmstadt* 1800. — Fabricius *manuel du baigneur aux eaux de Wiesbaden. Paris* 1812.) — *Baden* in magno Ducatu Badensi (F. J. Krapf *Beschreibung der warmen Bäder zu Baden. Tübing.* 1794. — Alo. Schreiber *Baden im Grossherzogthume Baden mit seinen Heilquellen u. Umgebungen. Heidelb.* 1811. — W. L. Kölreuter's *Charakteristik der Mineralquellen in phys. u. medicinischer Hinsicht überhaupt und im besondern Bezuge auf Badens warme Heilquellen u. seine neuen Heilanstalten. Leipz.* 1818. Ejusd. *Die Mineralquellen im Grossherzogthume Baden. Karlsruhe in Baden* 1820.) — *Wild-*

ris[23]) et *arenae*[24]) applicitus. In genere ne quis se ad opus impetigines curandi accingat, nisi in doctrina thermarum et aquarum mineralium versatus. Exemplo unicuique sunto Germaniae triumviri[25]). Praeter thermas in cute alterius generis

bad (*das Wildbad im Königr. Würtenberg von* Kerner. *Tübing.* 1813.) — *Pisa* (Santi *analisi chemica delle acque dei bagni di Pisa. Pisa* 1789.) — *Bath* (Falconer *essay on the Bath Waters. London* 1787.) etc.

23) Sanchez *mémoire sur les bains de vapeur de Russie* (v. *Mémoires de la société royale de médecine. T. III.* p. 233). — Marcard *von Dampfbädern.* (*N. Magazin für Aerzte.* 4. *St.* 1776). — K. F. Uden's *Nachricht, die zu Berlin angelegten Dampfbäder betreffend. Dessau* 1782. — Stix de Russorum balneis calidis et frigidis. Dorpat 1802. 4. — Richter *Geschichte der Medicin in Russland. Moskwa* 1813. *I. Th.* p. 76. — Ch. Fr. Hirsch *von den Vortheilen der in den Kais. Russ. Staaten gebräuchl. Dampf- od. Schwitzbäder und ihrer Einrichtung. Bamb.* 1816. — *Die Russ. Dampfbäder aus d. Franz. des* Ant. Ribeiro Sanchez *nach der Denkschrift des* Vicq d'Azyr *von* K. Jochmus. *Mit Vorr. u. Anmerk. von* J. B. Erhard. *Berlin* 1819. — F. Gregorius de sudationibus Rossicis. Berl. 1819. Ejusd. *Die Russ. Dampfbäder, ihre Wirkung u. Anwendung. Berlin* 1820.

24) XXI. veterum et clariorum medicorum opuscula. Mosquae 1808. p. 292.

25) Ch. W. Hufeland (*praktische Uebersicht der vorzüglichsten Heilquellen Deutschlands, nach eigenen Erfahrungen. Berlin* 1815. altera editio 1820.), Joh. Ulr. Gottl. Schäffer jun. (*Beytrag zu einer künf-*

ris irritationem *frictiones* inducunt. Localem quoque stimulum illi inferre queunt *saliva*, *urina*, *bilis*, *subcarbonas potassae*, *acetum*, aliaque *acida*, *camphora*, *carbones*, *baccae lauri nobilis*, *semina sinapis nigrae*, varia *mercurii praeparata* etc.

R. adstringentia.

22. *Adstringenti* ac simul irritanti principio instruuntur *sulphas aluminis*, *sulphas zinci*, *cortex quercus roboris* et similia. Mitissimum autem adstringens ac sedans simul remedium, in *plumbo*, debita cautela adhibito, habetur.

R. narcotica.

23. Eminentem quoque in impetiginibus curandis locum *narcotica*, inprimis *opium*, *hyoscyamus*, *conium maculatum*, *humulus lupulus*, et *oleum amygdalarum amararum*[26]) occupant.

R. caustica.

24. Nec acria et *caustica*, e. c. *radix hellebori*, *meloës cantharides*, *nitras argenti fusus*, *potassa pura* etc., excipi merentur.

C. impetiginum symptomaticarum.

25. In *impetiginibus symptomaticis* remedia, diathesi, ex qua cutis vitium pullulat, accommodentur oportet. Patet hinc, neminem impetigines secundarias rite curaturum esse, nisi prius regulas, ad morbos primarios curandos tradendas, probe callueril. In genere, securius curam remediis *internis*

tigen wissenschaftlichen Ansicht der Wirkungen mineralischer Wässer. Regensburg 1824.) et F. L. Kreysig (*über den Gebrauch der natürl. u. künstlichen Mineralwässer von Karlsbad, Embs, Marienbad, Eger, Pyrmont und Spaa. Leipz.* 1825).

26) Döltz *Versuche mit Pflanzengiften*. 1792.

ternis ordimur, ac ad *externa* tunc solum devenimus, ubi morbus jam satis in cutim desaeviit; ubi ipsa natura cutis affectionem, inani conatu, dejicere satagit; et ubi perstans antiqua impetigo depositioni secundae obstat. Diuturno autem in morbo, ut alibi, ita et hic, ad leges consuetudinis respiciendum, ac saepe *ulcera artificialia* reliquis externis remediis praemittenda sunt. Praeterea, ut, durante cura impetiginis symptomaticae, singulae corporis evacuationes rite et abunde procedant, semper opus est.

26. Curam impetiginum *inflammatoriarum*, sub regimine antiphlogistico, leni alvum *purgante* remedio incipimus. In aegro florido, robusto, sique vitium cutis cum emolumento proruperit, a remediis localibus abstinentes, morbi sanationem quammaxime naturae committimus. Hoc vero non impedit, quo minus, modo quo decet, puritati cutis studeatur. Quodsi autem morbus tanto cum impetu in cutim saeviret, ut doloris vehementia aut cutis destruendae periculum promtius auxilium expeterent; istud in *hirudinibus* vel in *cucurbitulis cruentis*, tum prope impetiginem, tum ad loca, quae cum parte affecta maxime consentiunt, applicitis, habetur. Hirudines quoque vasis, ex quibus suppressa quaedam haemorrhagia revocari optatur, admoveri queunt. *Venae sectioni* in morbis, potius systema vasorum capillarium, quam vasa majora detinentibus, raro, nisi apud sum- C. impetig. inflammatoriarum.

summe plethoricos, locus est. Neque sola cruenta evacuatio hic valet; conducunt enim et *ulcera artificialia*, quae conspicuam evacuationem serosam largiuntur. Quodsi impetigo nexum cum morbis vasorum majorum haberet, usus *acidorum mineralium* et *digitalis purpureae* locum habere posset. Nihil *reditum* impetiginis inflammatoriae, absque emolumento prorumpentis, securius antevertit, quam facta ope aquae frigidae aspersio, aut *balnea fluviatilia* [27]) nec non *marina* [28]) vel ictis

27) Vid. supra. No. 4. not. 8.

28) S. G. Vogel *über den Nutzen u. Gebrauch der Seebäder, nebst der Ankündigung einer öffentlichen Seebadeanstalt, welche an der Ostsee in Mecklenburg angelegt wird. Stendal* 1794. Ejusd. *Neue Annalen des Seebades zu Doberan.* 1—10. *II. Badezeit* 1803—12. Ibid. 1804—12. — *Ueber die Privat-Seebadeanstalt bey Travemünde. Lübeck* 1803. — G. Swartendyk Stierling's *Annalen des Seebades bey Travemünde im Sommer* 1815. *Lüb.* 1816. Ejusd. *Ideen über die Indicationen, Wirkung und den richtigen Gebrauch der Seebäder. Hamburg* 1815. — A. W. Danzmann's *Annalen des Travemünder Seebades v. J.* 1817. *Lüb.* 1818. — F. W. v. Halem *über die Seebadeanstalt auf der Ostfries-Insel Norderney. Aurich* 1801. Ejusd. *Beschreibung der zum Fürstenthum Ostfriesland gehörigen Insel Norderney und ihrer Seebadeanstalt. M.* 3 *Kupf. Brem.* 1815. — Am. A. Abendroth *Ritzebüttel und das Seebad zu Cuxhaven. Hamb.* 1818. — Neumeister's *u.* A. Ruge's *Beobachtungen über das Seebad zu Cuxhaven im Sommer* 1818. Ibid. 1819. — *Wie müssen Seebäder eingerichtet seyn? und wie wirken sie? den*

istis quodammodo similia[29]). Calor contra, quocunque demum pacto cuti applicatur, quod de singulis irritantibus remediis valebit, nocet.

27. Impetigines *ex vitio abdominali*, sive gastrico sive alio oriundae, exposcunt, praeter victum selectum, usum remediorum *resolventium* ac *alvum moventium.* Inter prima (saltem in aegrotis adultis) *aquae minerales saponaceae*[30]), exiguae C. impetig. gastricarum.

folgsamen Badegästen gewidmet von . . . r . . . . g. Leipz. 1820.

29) *Ueber die Aehnlichkeit der Salzsoole mit dem Seewasser und den Nutzen der Soolbäder, nebst Nachrichten von dem Fortgange und den Wirkungen des Soolbades bey dem Gradierwerke unweit Salza in den J.* 1803 *u.* 1810. *von* Tolberg. *Magdeb.* 1811. — J. Ch. Reil *über die Nutzbarkeit und Gebrauchsart der Soolbäder bey der öffentl. Badeanstalt in Halle. Halle* 1809. Ejusd. *Die Anwendung des Dampfkessels zur Einrichtung örtlicher Qualmbäder.* Ibid. 1809. — J. G. F. Henning *die salin. Eisenquellen bey Zerbst und die aus den damit angestellten med. Versuchen hervorgegangenen Erfahrungen. Zerbst* 1818. — F. Wurzer *über die Soolbäder zu Nenndorf. Leipz.* 1818. — J. H. G. Schlegel *Salzburger Heilquelle, ein die Seebäder ersetzendes Mittel* (Hufeland's *Journ. d. prakt. Heilk.* 1825. *May.* p. 41). *Vorläufige Nachricht über d. Gebrauch der Salzsoolenbäder im K. K. Salz-Kammergute. Vom Med. Dr.* Franz Wolff (*medicinische Jahrbücher des k. k. östr. Staates. II. B.* 1. *St.* 1824. p. 62). — *Ischl und seine Soolenbäder. Wien* 1826.

30) E. c. *Schlangenbad* in Hassia (*Hannöverisches Magazin* 1783. 5. *St.* H. Fenner *das Schlangenbad, Marb.*

guae et repetitae doses *tartritidis stibii et potassae*, ac, absente omni scorbutica complicatione, tales exiguae et repetitae doses *muriatis hydrargyri*[31]); — inter altera *aquae minerales salinae*[32]), *radix*

1806. — JUST. FENNER *über den nützlichen Gebrauch der Heilbäder v. Schlangenbad. Wiesbaden* 1816). — *Lachowitz* in Bohemia (*systematische Beschreibung aller Gesundbrunnen u. Bäder. Leipz.* 1801. 1. *B.* p. 125). — *Plombières* in Lotharingia (MALOUIN in *mémoires de l'académie des sciences* 1746. p. 109. *Mem. pour servir à l'histoire naturelle et médicale des eaux de Plombières par Mr.* MORAND *membre de l'acad. R. des sciences. T. V.* p. 128). — *Loka* in Suecia (BEROIUS *von den Lokaquellen.* Vid. et BERGMANNI opuscul. physico-medica. T. IV.).

31) *Calomel* (sexta pars grani in homine quamvis adulto, per nonnullas hebdomades continuata, effectu destitui non solet).

32) E. c. *aquae amarae* (FR. AMBR. REUSS *Naturgeschichte des Biliner Sauerbrunnens in Böhmen. Prag* 1788. Ejusd. *Die Mineralquellen zu Bilin. Wien* 1808. Ejusd. *Das Saidschitzer Bitterwasser, physicalisch, chemisch und medicinisch beschrieben. Prag* 1791. Ejusd. *Chemische Untersuchungen des Karolinen-Brunnens oder Saidschitzer Bades; in der Herrschaft Neudorf im Saatzer Kreise. Dresden* 1798. — F. K. v. REILLY's *Untersuchung des Bitterwassers zu Steinwasser in Böhmen. Prag* 1791.), *fontes Carolini* (BECHER *Untersuchungen des Sprudelwassers im Karlsbade. Prag* 1771. Ejusd. *Neue Abhandlungen über das Karlsbad.* 3 *Thle. Leipz.* 1772. — J. F. *Frhrn.* v. RACKNITZ *Briefe über das Karlsbad und die Naturprod. d. dort. Gegend. Dresd. u. Leipz.* 1788. — M. H. KLAPROTH's *chemische Un-*

radix rhei palmati, salia media etc., primum
X 2 locum

tersuch. der Mineral-Quellen zu Karlsbad. Berl. 1790. — J. K. E. Hoser's *Beschr. von Karlsbad. Prag* 1797. — K. L. Stöhr *Kaiser-Karlsbad und dieses weitberühmten Gesundheitsortes Denkwürdigkeiten f. Curgäste, Nicht-curgäste und Karlsbader selbst. Karlsbad* 1813. — Fr. Sartori's *Taschenbuch für Karlsbads Curgäste, wie auch für Liebhaber von dess. Naturschönheiten* etc. *Wien, Prag u. Karlsbad* 1817. — *Freymüthige Blätter über Gebrauch und Einrichtung des Karlsb. für Curgäste und Karlsbader selbst von Irgend Jemand. Leipz.* 1819. — W. A. Lampadius *gehörige Würdigung des Karlsbader Säuerlings, auf chem. u. sonst. Erfahr. gegründet. Freib.* 1821. — J. Berzelius *Untersuchung der Mineralwasser von Karlsbad. Aus d. Schriften der Königl. Schwedischen Akademie der Wissenschaften übersetzt von* D. G. Rose, *herausgegeben mit erläuternden Anmerk. von* D. Gilbert. *Leipz.* 1823.), *f. Egrani* (*Böhmische Literatur für Hydrologie*, in Baldinger's *n. Magazin für Aerzte.* 15. *B.* — F. Ambr. Reuss *chemisch-med. Beschreibung des Kaiser-Franzenbades, oder d. Egerbrunnens* etc. *Prag u. Dresd.* 1794. Ejusd. *Anleitung zum Gebrauch des Egerbrunnens od. Fr. Bades. Prag u. Leipz.* 1794. — J. K. E. Hoser's *Beschr. v. Franzenbrunnen bey Eger. Prag* 1799. — G. J. M. Graumann's *kurze Darstellung der heilsamen Wirkungen der Heilkraft in Kaiser Franzenbad u. Anleit. z. Gebrauche dess. Prag* 1817. — J. B. Trommsdorff's *phys. chem. Untersuch. d. Mineral-Wasser d. Kaiser-Franzenbades bey Eger in Böhmen. Angestellt bey d. Quellen im August* 1819. *Leipz.* 1820. — Osann *die Heilquelle zu Kaiser-Franzenbad bey Eger. Berlin* 1822.), *f. Burdscheid* prope Aquisgranum (Kortum

locum occupant. Infantes saepe ab impetiginibus gastricis una *nutricis mutatione* liberantur. In genere curam impetiginum libenter, exemplo HEBERDENII[31]), remedio purgante, etiam repetito, *puritatis*, ut ita dicamus, *internae* gratia, dummodo vires aegri aliaeque rerum positiones id permittant, ordimur.

C. impetig. arthriticarum. 28. Cura impetiginum *arthriticarum* cautissime, ac praemissis plerumque *ulceribus artificialibus* inchoanda est. Porro ad *regimen diaeteticum* maxime respiciendum. Carnes, inprimis pingues, sale, rebus aromaticis conditae fumoque induratae, quousque consuetudo fert, fugiendae. Contra ea *juscula testudinum*, *limacum*, *ranarum*, *viperarum* ac *lacertarum viridium*[34]) cum fructu adhibentur. Summopere vero ut evacuationes alvi, uri-

vollständige physikalisch-medicinische Abhandlung über die warmen Mineralquellen u. Bäder in Aachen u. Burdscheid. Dortmund 1798.), *f. Rohitsch* (J. A. SÜSS *chem. physik. Untersuchung d. Rohitscher Sauerbrunnen in Steyermark, nebst Anleitung z. Gebr. dess. Grätz* 1803.), *f. PösténYenses* (WERNHERUS de admirandis Hungariae aquis Hypomnemation. Viennae 1551. — TORKOS schediasma de thermis Posthéniensibus. Posonii 1755. — E. W. WALLICH *über die Bäder in Klein-Pösteny, oder Pöstyen, auch Piestjan, im Neutraer Comitate des Königreichs Ungarn. Wien* 1825).

33) Commentaria de morborum historia et curatione p. 93.

34) DAUBENTON et MAUDUYT in *histoire de la soc. R. de médecine a.* 1780.

urinae et transpirationis pro re nata promoveantur, curandum est. *Purgantia* parum acria et *remediis amaris* nupta salibus mediis anteponimus. Attamen et haec salia in aquis mineralibus, praecipue si urinam promoveant[35]), conducunt. Eminentem enim *diuretica*, inprimis *juniperus communis* et *radix ononidis spinosae* hîc occupant locum. Qui majori irritabilitate instructi sunt, a remediis narcoticis, urinam simul promoventibus, e. c. a *stipitibus solani dulcamarae*, bene se habent. Inter *diapnoica*, praecipue varia *antimonii praeparata*, *decocta*, ut dicunt, *lignorum*[36]), *extractum guajaci aquosum* et *sulphur* sese commendant. Adhibetur sulphur tum interne tum externe, et quidem hîc, sub forma tam *balneorum*, sive *frigidorum*[37]), sive

35) Eminet hoc sub respectu *fons S. Pellegrino*, cujus laudes quondam cecinit Josephus Pasta, quique nuper commendatus fuit a L. Carrara (*Saggio delle acque semitermali di S. Pellegrino nel Bergamasco. Bergamo* 1820. 8.) et a J. Facheris (*breve istruzione intorno all' acqua medicinale di S. Pellegrino. Bergamo* 1824).

36) E. c. *ex lignis lauri sassafras*, *guajaei officinalis*, *juniperi communis*, ex *radicibus smilacis sarsaparillae*, *chinae nodosae* (*smilacis chinae*) etc.

37) E. c. *Baldohn* in Curlandia (Ekhof's *Beschreibung d. Baldohnischen Mineralwassers. Mietau* 1795.), *Smordon* et *Widze* in Lithuania, *Mödling* (J. Sarenk *physikalisch-medicinische Abhandlung über die in Mödling in Oestreich unter der Enns, neu entdeckte Mineralquelle, ihre Bestandtheile, Gebr. und Wirkung in verschiedenen Krankheitsfallen. Wien* 1817).

sive *thermalium*[38]), sive *artefactorum*[39]), quam *vaporis*[40]).

29. Cura

38) E. c. *Aquisgranum* (K. G. Th. Kortum l. c. — G. Reumont et J. P. J. Monheim *analyse des eaux sulfureuses d'Aix-la-Chapelle. Aix-la-Chapelle* 1810. — L. Meyer *Aachen und seine Umgebungen. Essen* 1818. — E. H. Höpfner *ein Wort zu seiner Zeit über die Mineral-Quellen und Bäder zu Aachen. Aachen* 1819.), *Gasteiner Wildbad* prope *Salzburg* (Barisani *physisch-chemische Untersuchung des berühmten Gasteiner Wildbades. Salzb.* 1785. — J. Niederhuber *einige nothwendige praktische Erläuterungen über den nützlichen Gebrauch des im Hochgebirge des Erzstiftes Salzburg gelegenen Gasteiner Wildbades. Salzb.* 1792. — J. E. *Ritter* v. Koch-Sternfeld *das Gasteiner Thal mit seinen warmen Heilquellen in Salzburg gelegen. Salzb.* 1810. — Jos. Mitterdorfer *Gastunia. Ein Taschenbuch für Gasteins Curgäste. Salzb.* 1820.), — *Baden* in Austria (Schenk *Abhandlung über die Bäder der Stadt Baden in Niederösterreich. Wien* 1791. Ejusd. *Kurze Beschreibung der warmen Quellen und Bäder der Stadt Baden in Niederösterreich.* Ibid. 1794. Ejusd. *Taschenbuch für Badegäste Badens in N. Oestr.* Ibid. 1803. Ejusd. *Medicinisch-chirurgisches Archiv von Baden in N. Oestr.* Ibid. 1804. Ejusd. *Die Schwefelquelle von Baden in N. Oestr. Baden* 1817. — J. Seraph. Volta's *chemisch-mineralogische Versuche über die Bäder und Gebirge von Baden; aus d. Ital. übers. von* K. *Frhrn.* v. Meidinger. *Wien* 1792. — A. Rollet's *Hygieia, ein belehrendes Handbuch für Badens Kurgäste. Wien* 1817.), — *Landek* (Mogalla *die Bäder bey Landek. Breslau* 1788.), *Bagnères* (Carrère *analyse des eaux minérales de Ba-*

29. Cura impetiginum ex *diathesi carcinomatica* haud multum ab illa impetiginum arthriticarum differt. *Sulphur* usui tum interno, tum externo sub forma etiam vaporis commendari meretur. Item extractum *conii maculati*, decoctum herbae *vincae pervincae* et *acidum nitricum*. *Mercurius* C. impetig. carcinomaticarum.

gnères. (Vid. *Hist. de la soc. R. de méd.* 1779. *à Paris.*), *Abano* (Mandruzzato *dei bagni d'Abano. Padova* 1789.), *Langensalza* (*Die neu entdeckten salinischen Schwefelbäder zu Langensalza u. Tennstädt im Königr. Sachsen, chemisch untersucht von* Trommsdorff. *Erfurt* 1812.), *Eilsen* (J. Heinecken *Eilsens Heilquellen und deren Umgebungen in einem Briefe dargestellt. Hann.* 1808. — J. Cp. Gebhard *über die Gas- und Schlammbäder bey den Schwefelquellen zu Eilsen und deren ausgezeichneten Nutzen in . . . . Hautkrankheiten und mehreren chronischen Uebeln. Berlin u. Stettin.* 1. *B.* 1811. 2. *B.* 1812).

39) Unciae duae hydrosulphureti potassae prius in aqua fervida solvuntur ac dein balneo superaddantur. Lege de usu hepatis sulphuris in morbis cutis: *Sammlung auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 13. *B.* p. 253.

40) Galès *mémoires et rapports sur les fumigations sulfureuses, appliquées au traitement des affections cutanées. Paris* 1816. — J. de Carro *Anleitung zur Errichtung einer Räucherungsanstalt und zur Anwendung der Schwefelräucherungen insbesondere. Wien* 1817. Ejusd. *Praktische Beobachtungen über die Schwefelräucherungen. A. d. Fr. von* Jos. Wächter. *Wien* 1819. *Schwefeldampf-Bad-Anstalt unter der Leitung des* —.. Beer *in Würzburg. Würzb.* 1819. 2 *Berichte von dem Erfolg.* 1819 — 1820.

curius cane pejus et angue fugiendus. *Arsenicum* duntaxat externe locum invenire potest. Saepissime impetigines carcinomaticae *noli me tangere* constituunt.

C. impet. scroph. 30. Methodus generalis scrophulis medendi, debito loco tradenda, impetiginibus *scrophulosis* quoque accommodata est. Sufficiat hic meminisse, *auxilia topica* (exceptis *balneis* pro re nata frigidis, marinis, tepidis, sulphureis et *ulceribus artificialibus*) etiamsi primo intuitu juvare videantur, fere semper tamen cum damno adhiberi, qua de re tot morbi oculorum et aurium, ab impetiginibus scrophulosis praepostere sanatis exorti, ultro testantur. Inter *remedia interna* nullum magis scrophulae cutaneae adaequatum est, quam *oxydum hydrargyri et antimonii sulphuratum*[41]) in minimis dosibus diuque continuatis porrectum, praecipue si illi, in morbo inveterato, *extractum conii maculati* jungatur.

C. impet. scorbuticarum. 31. Quae ex diathesi *scorbutica* originem nanciscuntur impetigines, nil nisi regimen et pharmaca huic diathesi accommodata, exposcunt. Inprimis conducunt juscula cum *herbis antiscorbuticis*[42]), *balnea frigida*, et *lotiones* corporis ope *aceti* sive *acidi nitrici diluti* institutae.

C. impet. venerearum. 32. Cura impetiginum *venerearum* ex generalibus

41) *Aethiops antimonialis.*

42) E. c. cum *herba veronicae beccabungae*, *fumariae officinalis*, *sisymbrii nasturtii*, *cochleareae officinalis* etc.

libus syphilidem pertractandi regulis desumitur. Solum hic animadvertimus: *muriatem hydrargyri oxygenatum*, *mercurium solubilem* Hahnemanni, *balnea tepida*, *decocta lignorum* ac *acidum nitricum* potiora impetiginum venerearum esse auxilia. *Arsenicum*[43]) nunquam tentavimus.

33. Impetigines, quas ex diathesi *nervosa* derivavimus, diversam pro re nata curam expetunt. Spasmus, in cutim saeviens, remediis *externis emollientibus*, additis, si opus sit, *narcoticis*, tollendus. Intus remedia, quae leniter transpirationem movent, ac simul nervorum nimiam sensibilitatem obtundunt, e. c. *pulvis ipecacuanhae cum opio*, *antimonium* cum *extracto hyoscyami nigri*, propinantur. Praeterea ad secretiones a spasmo cohibitas respici, ac, secundum rerum positiones ad *hirudines*, ad *purgantia*, ad *diuretica* et ad *tonica* confugere oportet. Inter *tonica ferrum*, inprimis in *aquis mineralibus*[44]) *acido carbonico* nuptum, C. impetig nervosarum.

43) Otto *Philadelphical medical museum* 1804. *I. Vol.* p. 47. *Sammlung auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte*. 22. *B.* 2. *St.* p. 242.

44) E. c. *fons Cudovensis* (G. Ph. Mogalla *über d. Brunnen zu Cudowa. Schlesische Provinzialblätter* 1797. 2. *St.* p. 463. Ejusd. *Die Gesundbrunnen zu Cudowa u. Reinerz. Bresl.* 1798.), — *f. Freudenthaliensis* (*Physicalisch-chemische Untersuchung des Freudenthaler Sauerbrunnens in Schlesien. Troppau* 1794. — F. J. Preuss *der Sauerbrunn u. die Schlackenbäder in Karlsbrunn oder Hinnewieder bey Freudenthal. Bresl.* 1807.),

nuptum, tam pro potu quam pro balneo adhibendis,

— *f. Imnauensis* (KLAPROTH *Untersuchung der Mineralquellen zu Imnau.* Vid. CRELL's *chemische Annal.* 1792. 4. *St.* p. 333. — F. X. MEZLER's *vorläufige Nachrichten über den Kurort zu Imnau. Ulm* 1795. Ejusd. *Neueste Nachrichten von Imnau mit d. physisch-chemischen Untersuchung der dortigen Fürstenquelle. Freib. u. Const.* 1811.), — *f. Schwalbacensis* (H. C. M. FENNER's *gemeinnützigee Journ. über d. Bäder u. Gesundbrunnen in Deutschland. Marburg.* 1. *Heft. Schwalbach* 1799. 2. *Heft. Fachingen* 1801. Ejusd. *Ueber Schwalbachs heilsame Quellen. Schwalb.* 1800. Ej. *Schwalbach u. seine Heilquellen. Darmst.* 1817. — *Für Kurgäste, welche die Gesundheitsquellen zu Wiesbaden, Schlangenbad, Ems u. Schwalbach gebrauchen wollen. Frankf. a. M.* 1805. — JUST. FENNER's *Briefe über Schwalbach, dessen Quellen u. Umgebungen. Frkft. a. M.* 1807. — G. *Frh.* v. WEDEKIND *über d. Schwalbacher Stahlbrunnenwasser in Hinsicht seines med. Gebrauches u. seiner chem. Bestandtheile. Mainz* 1815.), — *f. Spadanus* (SANBERG *essai sur les eaux minérales ferrugineuses de Spa. Liège* 1788.), — *f. Driburgensis* (J. F. WESTRUMB's *phys. chemische Beschreib. von der Lage u. den Bestandtheilen des Driburger Mineralwassers. Erf.* 1788. — BRANDIS *Anleitung zum Gebrauch des Driburger Bades u. Brunnens. Münster* 1792. — W. A. FICKER's *Driburger Taschenb. auf das J.* 1811. *Paderborn. Auf das J.* 1816. Ibid.), — *f. Pyrmontanus* (MARCARD *Beschreib. von Pyrmont. Hannover* 1784. Ejusd. *Kurze Anleitung zum innerlichen Gebrauch des Pyrmonter Wassers. Pyrm. u. Hannover* 1791. Ejusd. *Pyrmonter Brunnenbuch für Curgäste zu Hause u. an der Quelle. Pyrm.* 1805. Ejusd. *Ueber die*

dis, contentum, non neglectis animi pathematum moderamine, corporis debito exercitio, diaetaque selecta, potissimum lactea, prima loca occupant.

34. Conspicua ingenii acies ad *complicationes* impetiginum rite curandas requiritur. Nec regulae generales hic tradi possunt. Monebimus hinc solum, quod, cum diathesis *inflammatoria* aut *gastrica* saepe impetiginum alterius indolis socia fiat, *cura praeparatoria*, qua scilicet complicationes illae, tum *sanguinis detractione*, tum *alvi purgatione* abiguntur, haud raro reliquis remediis praemittenda sit. Praeterea adversus impetigines ex morbo complicato pullulantes commendari meretur usus C. complicationum.

kochsalzsauren Mineralwasser zu Pyrmont u. deren Arzneygebrauch. Hamburg 1810. — J. E. Tempel's *Beschreib. der neuentdeckten salzhaltigen Mineralquellen in Pyrmont u. von der Heilkraft derselben. Berlin* 1794. — J. F. Westrumb *von der neuentdeckten muriat. salinischen Mineralquelle zu Pyrmont. Hann.* 1797. — E. Frankenau *Pyrmont u. sein Gesundbrunnen im Sommer* 1798. *A. d. Dän. Altd.* 1799. — K. Th. Menke *Pyrmont u. seine Umgebungen mit besonderer Hinsicht auf seine Mineralquelle, hist. geogr. phys. med. dargestellt. Pyrm.* 1818.), — *f. Schwelmensis (Ueber den Schwelmer Gesundbrunnen, von* L. Castringius *u.* C. H. Stucke. *Dortmund* 1800.), — *f. Krumbachensis (Das Krumbacher Heilbad, von* Mezler. *Augsburg* 1811. — *Nachtrag zur Uebersicht der vielen reichhaltigen Mineralquellen im Königr. Bayern. Weimar* 1813).

usus tum internus, tum externus *aquarum mineralium*, quae plurima principia hucusque laudata, eaque modicà copià amplectuntur[45]). Maxime porro

45) Inter illas peculiari laude digni sunt fontes *Ems* (*Für Curgäste, welche die Gesundheitsquellen zu Wiesbaden, Schlangenbad, Ems u. Schwalbach gebrauchen wollen. Frankf. a. M.* 1805. — K. Ph. Bruckmann's *neue verbesserte u. vollständ ge Beschreib. der gesunden warmen Bäder zu Ems. Frankf. a. M.* 1772. — H. C. Tilenius *Ems u. seine Heilquellen für Bade- u. Brunnengäste u. eine Anleitung zu ihrem zweckmässigen Gebrauch. Wiesbad.* 1816. — Vogler *die Heilquellen zu Ems; auch über Heilquellen im allgemeinen. Coblenz* 1821.), — *f. Marienbad* (J. J. Nehr's *Beschreibung der mineralischen Quellen zu Marienbad auf der Stiftherrschaft Tepl, nahe bey d. Dorfe Auschwitz. Karlsb.* 1813. — M. Fl. Schmidt's *Anleit. z. Gebrauch der Mineralwässer. Ein Buch für Jedermann, der die Mineralwässer überhaupt u. besond. jenes der Marienbader Kreuzbrunnen gebrauchen will. Wien* 1818. — F. A. Reuss *das Marienbad bey Auschwitz in der Herrschaft Tepl, phys. chem. u. med. betrachtet. Prag* 1818. — K. J. Heidler *über die Gasbäder in Marienbad. Wien* 1819. Ejusd. *Marienbad nach eigenen Beobachtungen u. Ansichten.* 2 *Bde. Wien* 1822. — Fr. Sartori's *Taschenbuch für Marienbads Curgäste. Wien, Prag und Karlsbad* 1819. — *Dr.* Ziegler *über Marienbad in Böhmen und das Kreuzbrunnenwasser.* 1820. — F. L. Richter *Marienbad, ein Handbuch für diejenigen, welche diesen Curort besuchen. Prag* 1821. — *Dr.* Scheu *Beobachtungen über die Wirkungen d. Bäder in Marienbad. Prag* 1822.) et *Borszék* (L. Wagner diss. inaugur. de aquis medicatis *M. P. Transylvaniae.* 1773.

porro ad complicationem *veneream* et *scorbuticam* in impetiginibus curandis respiciendum est, quarum illa *sulphur*, haec *mercurium* fere semper excludunt.

35. Ad *revocandas* sive ad cutim *pellendas* impetigines praepostere fugatas vel aegre prorumpentes, *caussae* retrocessus, vel defectus efflorescentiae, ratio habenda est. Porro *ulcera artificialia*, *balnea tepida*, maximeque *thermae* tum *simplices*, tum *sulphureae*, tum *limosae*[46]), denique C. retrocessus impetig.

— H. J. v. CRANTZ *Gesundbrunnen der Oestr. Monarchie. Wien* 1777. — C. K. MATTYUS ISTVÁN *Med. Dr. O', es uj Diaetetica* 5. *Dar.* 2. *Rész.* p. 81. — *Siebenbürgische Quartalschrift.* 1793. 3. *Jahrg.* 3. *Heft.* p. 179—193. — S. BÉLTEKI conspectus system. pract. aquar. min. magni Princ. Transylvaniae indigenarum. Vindobonae 1818. p. 65. 70 et 85. — S. PATAKI descriptio phys. chem. aquar. mineral. M. P. Transylvaniae jussu Exc. R. Gubernii. Pest. 1820. p. 16. — *Die Heilquelle von Borszek, nach eigenen Erfahrungen in Kürze beschrieben von einem prakt. Arzte. Wien* 1825).

46) J. C. GEBHARD *über die Gas- u. Schlammbäder bey den Schwefelquellen zu Eilsen u. deren ausgezeichneten Nutzen in Lungenschwindsuchten, Lähmungen, veralteten Hautkrankheiten u. mehreren chronischen Uebeln. Berlin u. Stettin* 1811. 2. *B.* Ibid. 1812. — G. D. KIESER'S *Entwurf einer Geschichte u. Beschreib. der Badeanstalt zu Nordheim, nebst einigen Bemerk. über Schlammbäder. Götting.* 1811. — „*Auch hierinne zeichnen sich Franzenbrunn u. Marienbad vor vielen andern aus. Der Reichthum an Gasausströmungen aus*

que *balnea ex gaz*[47]), indicata sunt. Absente impetu inflammatorio, et alterius generis irritationem systemati cutaneo inferre juvat. Huic fini inservient: *vestes laneae*, *tela cerata* cuti nudae impositae, — *frictio* superficiei corporis, — *embrocatio* partis, in qua impetigo desideratur, — illinitio ope *tincturae meloës cantharidum* et *camphora*[48]), — *caesio cutis* ope *urticarum* *) ipsaque *psorae insitio*. Ad *interna remedia* quod spectat, ea potissimum morbo accommodari debent, quo viscus a caussa impetiginosa labefactatum laborat. Prae-

dem Boden dieser Orte ist so gross, dass durch zweckmässig getroffene Vorkehrungen in diesen nicht nur Bäder im Mineralwasser, sondern auch Gas-, Moor- oder Schlammbäder in häufigen Gebrauch gezogen werden." (J. U. G. Schäffer jun. l. c. p. 56).

47) „*Was die Gasbäder anlangt: so haben auch diese ihre grossen Vortheile, und haben zuweilen grosse Heilungen, sehr schnell, gleichsam an Wunder gränzende Wirkungen hervorgebracht. Da Marienbad so ungemein reich an kohlensaurem Gas ist, indem es an sehr vielen Stellen in ungemein grosser Menge aus der Erde strömt, so gibt dieser Badeort die schönste Gelegenheit, die Wirksamkeit der Gasbäder als Heilmittel ferner zu prüfen und ihre Wirksamkeit genauer zu bestimmen, als bisher geschehen ist.* (Kreysig l. c. p. 225).

48) Hirschel *Briefe über verschiedene Gegenstände aus dem Reiche der Arzneykunde*. 3. *Th.*

*) Celsus de medicina. L. III. c. 27. — Aretaeus curat. acut. morbor. L. I. c. 2. — Spiritus *Urtication in fieberhaften Krankheiten*. (Rust's *Magazin der gesammten Heilkunde*. 20. *B.* 3. *Heft*. p. 424).

Praeterea saepissime *diapnoicis* locus est, inter quae *antimonium*[49]) iterum commendandum est.

Caput VII.
De peticulis.

§. XXXIX.
Definitio. Historia.

1. *Peticulae*[1]) sunt stigmata vel maculae, subrotundae, discretae, magnitudinis circiter lentium, coloris modo fusci vel coccinei, modo lividi vel atri, utplurimum planae, aliquando prominentes, universam cutim, raro tamen faciem, saepissime jugulum, pectus et antibrachium obsidentes, digiti pressioni renitentes, diversis in morbis acutis conspiciendae. Definitio.

2. Disceptatur, utrum medici antiquitatis peticulas noverint, an ipsae primum seculo decimo Historia.

49) Werlhoff exhibebat: R. Pulveris antimonii crudi unciam unam. Sacchari uncias tres. M. D. S. Bis de die cochleare coffeanum. (Opp. med. T. III. p. 756).

1) *Synon.* Pestichie (a peste?); petechiae (vox barbara); puncticulae; lenticulae; purpura (ubi rubent). — Germ. *Petechien*, *Petetschen*, *Pestflecken*, *Blutflecken.* Gall. *Petéchies*, *Péticules.* Ital. *Petecchie.* Ross. Пятна. Pol. *Petocie.*

cimo quarto, aut saltem decimo sexto descriptae fuerint. Verba HIPPOCRATIS, quae juxta SPONIUM[2]), LINDIUM[3]) aliosque, ad peticulas spectant[4]), vel obiter perlegere sufficiet, ut TRILLERO, illa ad miliaria revocanti[5]), assentiatur. Potius locus in GALENI libro[6]) peticulis quadrat. Item alter ex HERODOTO apud AETIUM[7]), de quo argu-

2) Aphorism. novi. p. 136.

3) *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 2. *B.* 4. *St.* p. 15.

4) Epid. I. Sect. III. aeger 2. edit. LIND p. 674. („Exanthemata cum sudore rubra, rotunda, parva, veluti vari, permanebant, non abscedebant.") Lib. II. Sect. III. (Fiebant autem in febribus aestivis circa septimam, octavam et nonam diem aspredines in cute miliaceae, culicum (non pulicum) morsibus similes, non valde pruriginosae. Hae perseverabant usque ad indicationem). Et Epid. V. §. 33. p. 793. („Cutis sub pilis interpuncta velut culicum morsus").

5) Exercitatio pathologico-philologica de febre miliari, potissimum feminarum, priscis medicis Graecis haud incognita, ad quaedam Hippocratis loca illustranda. Opuscul. med. Vol. II. p. 326. Edit. Kransii. Francf. 1766.

6) Method. medendi. Lib. II. cap. 12. Edit. CHART. T. X. p. 124. („Qui evasuri erant, iis exanthemata nigra per totum corpus confertim apparuerunt, plurimis quidem ulcerosa, omnibus autem sicca").

7) Tetrab. II. Serm. I. c. 129. p. 234. Coll. STEPHAN. et edit. Graec. ALDIN. Lib. V. p. 96. b. („In febrientibus assiduae fiunt pustulae circa labia et nasum, juxta febrium solutionem: verum in principiis febrium non simpliciorum, sed a pravis humoribus ortarum

argumento LANG[8]), WELSCH[9]), GRUNER[10]) et C. SPRENGEL[11]), docte disseruerunt. Praeterea hoc ultimo opinante[12]), peticulae seculo decimo quarto, sub nomine *punctilli magni*, a GADDESDEN clare descriptae sunt. RIOLANUS[13]), JACOBUM DESPARS (alias DE PARTIBUS)[14]), medicum Parisiensem, seculo decimo quinto demortuum, etiam peticulas descripsisse contendit. Jam omnium medicorum, praeeuntibus potissimum HIERONYMO FRACASTORI[15]), OCTAVIANO ROBORETO[16]) et PETRO A CASTRO[17]), attentionem sibi promeruerunt peticulae, quae febres seculo decimo sexto Italiam

circa totum corpus exoriuntur vibices culicum morsibus similes: in malignis autem et pestilentibus febribus exulcerantur, et quaedam ad carbunculorum speciem accedunt").

8) Epistol. medic. XV. Lib. II. p. 561.

9) Curat. propr. dec. VI. cur. I. p. 287. August. Vind. 1698.

10) Morborum antiquitates p. 110.

11) *Versuch einer pragmat. Geschichte d. Heilkunde.* 3. *B.* p. 118.

12) SPRENGEL op. c. 2. *B.* p. 509.

13) *Recherches sur les écoles de medecine.* p. 217.

14) Comment. in Avicennam prima. Tract. 4. cap. 2.

15) De morbis contagiosis. Lib. II. cap. 6.

16) De peticulari febre Tridenti a. 1591. vagante. Trident. 1592.

17) Febris maligna puncticularis aphorismis delineata. Veronae 1650.

liam depopulantes, concomitatae sunt; quarumque febrium, una cum literatura, in tractatu de typho rationem reddemus. Interea inquisitionem in peticularum formas et qualitates praemittere juvabit, de quo argumento legi potissimum merentur HASENÖHRL[18]) (alias LAGUSIUS), BURSERIUS[19]), BALDINGER[20]), J. J. REUSS[21]), G. L. H. K. WEDEMEIER[22]), J. W. H. CONRADI[23]), G. PALLONI[24]) et A. OMODEI[25]).

§. XL.

Symptomata. Necroscopia.

S. prodroma. 1. Nunquam observare potuimus peticulas *symptoma* aliquod *prodromum* iis gentilitium praecessisse. Altera ex parte legimus apud RAMAZZINI[1]), in epidemia quadam Mutinensi peticulas annuntiatas fuisse a lassitudine lumborum et dorsi cum ardore faucium, genisque rubris; atque

18) Historia medica morbi epidemici, sive febris petechialis, quae a. 1757—59. Viennae grassata est. Vindob. 1760.

19) Instit. med. pract. T. II. cap. X.

20) *Neues Archiv.* 3. *B.* 4. *St.* p. 358.

21) *Wesen der Exantheme. Aschaffenburg* 1814. *Erster Theil. Das Fleckfieber oder die Kriegspest.*

22) De febre petechiali diss. inaug. Gött. 1812.

23) Animadversiones de febre petechiali. Heidelb. 1818.

24) *Commentario sul morbo petecchiale. Livorno* 1819.

25) *Del governo politico-medico del morbo petecchiale. Milano* 1822.

1) l. c. §. 17.

atque apud HASENÖHRL[2]), in epidemia Viennensi, anxietatem circa praecordia, levem nauseam et vomituritionem iis praegressas esse: ast haec sunt symptomata prodroma multorum morborum acutorum, etiamsi in illis peticulae nunquam manifestentur; unde quonam jure prorupturis peticulis hic tributa fuerint, non intelligimus.

§. eruptionis.

2. Quocunque demum in morbo peticulae compareant, *eruptio* contingit aliquando ante ipsam febrilium symptomatum evolutionem; hinc inde prima, secunda, tertia, plerumque quarta morbi die, non raro tardius, septima scilicet, interdum vel decima quarta. Prorumpunt peticulae momento temporis, primum ad jugulum, ad pectus, ad internam brachiorum superficiem; dein ad dorsum, ad crura, ac tandem ad reliquas corporis partes, excepta plerumque facie. Interea vel in facie peticulas, praesertim in infantibus et feminis, inprimis ad palpebras, ad genas et circa mentum pluries vidimus, viderun tque STRACK[3]), CALLISEN[4]), J. P. FRANK[5]) multique alii. Quandoque peticulae ordine inverso erumpunt[6]), aut eruptio ad unam alteramve partem limitata cer-

Y 2 nitur.

2) l. c. p. 265. 3) l. c. p. 18.

4) Acta Soc. Reg. Havn. T. I. p. 358.

5) Die sexta Maji 1794. igitur post publicationem tertii voluminis epitomes, ubi se nunquam peticulas faciei vidisse, affirmat auctor.

6) SAGARIUS syst. morbor. sympt. cl. X. ord. I. gen. 4. spec. 4.

nitur. Peticulae labia, orisque cavum, nec non fauces cooperiisse, feruntur quidem, ast omnibus rite perpensis, maculas, de quibus loquitur ingenuus caeterum vir[7]), non fuisse veras peticulas, sed ecchymomata, apparet. Peracta peticularum eruptione morbus pro re nata nunc suam pergit viam, nunc exasperatur, nunc lenitur.

Efflorescentia. 3. *Copia* peticularum admodum varia; saepissime innumerabiles sunt. Nihilominus cae vix unquam confluunt[8]) et constanter *figuram* satis regularem, subrotundam exhibent, etsi ad basin interdum parumper, veluti gutta atramenti, chartae emporeticae inspersa, difluant. Aliquando figuram stellae induunt[9]). Maculae, quae evidenter et ita diffluunt, ut figuram regularem amittant, aut maculae magnitudinem lentium multum excedentes ad ecchymomata pertinent; verae enim peticulae solummodo punctula minuta, sive maculas, illis ex morsu pulicum similes, referunt, et

7) Herder in Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 9. *B.* p. 173.

8) Confluere licet raro peticulas monet S. G. Vogel l. c. p. 289. („*Zuweilen laufen doch zwey, drey und mehrere Flecken zusammen und machen breite Petechien. Diess geschieht am gewöhnlichsten auf dem Leibe, auf den Schulterblättern*").

9) Brocklesby *oeconomical and medical observations. Lond.* 1764. p. 199. — Brückmann *prakt. Bemerkungen über die Wechselfieber* in Horn's *Archiv.* 1812. *Jan. Febr.* p. 134.

et vix unquam lentes magnitudine superant. Rarissime pruritu stipantur, vel epidermidem elevant, quo solo in casu, tactu percipi queunt. Contraea, saepe saepius peticulae ita sub cute sepultae jacent, ut difficulter et nonnisi per obliquam inspectionem cerni possint. *Color* earum utplurimum puniceus, fuscus est, interdum vero violaceus, lividus, ater, vel etiam purpureus, coccineus. Purpureus color praesertim peticulis super epidermidem prominentibus ac prurientibus proprius est, unde earum similitudo cum *morbillis*, quam, praeter Roboretum[10]) atque Stollium[11]), et nos vidimus. Interdum in uno eodemque aegrotante peticulae varii observantur coloris; attamen, cutim inde marmoris instar variegatam fuisse, in ecchymomate quidem, nequaquam vero in peticulis observavimus. — *Efflorati*o peticularum per tempus paene indeterminatum protrahitur. Nonnunquam primo nychthemero jam evanescunt, alias per totum morbi curriculum vigent, aut ad convalescentiam usque perstant[12]). Fugatae peticulae hinc inde redeunt iterumque redeunt, quin ob id morbi mutatio necessario contingat. Sunt tamen, qui sub regressu peticularum augmentum mali viderunt.

4. Petrus a Castro de *desquamatione* post peti- Desquamatio.

10) l. c. cap. XI. 11) l. c. p. 120.
12) Acta mea clinica, Vol. I. cap. 3. p. 51.

peticulas loquitur[13]). Eam revera nuper post peticulas, morbillis similes, conspeximus. Hisce autem peticulis exceptis, nullam unquam post exanthema de quo agitur, observavimus desquamationem. In ea hinc versamur opinione, contrarium contendentes, a secessu epidermidis, convalescentiae post febres nonnullus in genere proprio, quatenus illam peticulis adscripserint, in errorem ductos fuisse.

Necroscopia. 5. Vidimus quidem peticulas in cadaveribus superstites, nunquam vero, ut FORESTUS testatur[14]), easdem post mortem primum comparentes. Probabili argumento hujusmodi peticulae nihil nisi ecchymomata, haud raro sub ipso mortis articulo prorumpentia, fuerunt. Affirmat DIEMERBROECK, peticulas apicem in cute habuisse, cum basi vero profunde, ita ut fere conum efficerent, ad ossa penetrasse[15]). STOLLIUS vero hunc auctorem cum peticulis ecchymomata confudisse objicit[16]), nequaquam vero negat, *peticulas* dari *internas* quas necroscopiâ ad pleuram, pericardium, cor ipsum, diaphragma, meninges demonstravit, quarumque existentiam et SCHLICHTHORST comprobavit[17]). Hujusmodi autem peticulae internae nullam cum externis communicationem

13) l. c. sect. 4. §. 38.
14) Obs. et curat. medicae. T. I. Lib. VI. obs. 37.
15) De peste. Lib. IV. hist. 32.
16) Rat. med. P. I. sect. cadav. 8.
17) Diss. de petechiis. Goett. 1783 p. 12.

nem alunt. Sedes peticularum in rete, a systemate vasorum capillarium efformatum, communi consensu locatur; idque jure: vidimus saltem injectionem vasorum capillarium cutis, e brachio hominis cum peticulis demortui, captae, ubi materies colorata, quae injectioni inservierat, tot circa illa vasa efformabat puncta, quot prius ibi animadversae erant peticulae [18]). Morbos peticulares praeterea saepe inflammationes vel cerebri [19]) vel arachnoideae [20]) socias habere, recentiores testantur.

§. XLI.

C a u s s a e.

1. Peticulae praecipue observari solent in aetate media, in maribus, in regionibus uliginosis et humidis, in locis occlusis, temporeque vernali et aestivo. C. praedisponentes.

2. Excitantur peticulae a contagiis pestis, typhi, variolarum, morbillorum, scarlatinae, nec non a caussis aliorum morborum acutorum, praecipue primarum viarum impuritatibus. C. excitantes.

3. *Caussa proxima* peticulae, communi, ut diximus, consensu, in sanguinis guttam, in rete muco- C. proxima.

18) Memorabile hoc praeparatum anatomico-pathologicum mihi illustris physiologiae in universitate Viennensi quondam professor Prochaska a. 1817. exhibuit.

19) Jemina in Brera *Giornale di medicina pratica. Vol.* 3. 1813.

20) Reuss l. c.

mucosum effusam locatur. Quae opinio, praeterquam quod anatomiae pathologicae superstructa sit, confirmatur quoque ab analogia peticularum cum morsibus pulicum, cumque maculis scorbuticis; nec non a frequenti haemorrhagiarum cum peticulis connubio. Differunt vero medici quoad explicationem modi, cujus ope effusio cruoris peticulam gignens, contingit. Explicant nimirum hoc phaenomenon alii per solutionem et corruptionem sanguinis e propriis vasis transsudantis; alii per defectum oxygenii nimiamque principii carbonici in humoribus copiam; alii per solidorum laxitatem et atoniam; alii per virium vitalium dejectionem in systemate vasorum capillarium cutis praedominantem; alii per vasorum istiusmodi ruptionem[1]); alii per labefactationem medullae spinalis, utpote quae nervis suis potissimum cutis functiones regit[2]); alii demum per stimulum specificum vasis capillaribus cutis illatum, illaque ad secretionem morbosam impellentem. Forte plurimae istarum explicationum pro re nata admittendae forent. Nulla vero (ultimâ quodammodo exceptâ) rationem reddit, cur peticulae figuram rotundam constanter retineant? cur vix unquam inter se confluant? et cur uno tem-

1) Swieten comment. §. 723.

2) Robert Reid in *Transactions of the association of fellows and licentiates of the king's and queen's college of physicians in Ireland. Vol. III.* 1820.

temporis puncto in universo fere corpore mox compareant, moxque evanescant?

§. XLII.

D i a g n o s i s.

1. Ante omnia peticulae a maculis quibus *morsus pulicum*, ne dicamus de aliis insectis *), ansam porrigunt, distinguendae sunt, quam diagnosis partem magni in arte viri [1]) dilucidare non sunt dedignati. Distinct. pet. a morsib. pulicum.

Maculae a morsibus pulicum.	*Peticulae.*
1. Exhibent in medio (saltem dum recentes sunt) punctum a punctura aculei relictum.	1. Punctum in medio non animadvertitur.
2. Sub digiti pressione nisi punctum in medio, saltem rubor totius peripheriae evanescit, ablataque compressione redit.	2. Sub compressione non evanescunt.
3. In omnibus cutis par-	3. Peculiaribus cutis lotibus

*) Teste A. Humbold (*Voyage aux régions équinoctiales du nouveau continent*) ab ictu insectorum vulgo *Moscuitos* et *Zancudos* (*Nemoceres* Lacretellii) ecchymoma sub forma puncti ex nigro brunei relinquitur, excitata febre cum turbis primarum viarum.

1) Roboretus l. c. cap. XI. p. 174. 175. — Petrus a Castro l. c. Sect. III. §. 31.

tibus indiscriminatim obveniunt.	cis praecipue addictae sunt.
4. Lintea inde maculantur.	4. Lintea immunia manent.
5. Frictione ope pastae ex farina lupini albi et aceto evanescere dicuntur[2]).	5. Frictioni qualicunque resistunt.

Caeterum peticulas cum maculis a pulicum morsibus productis societatem inire posse per se patet.

Distinct. peticul ab aliis exanth. et impetig.

2. Porro ut *peticulae* a *miliaribus rubris*, a *morbillis*, a *variolis* sub actu eruptionis, a *lentigine aestiva* et ab *ecchymomate* (cui peticulas sic dictas *chronicas* adscribimus) distinguantur oportet. Quoniam vero ad praecepta, quae huc spectant, intelligenda, una peticularum notio minime sufficit, sed et illa reliquorum morborum requiritur, hanc diagnosis partem in sequentibus capitibus passim trademus.

Peticulae num exanthem. prim. an secundar.

3. Interea magna se exhibet nosologorum quaestio, utrum scilicet *peticulae exanthema sistant symptomaticum* seu *secundarium*, an *exanthema essentiale* seu *primarium?* — Dum peticulae seculo decimo sexto a medicis Italiae, nisi primum, saltem accuratius descriptae sunt; egregii viri ab illis, utpote a symptomate externo eo-

que

2) Petrus a Castro l. c. — Pudet me hoc experimentum nunquam repetiisse.

que evidentissimo, ita commoti fuere, ut totum inde repetierint morbum. Seculo autem decimo octavo medici (praeeuntibus Bergio[3]), Jouberto[4]), Macbridio[5]) et Cullenio[6])), aliter sentire et peticulas pro febrium *symptomate* duntaxat declarare inceperunt; quae opinio ad praesens usque aevum in Anglia[7]), Gallia[8]) et quodammodo in Germania[9]) praevaluit. Secus in Italia[10]). — Innititur opinio, peticulas *exanthema symptomaticum* constituere, sequentibus argumentis: 1° Peticulae symptomatibus *prodromis* carent, saltem talibus, qualia stadium invasionis variolarum, morbillorum et scarlatinae exhibere solet; 2° peticulae *tempore indeterminato* erumpunt; quum exanthematum vix dictorum eruptio plus minus

3) Act. acad. sc. Suec. Vol. XXVIII.

4) *Histoire de la société R. de medec.* a. 1776. p. 529. *Paris* 1779.

5) Introduct. meth. in theor. et prax. T. II. cap. 11.

6) Gener. morborum. Ord. II.

7) Inter medicos qui typhum circa a. 1817 in Hybernia et Scotia saevientem descripserunt, nec unus est, qui peticulas super reliqua symptomata extolleret.

8) In scholis Pinelii et Broussais peticularum ut *symptomatis* febrium quaestio fit.

9) Exceptis scholis Goettingensi et Heidelbergensi, reliquae Germaniae, quod sciam, peticulas neutiquam pro morbo sui generis habent.

10) A. Palloni, A. Omodei fereque omnes, qui de typho a. 1817. Italiam depopulante rationem reddiderunt, in peticulis morbi essentiam quaesivere.

minus *certis* diebus alligata sit; 3° peticularum efflorescentiâ peractâ, in reliquis symptomatibus nulla fit mutatio, enim vero nec remittunt, uti post eruptionem variolarum benignarum, nec invalescunt, uti post illam morbillorum et scarlatinae accidere solet; et 4° peticulae saepe post eruptionem mox iterum evanescunt, quin ideo visceribus insidias struant, uti in variolis, morbillis et scarlatinâ, dum cuti praepostere valedicunt, contingit.

Continuatio argumenti. 4. Argumenta haec nonnisi certos inter limites valere BURSERIUS[11]), J. P. FRANK[12]) contendunt. Ad epidemias provocant, ubi peticulae utique symptomata prodroma habebant, ubi illarum eruptionem utique levamen febris sequebatur, verbo, ubi peticulae, nisi in omnibus, saltem multiplici sub respectu sese instar variolarum, morbillorum et scarlatinae gerebant. Placuit itaque egregiis viris mediam inire viam atque *peticulas* admittere tum *symptomaticas*, tum *primarias*.

Continuatio argumenti. 5. Divisio haec peticularum orthodoxis nosologis nostri aevi minime arridet. Quis unquam, ajunt, variolas, morbillos et scarlatinam modo ut symptoma, modo ut malum primarium vidit? Et, si istiusmodi exanthemata semper ut primaria et nunquam ut secundaria obveniunt, cur aliter respectu ad peticulas contingeret? Malunt ita-

11) l. c. §. 309.

12) Epit. de cur. hom. morbis. T. III. §. 314.

itaque eas duntaxat peticulas, quae inter reliqua symptomata eminent, ut genuinas, exanthematibus primariis adscribere, reliquas autem, quae vulgo symptomaticae dici solent, pro peticulis *spuriis*, sive *maculis peticularibus* (*peticuloide?*) declarare, itaque e peticularum numero plane eliminare et ad ecchymomata remittere; quod nobis rationi maxime consonum videtur. Restaret solum, ut docti illi viri simul criterium, cujus ope peticulae genuinae a spuriis ad *lectum aegrorum* distingui possint, in medium afferrent. Tale quidem criterium in *contagio* locatum esse contendunt, utpote quod unis peticulis genuinis proprium sit. At in praxi exercendâ natura morbi aut contagiosa aut non contagiosa non semper ita in propatulo est, ut illico diagnosis illi superstrui possit. Requiritur hinc criterium obvium, a forma exanthematis desumtum, — quod hucusque non habetur. Sunt enim peticulae genuinae interdum peticulis spuriis adeo similes, ut gutta aquae alteri. Contrarium contendentes sane a figura, quam peticulae in una alterâve epidemiâ solito constantius obtulerunt, in errorem ducti sunt [13]). Alii criterium genuinas peticulas a spuriis

13) Quis, observatis multis febrium peticularium epidemiis, subscriberet verbis cl. PALLONII? „*Infatti le macchie petecchiali sono esattamente circoscritte e rotonde, come minutissimi punti, o morsicature di pulci, e l'esantema petecchiale è d'ordinario più grande, più irregolare nella sua forma, e più rassomigliante ai*

riis distinguendi *in peculiari morbi curriculo* invenire putant. Ast boni viri inde in circulum vitiosum incidunt; ad demonstrandum enim adhibent, quod prius jam demonstrandum fuisset. Quibus omnibus rite perpensis ut tandem viam e labyrintho inveniamus, sequens exhibemus filum Ariadnaeum.

Finis argumenti. 6. Proposito nostro innixi, in morborum definitionibus stabiliendis duntaxat characteribus illorum obviis standi; *peticularum* nomine indiscriminatim omnes salutamus maculas, quae cum notis in peticularum definitione traditis [14]), obveniunt. Dein convenimus libenter, inter peticulas ita definitas magnum exstare discrimen, quod nisi probe stabiliretur, omnis peticularum doctrina vana foret. Quoad modum autem differentias inter

morbilli, o se prende talvolta la forma punticolare, questi punti sono circonduti da un' areola rossastra. Le prime sono di un rosso smorto, e più spesso lividastre, perchè nascenti da ecchimosi, e non da infiammazione; e l'esantema petecchiale è di un rosso vivo infiammato, di rado livido e nerastro nella sua degenerazione. Le prime sono appianate e levigate: l'altro, tanto allorchè è maculoso, quanto allorchè è punticolare, è scabro al tatto, rilevato e diviso in solchi formati da elevamento di epidermide. Qualche volta accade, di vederlo più appianato, e comparisce a pena sotto l'epidermide; e sono questi i casi nei quali, senza un' attenzione a tutto il resto, confonder si potrebbe con le macchie puliculari." (l. c. p. 8).

14) §. XXXIX. No. 1.

inter peticulas et peticulas eruendi, ab antecessoribus in co differimus, quod quaestionem de peticulis symptomaticis et primariis plane evitamus. Hujus enim generis divisiones scholasticas eousque duntaxat admittendas esse censemus, quousque doctrinae claritatem promovent, neutiquam vero in casu contario. Morbos probe nosse, quibus peticulae familiares sunt; peticularum proprietates istis in morbis exacte eruere, et una duce experientia medendi rationes rerum positionibus accommodatas stabilire; en scopum nostrum! Ad quem consequendum mox de peticulis in febribus intermittentibus et continuis, utpote morbis, quorum doctrina jam praemissa est, agemus; ad tractatum autem de peste et de typho doctrinam peticularum istis in morbis familiarium, remittimus, et sic in posterum respectu variolarum, morbillorum, scarlatinae etc.

Peticulae in febribus intermittent.

7. Monuimus [15]) non solum sub stadio frigoris febrium intermittentium interdum maculas cum peticulis similitudinem alentes in conspectum venire, sed etiam exstare febres intermittentes, quarum potissimum symptomata *peticulae* sistunt. Febres hujusmodi propter periculum quo stipari solent, *perniciosae petechizantes* audiunt. Descriptae sunt a Bartholino [16]), Moran-

15) P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II.

16) Tertiana epidemica petechialis a. 1652. in Dania ob-

RANDO[17]), WERLHOFIO[18]), BURSERIO[19]), NOTARJANNIO[20]), aliisque inter Italos nostri aevi[21]). Illarum plurimas ipsi quondam in Insubria conspeximus. Praeviis binis paroxysmis, qui primum frigore pertinaci, dolore tensivo dorsi, lipothymiis, dein calore cum praecordiorum anxietate, pulsu parvo depresso stipantur, tertia accessione, rarius tardiori, ingruente *peticulae*, vel rubicundae, vel livescentes, circa collum, pectus, humeros copiosae superveniunt. Succedente apyrexia, peticulae, ut observavimus, una cum reliquis symptomatibus pro tempore evanescunt; juxta aliorum observationes[22]), solae remanent, donec novus paroxysmus cuncta priora mala revocet; sicque ad brevi expectandam mortem aut sanationem usque. Febris ista perniciosa petechizans potissimum in locis uliginosis, tempore autumnali, et in hominibus ad scorbutum proclivibus[23]) observari solet. Magna est illius cum febre inter-

servata. Vid. THEOPH. BONETI Polyanthes. T. I. p. 252. Genev. 1691. fol.

17) De quibusdam tertianis perniciosis commentatio.

18) Observationes in febr. praecipue intermitt. Sect. III.

19) Institut. med. pract. T. I. §. 177.

20) *Sulle febbri di mutazioni. Napoli* 1788. §. 12. 17. 20. 44.

21) Cfr. OMODEI op. c. T. I. p. 118. — PUCCINOTTI *storia delle febbri intermittenti perniciose di Roma.* p. 306 sq.

22) BURSERII l. c.

23) WERLHOF l. c. — PUCCINOTTI l. c.

intermittente scorbutica affinitas, imo suspicatur Burserius [24]) febrem tertianam scorbuticam a Wedelio visam, ad petechizantem revocandam esse. Quodsi perpendamus symptomata scorbuti saepe cum lienis affectionibus nexum habere, non mirabimur, illa in febribus intermittentibus, utpote saepe lienis affectione stipatis, obvenire. Verosimile praeterea est, peticulas in febribus intermittentibus, quammaxime ad conditionem ecchymomatum scorbuticorum accedere, et ab iis duntaxat propter curriculum acutum differre. De febribus intermittentibus petechizantibus loqui non desinemus, quin moneamus, eas facile cum typho confundi posse. Quod accidit, dum aegri febribus intermittentibus correpti ad nosocomia, ubi typhus regnat, deportantur. Irruente nimirum in eos contagio typhode, saepe peticulae in conspectum veniunt, quae, antequam accessionis novi morbi habeatur notitia, facile a febre intermittente repetuntur. In tractatu de typho fusius docebimus, posse etiam remissiones conspicuas, quibus typhus peticularis interdum primis morbi diebus stipatur, incautis pro febre intermittente petechizante imponere.

8. Si proclivitatem febrium inflammatoriarum ad haemorrhagias perpendamus, illas non frequentius peticulis stipari, miramur. Sub valido nempe cruoris, vigentibus febribus inflammatoriis, impetu, *Peticulae in febrib. inflammatoriis.*

24) l. c. §. 178.

petu, inprimis si calidum regimen et usus cardiacorum stimulantium superaccedat, sicque ut SWIETENII verbis[25]) utamur, ignes addantur ignibus, nil aliud expectandum praeterquam quod sanguis vasorum cutis capillarium vim superet, ac in vicinum rete Malpighii effundatur.

Periculae in febrib. rheumaticis. 9. Et quid miri, si caussa *febrium rheumaticarum* alioquin systemati dermoideo aeque ac arteriis et venis infensa, in vasis cutis capillaribus secretionem morbosam cruoris, aut saltem seri illius eliceret, indeque superficiem externam corporis peticulis macularet?

Peticulae in febrib. gastricis. 10. Ex nexu viscerum abdominalium cum cute facillime *origo peticularum in febribus gastricis* praesertim biliosis intelligitur[26]). Imo fateamur oportet, nos nullibi peticulas formosiores, quam istis in febribus vidisse; videlicet purpureas, super cutim, morbillorum vel variolarum erumpentium instar elevatas laeteque florentes. Facile hinc intelligitur, cur tirones in arte medica, dum

25) l. c.

26) SCHULZE diss. de ventriculi et intestinorum in omni genere morborum habenda ratione. Halae 1735. — S. G. VOGEL l. c. p. 291. („*Die Petechien sind sehr oft eine Wirkung fauler Unreinigkeiten in den ersten Wegen; daher sie in faulen Gallenfiebern eine gemeine Erscheinung sind, wenn es damit bis auf einen gewissen Grad gekommen ist, die nöthigen Ausleerungen versäumt, und zur Unzeit hitzige, schweisstreibende Mittel gebraucht worden sind, auch wenn man zur Unzeit zur Ader gelassen hat*“).

dum hujus generis peticulas prima vice vident, eas vel pro morbillis, vel pro variolis vel pro typho proclament. Hisce erroribus quomodo occurrendum sit, debitis tradetur locis. Praeter peticulas prominentes et purpureas, febres gastricae praesertim eae, quae in nervosas tendunt, alias adhuc agnoscunt planas et lividas.

11. Peticulae quae in febribus *nervosis*, ex inflammatoriis, rheumaticis et catarrhalibus evolutis, oriuntur, item illae quae febres nervosas primarias concomitantur, utplurimum stigmata potius quam maculas constituunt. Adparent potissimum juxta curriculum vasorum majorum, solitariae, coloris longe saepius luridi quam floridi. Peticulae in febrib. nervosis.

§. XLIII.

P r o g n o s i s.

1. Quum exanthema, a nobis nomine universali peticularum comprehensum, maculas variae admodum indolis amplectatur; *prognosin* illud *generalem* haud admittit. Id solum valet, peticulas, quocunque in morbo comparuerint, flocci pendendas non esse. Quae inter illas rubrae vel fuscae sunt, minus periculosae quam lividae et atrae esse solent; at non sine exceptione. Periculo etenim magno peticulae etiamsi rubrae stipatae erant apud LUDWIGIUM[27]). In genere probe notandum ex solo peticularum *colore* Generatim.

Z 2 incer-

27) Adversaria medicinae practicae. Vol. I. P. I. p. 35.

incertissimum proferri judicium. Mutatur enim iste color vel unius horulae spatio per cubiculi auctam vel imminutam temperaturam, per animi pathema, per potum meracum; aliasque caussas adhuc ignotas.

P. peticular. febr. intermitt. petechizantis.

2. Prognosis *febris intermittentis petechizantis* ex ipsa illius descriptione elucet. Caeterum huic morbo epitheton *perniciosi* non omni in casu convenire putamus. Convenit nimirum, dum et reliqua symptomata periculum vitae denotant, dumque peticulae paroxysmis alligatae sunt. Contra peticulas quae in solitis febribus intermittentibus prorumpunt, quae per apyrexiam protrahuntur, quaeque potius effectum complicationis fortuitae cum scorbuto, quam morbi acuti ipsius sistunt, sine praecipiti saltem discrimine extitisse, vidimus.

P. peticul. in febrib. inflamm. et rheumaticis.

3. In febribus *inflammatoriis* et *rheumaticis* peticulae tantum non portenderent periculum, imo, si cum magno levamine erumpunt, ut reliquae haemorrhagiae pro *criticis* haberi possent; verum dum sanguis illis in febribus jam sua vasa in cute derelinquere incipit, quis, simile quid etiam in partibus internis, puta circa pulpam cerebri, medullae spinalis etc. non contingere spondet? Ac re quidem vera apparitio peticularum in febribus inflammatoriis et rheumaticis utplurimum transitus illarum in morbos longe pejores (e. c. in febres nervosas) indicium est.

4. Pe-

4. Peticulae rubrae et prominentes, in *febribus gastrico-biliosis* erumpentes, circa septimam diem, aut sponte, aut superveniente levi diarrhoea foeculenta, evanescere solent. Quandoque desquamationis, ut monuimus, vestigia inde relinquuntur. P. peticul. in febrib. gastr.

5. In *febribus nervosis* peticulae maxime timendae sunt, dum in morbo adhuc recenti comparent; dum vix evolutae cum aliorum symptomatum augmento, jam iterum evanescunt; dum eruptio ad unum duntaxat cutis locum limitatur; dum sub cute latent et diffluunt, dum minimae et copiosae sunt, dumque colore nigro et violaceo instruuntur. P. peticul. in febrib. nervosis.

§. XLIV.

C u r a.

1. Peticularum praesentia nil in morborum *cura* immutat; eaedem enim indicationes, quae et alias sub simili rerum positione locum obtinuissent, valent. Generatim.

2. Exemplo esto *febris intermittens petechizans;* in qua *cortex cinchonae* solitam vim exerit, dummodo complicationes, si opus fuerit, antea remotae fuerint. Hoc sub respectu maxime ad primarum viarum puritatem respiciendum. Quodsi morbus in longum protraheretur, etiam diathescos scorbuticae ratio habenda esset. Praeter aëris puritatem et siccitatem, victum facilis digestionis, succos vegetabilium subacidos, atque vinum, C. febr. intermitt. petechizant.

vinum, nobis connubium *cinchonae* aut cum radice *acori calami*[28]) aut cum *elixirio vitrioli Mynsichti*[29]) inprimis profuit.

C. peticul. in febrib. inflamm. et rheumaticis. 3. *Febris inflammatoria*, etiamsi peticulis insignita, *phlebotomiam* exposcit, si alioquin indicata sit. Loquimur tamen potius de indicationibus, quae ex phlogosi viscerum, quam de iis, quae ex una febris vehementia pullulant. Hae enim, praesentibus peticulis, dubiosae sunt. Aurea hìc tradidit praecepta Burserius noster[30]). Phlebotomiâ non aperte indicatâ, saltem ad *cucurbitulas cruentas* confugiendum[31]). Porro ne quis putet, eruptionem cutaneam regimen refrigerans

28) R. Pulveris cinchonae drachmas sex — radicis calami aromatici drachmas duas. M. Divid. in octo partes aequales. Cap. ter de die dosis. Quodsi *sulphas chininae* exhiberi placuerit, id fiat sub forma pulveris, superbibendo infusum calami aromatici.

29) Ad libram decocti cinchonae scrupulum unum elixirii, addito syrupo cinchonae. — Aut quod magis arridet, alternatim nunc decoctum ad uncias duas, nunc elixirium ad guttas sex vel octo, cum aquae cochleari.

30) l. c. §. 355. („Inprimis ad faucium inflammationem respicere oportet. Si haec magna, venaesectio sine periculo omitti non potest").

31) Burserius l. c. §. 356. („Ubi vero non satis perspicua videatur phlebotomiae indicatio, et tamen symptoma aliquod capiti aut pectori infestum postulet, ut ei succurratur, tutissime sanguis per *cucurbitulas scarificatas* detrahatur").

gerans respuere [32]). Ast ne quid nimis! praesertim in provectiori morbo, adpropinquante criseos tempore.

4. Transpirationis negotio inprimis studendum est in *peticulis febrium rheumaticarum et catarrhalium* comitibus. C. peticul. in febr. rheum. et catarrh.

5. Sub *gastrica febris, peticulis stipatae, natura*, consuetae indicationes et contraindicationes vigent [33]). Contraindicantur potissimum nimiae et praeposterae alvi evacuationes, quippe quae curriculum morbi perturbare illiusque vim ad tubum intestinalem determinare solent. Ad felicissimum exitum obtinendum, nobis semper satisfecit aut *serum lactis tamarindinatum* aut parvae *tartari emetici* doses. C. petic. in febr. gastricis.

6. Febre gastrica in nervosam transeunte, item in febre *nervosa* primaria, peticulae, nec consuetis indicationibus (lotione aegrotorum frigidâ non exceptâ) obstant, nec novis ansam porrigunt. Laus frictionibus cutis, ope unguenti mercurialis adversus peticulas impertita, debillimo hypothesium tum antiquiorum [34]), tum recentiorum [35]) fundamento innititur. Idem de illinitione C. pet. in febre nervosa.

32) Reuss (l. c. §. 169.) pulchre de hoc objecto locutus est.

33) Legatur Reuss l. c. §. 180—198.

34) Ambr. Paré l. c. lib. XII.

35) Giannini *della cura delle febbri. Milano* 1805. p. 369. — Brera in *memorie della societa Ital. delle scienze. T. XVIII. Fasc.* 2.

tione cutis ope *acidi nitrici* vel *muriatici oxygenati* axungiae immixti, scopo corpus oxygenio locupletandi[36]) valet. Caeterum et *simplicem cutis frictionem*[37]) et *acida mineralia* in febribus, peticulis stipatis, cum fructu adhiberi posse, non negamus.

Monitum. 7. Complementum doctrinae peticularum (hic summatim tantum traditae) in tractatu de *typho* invenietur.

CAPUT

36) PALLONI l. c. p. 167.

37) Illustris medicus quondam Russiarum Imperatricis *Annae* J. B. FISCHER in pretiosissimo opusculo de febre miliari Rigae a. 1767 edito p. 77. sic scribit: „Momentum, in omnibus fere exanthematicis observandum, mihique inprimis in febribus petechialibus solenne, quod petechiarum excretionis non primaria habeatur ratio, sed sustentatio toni systematis nervosi, per analeptica antipyretica, et *frictiones*. Frictione haerens in extremitatibus vasculorum sanguis morbidus, partim attenuatus sub seri forma per cutim transit, partim ad massam redit absque periculo. Nam, si vires vitae per nervos frictione modesta roboratos, et per reliqua interna subsidia sublevantur, extravasatus et correptus in peripheria sanguis per debita organa eliminabitur: deficientibus autem vitae viribus, stagnans, uti in peripheria, ita in majoribus ramis sanguis, deleterium dabit finem."

Caput VIII.

De miliaribus.

§. XLV.

Definitio. Historia.

1. *Miliaria*[1]) sunt papulae, saepeque pustulae, figurae seminum milii, in puerperio et in diversis morbis acutis, praeviis plerumque febris exacerbatione, repetito horrore insignitâ, pectoris oppressione, motibus spasmodicis et sudoribus copiosis ac foetidis, prorumpentes. Definitio.

2. Hippocratem miliaria descripsisse, duce Trillero monuimus[2]). Absoluta tamen illorum notio ortum duxit a seculo decimo septimo, quo accurate de iis, praeeunte Coyttaro[3]) locuti sunt: Historia.

Rive-

1) *Synon.* Purpura; purpura alba; purpura miliaris; emphysis miliarium. Ital. *Febre migliare; migliarina; miarola.* Hisp. *Calentura miliar; millos.* Germ. *Friesel; Hirsen-Fieber.* Belg. *Gierstkoorts; de beete Koorts; de Brandende.* Gall. *La miliaire.* Angl. *Miliary fever; rash.* Ross. Просовидная сыпь. Polon. *Fryzle, prosowa wysypka.* Dan. *Frisler; Hirsefeber.* Suec. *Frisel; Hvita friseln.*

2) Cap. VII. §. XXXIX. No. 2. (5).

3) Cfr. Schnurrer *Chronik der Seuchen.* 2. *Th.* p. 133.

Riverius[4]), Forestus[5]), Hoppius[6]), Hentschel[7]), Major[8]), Fasch[9]), Thiele[10]), Wedel[11]), Rayger[12]), Brunner[13]), et praecipue Neucrantz[14]) ac Welsch[15]), quorum ultimorum auctorum ille miliaria *Lubecae*, hic *Lipsiae*, in pernicioso puerperarum morbo regnantia, descripserunt. Magis magisque miliarium doctrinam, seculis sequentibus, praeter *memoriarum actis academicis* insertarum[16]) atque *dissertationum inauguralium*[17])

4) Prax. med. Lib. XVII. sect. 3. cap. I. obs. 21.

5) De symptomatibus febrium. Lib. VI. obs. 59.

6) Diss. de purpura. Lips. 1652.

7) Diss. de purpura. Wit. 1661.

8) Diss. de purpura. Kilon. 1673.

9) Diss. purpuram puerperarum exponens. Jen. 1674.

10) Diss. de purpura epidemica scorbutica. Witeb. 1685.

11) Diss. de purpura puerperarum. Jenae 1690.

12) De febre maligna cum exanthematibus miliaribus. In: Miscell. acad. nat. curios. Dec. 1. a. 3. 1692. p. 496. Dec. 3. a. 5 et 6. 1697 et 1698. Append. p. 132.

13) De febre maligna miliari. Ibid. Dec. 3. a. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 341.

14) De purpura liber singularis. Lubec. 1648.

15) Historia medica novum istum puerperarum morbum continens, qui ipsis *der Friesel* dicitur. Lipsiae 1655.

16) J. Ch. Mentzel de puerpera, febri maligna miliari sive purpura alba cum vesiculis pellucidis ceu crystallinis laborante. In: Misc. acad. nat. cur. Dec. 3. a. 9 et 10. 1701—1705. p. 329. — F. J. Grünwald nova febris miliaris, sub exitum anni 1733 et initium anni 1734, in celsissimo Alpium Penninarum Bavariae

lium [17]) auctores, illustrarunt quoque D. HA-

MIL-

jugo epidemice grassantis historia. In: Act. acad. nat. curios. Vol. VI. Append. p. 37. — J. R. ZWINGER historia purpurae albae et rubrae, seu febris miliaris apud nos observatae anno 1756. In novis actis Helveticis. Vol. I. p. 108. — BARAILLON *mémoire sur la fievre miliaire.* In: *Hist. et mém. de la société R. de méd. a.* 1776. p. 193. *a.* 1777 *et* 1778. p. 198. — VARNIER *essai sur la fièvre miliaire, qui regne souvent dans plusieurs cantons de la Normandie.* Ibid. *a.* 1779. p. 281. — ANFAUVRE *dissertation sur la question: Existe-t-il véritablement une fièvre miliaire essentielle et distincte des autres fièvres exanthématiques, et dans quelle constitution doit-elle être rangee?* Ibid. *a.* 1780 *et* 1781. p. 47. — SCHAHL et HASSERT *précis historique et pratique sur la fièvre miliaire, qui a regné épidémiquement dans plusieurs communes du département du Bas-Rhin pendant l'annee* 1812. In: SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd c. de Paris. T.* 48. p. 71.

17) EYSEL diss. de febre purpurata. Erf. 1702. Ejusd. diss. de purpura. Erf. 1715. — AMMON diss. de febre miliari. Altd. 1707. — JACOBI diss. de febre purpurata. Erf. 1709. — ALBERTI diss. de purpura cum febre complicata. Hal. 1710. Ejusd. diss. de dysenteria, cum *purpura* et petechiis complicata. Hal. 1718. Ejusd. diss. de purpura puerperarum. Hal. 1728. — VESTI diss. de purpura puerperarum. Erford. 1711. — GRAFIUS diss. de aegra, purpura alba miliari laborante. Giess. 1712. — JUCH diss. de febre miliari, vulgo purpura rubra et alba. Erf. 1716. — BERGEN diss. de purpura. Francf. 1716. — BAIER diss. de febre miliari. Altd. 1717. — BOETTICHER diss. de purpura rubra, vulgo *dem rothen Friesel.* Helmst. 1718.

MILTON *), CAMERARIUS [18]), LINDNER [19]), SALZMANN [20]),

— COSCHWITZ diss. de morbillis cum *purpura alba* et peripneumonia complicatis. Hal. 1722. — DEUTSCHBEIN diss. de febre miliari, quae *der Friesel* dicitur. Hal. 1722. — DE PRÉ diss. de purpura puerperarum. Erf. 1724. — FR. HOFFMANN de purpurae genuinâ origine, indole et curatione. Hal. 1725. Ejusd. de febre purpurata maligna. Hal. 1718. Opp. suppl. II. 2. p. 40. Ejusd. de purpura scorbutica etc. Hal. 1732. Ibid. p. 466. — LUDOLFF diss. de purpura puerperarum. Erf. 1728. — BUXBAUM diss. de febre miliari puerperarum. Erf. 1729. — LASIUS diss. de purpura puerperarum. Erf. 1729. — STAHL diss. de febre exanthematica cum peripneumonia hoc tempore in Saxonia inferiore epidemice grassante. Erf. 1731. Ejusd. diss. de purpura epidemica. Ibid. 1732. Ejusd. diss. de pleuritide vera maligna cum purpura alba feliciter curata. Ibid. 1738. — GOELICKE diss. sistens observationes aliquot practicas clinicas circa febrem vesicularem. Franef. 1732. Ejusd. diss. de purpura alba confluente. Hal. 1740. — BRODHAG diss. de purpura alba, morbo apud nos incognito. Basil. 1733. — GERIKE diss. de morbo miliari, alias purpura dicto. Respond. D. SAFFT. Helmstad. 1733. — F. SALZMANN diss. exhibens historiam purpurae miliaris albae, cumprimis Argentoratum et viciniam infestantis. Argent. 1736. In: HALLERI coll. diss. Pr. V. n. 175. — NEBEL diss. de purpura miliari rubra chronica, scorbutica. Heidelb. 1737. — JUNKER diss. de purpura alba maligna et benigna, seu chronica. Hal. 1738. — BERINGER diss. de purpura miliari, rubra, chronica, scorbutica. Heidelb. 1740. — SEIP diss. de purpura, morbo antiquo. Goett. 1741. — LÜEKEN diss. de pur-

MANN [20]), QUESNOY [21]), TRUMPH [22]), BARKER [23]),

pura retrograda, per vesicatorii ulcus soluta. Gött. 1743. — STOCK diss. scorbutica in purpura, in purpuram febrilem malignam ipsis petechiis conjunctam, conversa, feliciter adhibita curatio. Jen. 1744. — MENTZLER diss. de venaesectionis in purpura abusu et usu. Argent. 1744. — EMELE diss. de purpura. Giess. 1744. — PRINARD *diss. sur la fièvre miliaire maligne. Bonon.* 1747. — REEN diss. de febribus purpuratis, vulgo *Frieselfiebern.* Harderov. 1748. — GÜNTHER de prophylaxi purpurae puerperarum. Argent. 1748. — HAMBERGER diss. de exanthematibus speciatim de purpura. Jen. 1749. — GMELIN diss. de febri miliari. Tub. 1752. — HALLER diss. de purpura. Goett. 1752. — BÜCHNER diss. de purpura puerperarum symptomatica ex uteri inflammatione. Hal. 1754. Ejusd. de prophylactica purpurae albae per balnea curatione. Hal. 1767. — DELIUS diss. de purpura rubra et alba cum diarrhoea ac fluxu haemorrhoidali curata. Erlang. 1756. — ROSEN diss. exhibens symptomata purpurae chronicae et scorbuticae. Upsal. 1756. — SCHLERETH diss. de efflorescentiis cutaneis s. exanthematibus in genere, et de purpura miliari alba ac rubra Buchoniae epidemica in specie. Fulda. 1756. — BÜTTNER diss. de purpura rubra et alba. Kil. 1760. — MAUCHART diss. sistens therapism purpurae, receptiori tutior solidiorque. Tub. 1762. — COLLIN diss. de miliaribus rectaque his medendi ratione. Vind. 1763. — GÜNTHER diss. de purpura miliari. Argent. 1764. — ARAND diss. de purpura puerperarum. Goett. 1765. — BOEHMER diss. an purpura arte exstirpari queat. Hal. 1766. — BOSE diss. de morbo miliari. Lips. 1767. — NICOLAI diss.

KER [23]), RÜBEL [24]), WAGNER [25]), BECKERS [26]), FRI-

de purpura. Jen. 1767. — OETINGER diss. an miliaria alba systematis nervosi soboles? Tub. 1768. — PAPIUS diss. sist. historiam febris miliaris. Wurzeb. 1768. — PLANCHON *diss. sur la fièvre miliaire. Tournay* 1770. — SCHRADER diss. de praeclaro venaesectionis usu in quibusdam febribus biliosis putridis et exanthematum speciebus. Rintel. 1770. — ALBRECHT diss. de purpura alba benigna et maligna. Erf. 1772. — REDER diss. sistens epidemiam, ut Mellenstadii se exhibuit. Erf. 1773. — DUPRÉ DE LILLE *diss. sur la fièvre miliaire des femmes en couche. Paris* 1779. — HARTMANN diss. de purpura puerperarum. Arg. 1779. — WIEL diss. sistens miliaria arthritica. Goett. 1783. — HOLLENHAGEN diss. de purpurae puerperarum prophylaxi etc. Friburg. 1784. — KRAUSE diss. de exanthemate miliari. Lips. 1789. — GROSSMANN diss. de exanthemate miliari. Lips. 1789. — GUTBERLET diss. sist. observationes de febre miliari idiopathicâ. Vurceb. 1790. — HECKER diss. de exanthemate miliari et pemphigo. Erf. 1791. — MAERCKER diss. critica in naturam exanthematis miliaris febrilis. Hal. 1792. — LEHMANN diss. de exanthematis miliaris natura atque differentiis. Francof. 1800. — FONTAINE-BRIQUEVILLE *diss. sur la fièvre miliaire essentielle. Paris an X.* — FREYER diss. sist. notiones quasdam de purpura. Gött. 1802. — P. S. FROM *diss. sur la fièvre miliaire. Paris an XI.* — ARNOUX *diss. sur la fièvre miliaire essentielle. Paris* 1805. — CAPELLE *diss. sur la fièvre miliaire essentielle. Paris* 1805.

*) Tractatus de febre miliari. Accessit febris miliaris historiarum fasciculus. Lond. 1710.

18) Aegra purpura alba majori laborans. Tub. 1723.

FRIDERICH[27]), PELARGUS[28]), REINHARD[29]), ALLIONI[30]), DE AUGUSTINIS[31]), J. FORDYCE[32]), FANTONI[33]), MOLINARIUS[34]), J. B. DE FISCHER[35]), HANNES[36]),

19) *Betrachtungen des rothen u. weissen Friesels. Schweidnitz* 1735.

20) Historia febris miliaris albae Argentoratum et viciniam ante biennium infestantis. Argent. 1736.

21) *L'art de guerir par la saignee. Paris* 1736.

22) Observationes patholog. practicae de purpura per annos 1737 et 1738 in confiniis Goslariae epidemice grassante. Norimbergiae 1740.

23) *Observations on the present epidemic fever. Lond.* 1741.

24) *Observationes vom Friesel und Fleckenfieber. Frankf.* 1742.

25) De medicamento quodam ad puerperarum febres mali moris etc. Lubec. 1742.

26) *Abhandl. vom Friesel. Bielefeld* 1747.

27) *Abhandl. von dem Liebesfieber, nebst Gedanken von dem Friesel.* 1748.

28) *Med. Jahrgange I.* 1. p. 86. — *II.* p. 437. — *III.* p. 542.

29) Febris miliaris purpuratae libri tres. Glogov. 1758.

30) Tractatus de miliarium origine, progressu, natura et curatione. August. Taurinorum 1758. (Altera editio a. 1792. Versio germanica auctore F. L. WIGAND. Mühlh. 1767. et auctore J. JAC. RÖMER. Winterth. 1791). Cui accessit ejusdem auctoris conspectus praesentaneae morborum conditionis. 1793.

31) Observationes circa febres miliares regnantes Mediolani 1758.

32) Historia febris miliaris et de hemicrania. Accedit de morbo miliari epistola CAROLI BALGUY. Lond. 1758.

33) Specimen observationum de acutis febribus miliariis,

NES[36]), SCHULZ A SCHULZENHEIM[37]), BRÜNING[38]), GASTELLIER[39]), W. H. S. BUCHHOLZ[40]), BARETTA[41]), BARALDI[42]), DAMILANO[43]), J. J. WERNISCHEK[44]), SAALMANN[45]), SCHMIDTMANN[46]), KREYSIG[47]),

cui praemissa est diss. de antiquitate et progressu febris miliaris. Nissae 1762.

34) De miliarium exanthematum indole et tractatione. Vindob. 1764.

35) De febre miliari, purpura alba dicta, e veris principiis enata et confirmata tractatus, per longam experientiam collectus. Riga 1767.

36) *Brief an Baldinger über den Friesel. Leipzig und Wesel* 1770.

37) *Vom Friesel* etc. *Lübeck* 1772.

38) Constitutio epidemica Esseniendiensis anni 1769. 70. sistens historiam febris scarlatino-miliaris anginosae. Wesel. 1772.

39) *Essai sur la fièvre miliaire. Paris* 1773. — *Sur la fièvre miliaire des femmes en couche. Montarg.* 1779.

40) *Nachrichten von dem jetzt herrschenden Fleck- und Frieselfieber. Weimar* 1773.

41) De miliaris natura, differentia et curatione. Mediol. 1778.

42) *Storia di una constituzione endemico-epidemica di febri migliari. Modena* 1781.

43) *Abhandl. über den Friesel im Piemontesischen. Götting.* 1782.

44) *Frage, warum entstehen so viele Faulfieber, warum sind die Frieselfieber so selten? Wien* 1786.

45) Descriptio febris urticatae, scarlatinae et purpurae. Münster. 1790.

46) Vid. HUFELAND's *Journ. der pr. Heilkunde. III. B.* p. 449.

SIG[47]), DE HAEN[48]), BURSERIUS[49]), S. G. VOGEL[50]), J. P. FRANK[51]), A. DALMAZZONE[52]), ADELMANN[53]), STOSCH[54]).

§. XLVI.

Symptomata. Necroscopia.

1. Imminentia sub febrium curriculo miliaria, praegrandi exacerbatione annuntiari solent. Orditur haec horripilationibus iisque repetitis, a quibus aegroti praecipue molestantur, dum sese ex uno in alterum latus convertunt, stragula vel quidquam removent aut brachia denudant. Subsequens aestus, oppressione pectoris, in latere potissimum sinistro[1]), peculiari anxietate, jactatione, S. prodroma.

47) *Abhandl. über d. Scharlachfieber nebst Beschreib. einer sehr bösartigen Frieselkrankheit. Leipz.* 1802. (HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 13. *B.* 3. *St.* p. 41).

48) Theses de febribus. Vindob. 1760.

49) Instit. Vol. II. cap. XI.

50) *Handb. der prakt. Arzneywissenschaft.* 3. *Edit.* 3. *B. Stendal* 1820.

51) Epit. Vol. III. p. 129.

52) *Migliare epidemia osservata nei paesi di Sale e Dumerana negl' anni* 1821—22—23. (*Repertorio medico-chirurgico di Torino dell' anno* 1824. *compilato dal Dott.* G. RICCI. *No.* 51.).

53) *Die Frieselkrankheit im Bezirke Geroldshofen.* (*Rheinisch-Westphälische Jahrbücher für Medicin u. Chirurgie von* HARLESS. 9. *B.* 3. *St.* 10. *B.* 1. *St.*).

54) *Ueber das Friesel* (HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 1824. 2. *Heft.* p. 58).

1) „Fere omnes pectoris oppressione cum sensu veluti

tione, doloribus vagis, inprimis dorsi, lumborum, stupore in apicibus digitorum atque crampis manuum et surarum stipatur. Sudor isque copiosissimus, rorosus, interdum viscidus et lintea flavo colore tingens[2]), acidum vel quid corrupti[3]) seu potius specifici spirat, ac rarissime desideratur[4]). Praeter enarrata prodroma, dantur alia certis solummodo epidemiis vel aegrotis propria. Hujusmodi sunt: pulsus post novem, undecim aut sexdecim ictus intermittens[5]), stillicidium sanguinis e naribus[6]), deglutitio impedita[7]), sitis absentia[8]), potus aversio[9]), hydrophobia[10]), vox tremula[11]), motus convulsivi[12]), somnus perturbatus,

constrictionis aut ponderis circa sternum, et *praesertim in latere sinistro thoracis* molestiore angustantur" (Burserius l. c.).

2) Adelmann l. c. hist. morb. 32.

3) Commerc. literar. Norimb. 1741. p. 283.

4) S. G. Vogel (l. c. p. 308.) duo exempla miliarium absque sudore erumpentium enarrat; nil simile praxis mea suppeditat.

5) Gastellier l. c. p. 83. 84.

6) Gmelin l. c. p. 45.

7) Brendel de cognoscendis et curandis morbis. T. II. p. 253.

8) Baraillon in *Mémoires de la soc. R. de médecine. T. I.* p. 193. *Paris* 1779.

9) Burserius l. c. §. 392.

10) Krebs in Baldinger's *Magazin für Aerzte.* 6. B.

11) „Aegri quasi cum tremore loquuntur." (Hamilton l. c. p. 67).

12) Gmelin l. c.

tus, agrypnia, pavores sub somno[13]), cum cordis palpitatione[14]), pulsu interea minimo[15]), lipothymiae[16]), molesti mingendi conatus et urina pallida[17]).

2. Incerto admodum tempore miliaria *prodire* solent; nunc enim in primo morbi limine[18]), nunc die tantum trigesimo quarto[19]), plerumque tertio, quarto[20]), quinto, sexto, decimo, undecimo[21]), aliquando, ut vidimus, vigesimo primo, interdum in ipso articulo mortis[22]). *Eruptio*, praevio cutis pruritu, locum habere solet, Eruptio.

13) Hamilton l. c. Burserius l. c. §. 399.

14) „Somnia terrifica cum magna cordis palpitatione somnum interrumpentia, ad scrobiculum constrictionis sensus et ex hac caussa respirandi angustia." (Allioni l. c.) „Queritur a quibusdam in corde stimulis videlicet puncturis undeque ipsius cordis palpitationem persentit." (Fantoni l. c.).

15) „*Ho osservato nella nostra epidemia malato, cui il cuore tumultuava con moti abnormi, avere il polso quasi spento ai carpi.*" (Dalmazzone l. c. p. 107).

16) „*Vor Schwindel und Ohnmachten aber darf man sich nicht aufrichten.*" (Storch *Kinderkrankheiten.* p. 129).

17) Hamilton l. c. p. 66. — Frank l. c. p. 134.

18) Kreysig l. c. p. 61. 19) Burserius l. c. §. 394.

20) „Tertio interim, aut *quarto* die, raro serius. . ." (Allioni l. c. p. 47).

21) „Quantum autem assequi possum, eas opinor, *decimo* vel *undecimo* plerumque pullulare." (Hamilton l. c. p. 68).

22) Gmelin l. c. p. 47.

primum ad latera colli, ad mammas, ad regionem epigastricam, ad superficiem internam brachiorum et inter digitorum interstitia, dein ad dorsum, ad abdomen inferius atque ad reliquum demum corpus, rarissime tamen ad faciem et nunquam ad partem capillatam capitis. Interdum tamen miliaria et alio ordine prorumpunt. Utplurimum eruptio per repetita conamina, rarissime uno temporis puncto per universum corpus[23]), contingit.

Efflorescentia. 3. *Copia* miliarium plerumque innumerabilis. Nihilominus rarius et nunquam in universa corpus superficie[24]) confluunt. Cutis, cui miliaria insident, color utplurimum non mutatur. *Volumen* miliarium diversum est. Tam exigua ea invenimus, ut oculorum aciem fugerent et, rite monente MEAD[25]), non nisi tactu perciperentur. Alias miliaria magnitudinem seminum milii excedunt atque ad eam lentium accedunt. Vidimus talia descripsitque CAMERARIUS[26]). Nunquam vero maxima illa miliaria, de quibus hinc inde in fastis medicis mentio fit[27]), quaeque procul dubio ad *bullas* pertinebant, observavimus. Miliaria, quae sub forma *papularum* prorumpunt, ut-

23) KREYSIG l. c.

24) Miliaria in nonnullis locis confluentia vidi cum GOELICKE et STÖRK (ann. med. I. p. 66).

25) Monita et praecept. pract. p. 14. 26) l. c.

27) *Samml. auserles. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 1. B. 1. St. p. 64. — BURSERIUS l. c. §. 387.

utplurimum, saltem ab initio, *colore rubro* instruuntur: utplurimum dicimus, nam et *alba* observata fuere [28]). Miliaria contra ea formam *pustularum* referentia, plerumque *alba* sunt. Miliaria hujusmodi nonnunquam *basi rubra* et *apice albo*, suppurato obveniunt. Liquidum in miliaribus pustulosis contentum nunc est diaphanum, coloris margaritae (*Miliaria crystallina*) [29]), nunc serosum (*M. aquosa*) [30]), nuncque purulentum, quasi lacteum (*M. purulenta, lactea*) [31]). Juxta Störkii experimentum illud liquidum linguae gustandi gratia admotum, sensum puncturae excitat [32]). Ipsâ tamen in cute nunquam effectum erodentem inde conspicere potuimus. Saepe variae miliarium formae simul uno eodemque in aegro occurrunt [33]). Peracta miliarium eruptione, febris vel eodem pacto continuat, vel increscit, vel infringitur, quod ultimum interdum ita evidenter contingit, ut ea fere *critica* dici queant. Miliaria autem in totum critica non vidimus, viderunt quandoque M. Collin [34]), Quarin [35]) etc.

28) Becker l. c.

29) Storch prax. Stahlian. p. 744. — Hamilton l. c. cap. I. Quondam miliaria alba *hydatides crystallinae* appellabantur. (Menzelius in Eph. nat. cur. Dec. III. a. 9. obs. 184.).

30) Collect. Wratislav. a. 1724 mense Majo p. 485.

31) Ephem. nat. cur. Dec. III. a. 7. 8. obs. 206.

32) Collin l. c. p. 34. 33) Kreysig l. c. p. 60.

34) Epistola ad Baldingerum, qua demonstratur, pu-

etc. *Duratio efflorescentiae* plane incerta, nunc enim ad paucas solum horas, nunc ad plurimos dies protrahi solet.

Desquamatio. 4. Miliaria *papulosa*, sensim sensimque in *furfura*, raro in *squamas*, desinunt. Miliaria *pustulosa* interdum flaccida fiunt, resorpto scilicet liquido, quo distendebantur, alias disrupta, *squamas* duriores, fere *crustas* exhibent. Hinc inde exanthema hoc, nullo relicto vestigio, evanescit. Convalescentes sub minimo motu perturbationes in sanguinis circuitu pati, animoque dejectos esse contenditur[36]).

Necroscopia. 5. *Cadavera* exhibuerunt: miliaria[37]), calorem diutius solito perdurantem[38]), adspectum flavum[39]), vasa encephali sanguine modo fluido, ichoroso foetidoque repleta[40]), modo nigricante et coagulato distenta[41]); plexus choroideos pallidos[42]), serum flaviusculum in vaginis nervorum paris

stulas miliares male factitias et symptomaticas dici. Viennae 1765.

35) l. c. 36) Allioni l. c.

37) Fischer l. c. („Aeger die duodecimo, rugiente ante multum ventre, moriebatur. Cum denudaretur tunc corpus, mirum *copiosis illud obsitum offendebatur miliis*").

38) Damilano l. c.

39) Kreysig in Hufeland's *Journal* l. c. p. 84.

40) Theden cit. a S. G. Vogel l. c. p. 394.

41) Hamilton l. c. p. 74.

42) Idem, ibidem.

paris vagi effusum[43]); idem liquidum in pericardio praeter modum collectum[44]); sphacelum pulmonum[45]); miliaria hepatis et intestinorum superficiem cooperientia[46]); vesiculam felleam bilo turgentem[47]); cavitatem tubi alimentarii liquore flavo repletam[48]); membranas serosas omnium cavitatum veluti miliaribus notatas[49]); aliàs tandem nil plane morbosi[50]).

§. XLVII.

C a u s s a e.

1. Sententiae, *clima* inter *caussas* miliarium *praedisponentes* primo stare loco, libenter subscribimus[1]). Ignoramus autem, quo pacto clima hoc exanthema provocet. Sane non *calore;* nam regio- C. praedisponentes.

43) Anfauvre l. c. 44) Fantoni l. c.

45) Anfauvre l. c.

46) Eller observationes de cognoscendis et curandis morbis. p. 131.

47) Anfauvre l. c. 48) Idem, ibidem.

49) Stosch (l. c. p. 83.) observat. citat. Speyeri: „*Dass es besonders die serösen Ueberzüge der zur Respiration und Circulation dienenden Organe, des Herzbeutels, Herzens selbst, der zu diesen Organen bestimmten Nerven, oder vielmehr deren seröse Ueberzüge sind, die sich zum Theil mit Frieselbläschen bedeckt, zum Theil auf andere Art ergriffen vorgefunden haben.*"

50) Fischer l. c. p. 33. — Gastellier l. c.

1) Spatio enim decem annorum centena exempla miliarium Ticini et Vindobonae vidi, contra duplici temporis curriculo *quinque* tantum Vilnae.

regiones exstant septentrionales, interque has ipsa Polonia[2]), quibus miliaria non sunt aliena; et altera ex parte meridionales, e. c. Hispania, Sardinia, ubi vix aut ne vix quidem observantur[3]). Alioquin miliaria rarissime aestivo apparent tempore[4]). Qui aliter sentiunt, illa cum *hydroâ sudamine* confuderunt. Miliaribus aequo pacto qui planitiem Pedemontanam ac qui montes Austriae inhabitant, afficiuntur. Grassantur saepe in locis humidis et uliginosis, e. c. Taurini[5]), Mantovae[6]); at Venetiarum urbs, etsi aquis circumdata, iisdem fere penitus immunis est[7]). Sunt porro loca saluberrima, quibus una miliaria non parcent[8]).

Ge-

2) Medici Poloni in primitiis medicis. Et: Chr. Heinr. Erndtl historica relatio febris pestilentialis in aula R. Poloniae a. 1817 — 21 grassari deprehensae. In Eph. nat. cur. cent. V. obs. 30.

3) Allioni l. c. p. 31.

4) „Vere frequentior; minus frequens autumno; rarius advenit aestate et summo hieme.“ (Allioni l. c. p. 34).

5) „Augusta Taurinorum jacet ad Padi et Duriae minoris confluxum secus editos colles ad orientem positos. Venti quibus atmosphaerae vapores dissipentur, rari sunt. Aër autumno et hieme nebuloaus, semper mollis et gravis.“ (Allioni l. c. p. 18).

6) F. Asti *anno medico terzo Mantovano*. p. 83.

7) Allioni (l. c. p. 31.) testimonio medici Veneti Arcadii Cappello innixus.

8) *Bernenses* etiam purpuram albam habent, ait Allioni (l. c. p. 16.), quamvis A. Haller illi testatus

Generatim in pueris[9]) et senibus rarius cernuntur. Aggrediuntur juvenes cujusvis temperamenti, sed prae ceteris sanguinei. Idem de hominibus constitutionis imbecillis et laxae[10]) contenditur, ast immerito[11]). Feminae prae maribus exanthemati miliari obnoxiae sunt et maxime puerperae. Caeterum subjacent miliaribus, „qui vino abstinent et utuntur[12]); nobiles euchymis, variisque cibis,

sit, Bernensis urbis aërem ex purioribus esse, et saluberrimum. — SCHMIDTMANN fatetur: „*Ausser dem Friesel kenne ich hier (im Hochstift Osnabrück und in der Grafschaft Ravensberg) keine einheimische Krankheit.*" (HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk.* 3. *B.* p. 450).

9) Nihilominus STORCH miliaria morbis *infantilibus* adscripsit (*Kinderkrankheiten.* 3. *Th.*).

10) HAMILTON l. c. p. 64. („Accedunt *constitutio corporis imbecillis*, sive ea naturalis est, sive ex evacuationibus supra modum factis, victuve nimis parvo adventitia"). STORCH (l. c. p. 130.) ait: „*Kinder, welche zu diesem Friesel geneigt sind, sind mehrentheils von zartem Gewebe, weichem Fleische und blasser Farbe.*"

11) ALLIONI (l. c. p. 35.) constitutionem debilem et laxam magis miliaribus patere negat. Ac re quidem vera *judaei Lithuaniae* tum ex nativa constitutione, tum lege regiminis vitae, laxioris habitus homines sunt censendi. Deberent hinc prae aliis ad miliaria dispositi esse (quod de judaeis Poloniae contenditur in Primitiis medic. Polon. Vol. II. p. 219.), et tamen nec unum in illis hujus exanthematis vidi exemplum!

12) STORCH (*med. Jahrgänge.* 2. *Jahrg.* p. 215.) testatur,

cibis, rusticique aquâ, et secalino pene solum pane nutriti; homines coffea[13]) abutentes, aut minime[14])."

C. excitantes. 2. Miliaria, utut endemica, duntaxat accedentibus necessariis *caussis excitantibus* evolvuntur[15]). Spectant huc nebulae et imbres copiosi[16]), transpiratio suppressa, studia diuturna, moestitia, iraque vehemens[17]); laesiones nervorum[18]), inprimis medullae spinalis[19]), orgasmus venereus[20]); violenta placentae extractio*), lactis secretio

infantes a matribus ebriosis et menstruantibus natos, inprimis miliaria experiri.

13) Frid. Hoffmannus (syst. med. rat. T. IV. P. V.) edixerat, abusum coffeae ad miliaria disponere. Magni viri opiniones nunquam spernendae!

14) Allioni l. c. p. 35.

15) Vere Adelmann (l. c. p. 2.): „*Ueberhaupt scheint der Friesel eine Krankheit zu seyn, die nur gewisse Districte, und auch diese nur zu gewissen Zeiten, liebt.*"

16) Planchon (l. c.), Allioni (l. c. p. 36.), Anfauvre (l. c.) exemplis ab annis 1759 et 1763. desumtis id comprobant.

17) Hamilton l. c. p. 64. — Allioni l. c. p. 36.

18) Miliaria visa sunt a Burserio post fracturas (l. c. §. 404.) a Werlhoff post laesiones tendinum et a J. P. Frank post vulnera (Epit. l. c. p. 141).

19) Puellam curavi, quae accepto ictu ad spinam vertebralem, in horrorem aquae incidit, sociis copiosis miliaribus.

20) „Plures neonuptarum tales casus, novum *genus febrium neonuptarum miliarium* constituerent et medico-

cretio cohibita[21]); neglecta evacuatio meconii[22]), aliarumque saburrarum[23]); regimen sudoriferum[24]); exsiccatio praepostera tineae capitis[25]), deglutitio arsenici[26]), muriatis superoxygenati hydrar-

rum mentes ad meditationes quasdam prophylacticas persuaderent." (Fischer l. c. p. 49.) Interea suspicor, impetiginem psydraciam neogamorum dicendam pro miliaribus imposuisse.

*) Allioni l. c. 21) Gastellier l. c.

22) Storch *med. Jahrgänge.* 2. *Jahrg.* p. 175.

23) Haen thes. de febribus.

24) Opinio Haenii (l. c.) originem miliarium ex regimine sudorifero, neglecta simul primarum viarum evacuatione, explicantis, falsa quidem est, ut Collin (l. c. p. 49.), Tissot (*lettre à Mr. Hirzel.* p. 51. 52. 61. 64.) aliique demonstrarunt; utque nostri aevi experientia comprobavit. Nunquam enim methodus calefaciens, neglecta simul tubi alimentarii evacuatione, magis praevaluit, quam tempore methodi Brunonianae, et tamen miliaria frequentiora non fuere quam olim. — Verum negari minime potest, ea, agro et constitutione annua faventibus, per regimen quoque sudoriferum provocari posse. Ipse Allioni (l. c. p. 36.) calefacientium abusum in febribus, caussis miliaria excitantibus adnumerat. Caeterum cavendum ne papulae aut pustulae, quae a quocunque forti et protracto sudore, praecipue in hominibus cuti tenera instructis, excitari possunt, quae Hippocrati (Aph. 21. Sect. III.) jam notae fuere, quaeque ad *hydroam sudamen* pertinent, cum miliaribus confundantur.

25) Storch op. c. 1. *Jahrg.* p. 147. 2. *Jahrg.* p. 457.

26) Sauvages Nosolog. T. I. p. 401. — Desgranges in *Recueil périodique. No.* 31.

hydrargyri [27]), acidi nitrici [28]); inflammationes internae [29]), maxime vero contagia pestis, typhi, scarlatinae, morbillorum, variolarum, et, ut plurimi putant [30]), *peculiare* quoddam *miliare* dicendum, quo de argumento infra. Interea fatemur, nos effectus contagiosos duntaxat in iis miliaribus animadvertisse, quae morbos alioquin contagiosos concomitabantur. Qui miliaribus indiscriminatim vim contagiosam tribuere malunt, observationes parvi omninò ponderis afferre solent [31]).

3. *Caus-*

27) Fantoni novum specimen observat. de ortu febris miliaris.

28) Degranos l. c.

29) Jam Storch (*Kinderkrankheiten* l. c. p. 131.) scripsit: „*Auch pflegt er (der Friesel) gerne auf innerliche brandige Entzündungen zu folgen, und könnte daher ein Brandfriesel genannt werden.*" Accessit Kreysig (l. c. p. 88.) dicens: *sollte der Frieselausschlag, besonders derjenige, welcher sich zu epidemischen Krankheiten gesellt, nicht ein Symptom von einem andern innern Zustande irgend eines Eingeweides seyn, und dessen Entstehung einer consensuellen Reitzung der Haut zu verdanken haben?*"

30) Allioni l. c. p. 33. — Burserius l. c. §. 427. — Schall et Hassert l. c. — Adelmann l. c.

31) En exemplum ab Adelmann (l. c, p. 89.) allatum: „*Hoffmann, Lehrer, verlor im May 1817 seine Frau am Frieselfieber. Da er während ihrer Krankheit und nach ihrem Tode in demselben Bette lag, so wurden allmählich viele Frieselbläschen an seinem Körper sichtbar, er empfand grosse Schwäche und schwitzte*

3. *Caussa proxima* miliarium quaesita est in succis nervorum[32], in acida humorum conditione[33], in putredine sanguinis[34], in principio subtili cum caussa hydrophobiae affinitatem alente[35], in vermibus et insectis[36], in laesa excretione uteri[37]; in phlogosi cutis[38], in affectione cordis et vasorum majorum[39]. Certum est

C. proxima.

beständig. Er wurde nicht bettlägerig und war nach wenigen Tagen bey'm Gebrauche des Haller'schen Sauers wieder gesund. Im November 1818 zog er einen Schlafrock an, dessen sich seine Frau bedient hatte und der bisher in einer Truhe aufbewahrt worden war. Seit dieser Zeit merkte er immer einige Frieselbläschen an beyden Armen, so oft er sich erhitzt." Vivant hujus generis miliaria!

32) Brunner l. c.

33) Fr. Hoffmann. Ramazzini.

34) Damilano. Gastellier.

35) Allioni comment. de rebus etc. Vol. VIII. p. 606.

36) Goelicke diss. observationes aliquot practico-clinicas, circa febrem vesicularem exhibens. Erf. 1732.

37) Brefeld in Horn's *Archiv für medic. Erfahrung.* 3. *B.* 1. *Heft.* p. 129.

38) Montfalcon in *dict. des sciences médicales. T.* 33. p. 402. („*Phlegmasie cutanée, qui consiste dans l'éruption de petites pustules*").

39) Plurimi recentiorum, inter quos Dalmazzone, qui ait (l. c. p. 106.): „*Se io pondero l'osservazione già fatta dal Fantoni, che nelle puerpere ite a morte per migliare, l'autopsia diè per risultato l'evasato siero sanguinolento nella cavità del pericardio; se osservo che l'autopsia in quelle, che perirono per esantemi, non es-*

est et jam dudum animadversum[40]), in morbis miliaribus stipatis systema tum nervorum (et maxime medullam spinalem[41])), tum vasorum sangui-

clusa la migliare, ci rivela strati di fibrina concreta aderenti alle pareti dei vasi non che ulcerazioni nelle tonache interiori; se osservo che il professor Testa *rinvenne manifesti segni di pregressa aortite in conseguenza d'esantemi; se rifletto che il* Kreysig *vuole che gli esantemi gettino il primo fondamento per le malattie del cuore, risvegliando nel tessuto delle membrane parziali infiammazioni; se m'arresto sulla genesi di tali concrezioni sanguigne aderenti alle pareti dei vasi, quali comprendo formate sotto l'influenza dello stato patologico delle loro membrane interne, qual prodotto analogo alle pseudo-membrane interne, alle morbose vegetazioni delle parti infiammate; se infine osservo, che l'angioite vien costituita da un processo flogistico de' vasi arteriosi, e venosi, non esclusa l'infiammazione del cruore stesso, io entro in pensiero che la sola condizione patologica de' vasi è forse l'unica causa delle migliari, e de' sintomi precordiali, che muove, sia perchè il principio vitale vien messo in condizione violenta, e disordinata dal contagio migliare per l'azione di lui sull' organo circulatorio reso così inoperoso e paralitico, lo che si può anco arguire dalla morte la più inopinata, e repentina, sia per il processo infiammatorio, che entro i vasi stessi vi concita, e si svolge snaturandone materialmente i tessuti.“*

40) „Diximus a miliarium miasmate ea omnia primum produci posse morborum genera, quae ab *inflammatione arteriarum sanguinearum* et lymphaticarum ac nervorum irritatione pendent.“ (Allioni l. c. p. 68).

41) Fischer (l. c. p. 74.) scenam, quam in miliaribus

guiferorum (et maxime cor) inprimis pati; utrum autem miliaria ex affectione harum partium propullulent, alia est quaestio, cujus solutio limites experientiae excedere videtur.

§. XLVIII.

D i a g n o s i s.

1. Nullum novimus exanthema, quod tot in diagnosi erroribus locum dedisset, quam miliaria. Jam priusquam efflorescant, symptomata illis prodroma, saepe pro effectu hysteriae proclamantur[1]). Peracta porro eruptione facile confunduntur (ne dicamus de papulis et pustulis cataplasmatibus[2]) aut frictionibus[3]) excitatis) cum *peticulis*, cum *bullis*[4]), cum *urticaria papulosa*, tum acuta tum chronica[5]), cum *zostere*, cum *exanthe-* Facilis confusio.

plexus nervorum meseraicorum ludunt, adeo extollit, ut ex his in consensum acto paris vagi nervorum ramulo ad praecordia, anxietatem, vigilias, deliria, convulsiones, aestus volaticos, sudores etc. repetat.

1) „Urina, nonnunquam ut aqua communis pallida, ... quo symptomate decepti juniores medici, frequenter ad vapores, uti vulgo loquuntur, referunt." (Hamilton l. c. p. 66).

2) Contingit, ut medici immemores partium, quibus sub morborum curriculo cataplasmata prius admoverant, papulas et pustulas istorum culpâ ortas, pro miliaribus proclament.

3) Fischer l. c. p. 43. 4) Ut supra monui.

5) *Urticationem* pro *miliaribus* sane habuerunt Wiel (l. c.), E. Rosen (l. c.), S. G. Vogel (l. c. p. 386.)

themate mercuriali[6]), cum *scarlatina milif* cum *morbillis*, cum *rubeola*, cum *hydroa strophulo*[8]) et cum *herpete miliformi*. M porro difficultates miliarium diagnosin c dant, dum ea cum *aliis exanthematibus* « *cantur*, quod saepissime cum *peticulis*, *tinâ*, *morbillis* et *variolis* contingit.

Dist. a peticulis. 2. Errori *peticulas* cum *miliaribus* c dendi tunc solum locus est, dum peticula

aliique, utpote qui de exanthemate miliari, h feminisque fluore albo et metrorrhagiâ labo nec non arthriticis familiari loquuntur. E. S edixerat imo: „*die Nesselsucht und der Fries einerley*." (STORCH *Kinderkrankheiten* l. c. p.

6) FISCHER l. c. p. 45.

7) STORCH (*Kinderkrankh.* l. c. p. 147.) facta ena observationum de miliaribus infantum, addit *könnte zwar mehrere Begebenheiten zum Nach recommandiren; allein ich finde bey vielen, da Verstoss in Diagnosi geschehen und Sch für Friesel* et *vice versa angesehen worden.*" nere mihi omnes casus miliarium suspecti su feruntur faucium inflammationem sociam h Eo magis arduum est, miliaria a scarlatina m distinguere, ubi haec illis praecessit, uti in e Wittenbergensi a KREYSIGIO descriptâ accider

8) Huc sane spectant miliaria sine febre, quorum (*Kinderkrankh.* p. 144.) ut symptoma dentitio minit (*Zahn-Friesel*), dicens: „*Solchen ist er nicht beschwerlich, es sey denn, dass er i wenig Zucken verursacht, und bleibt an ihnen j ständig, so lange sie Zähne hecken.*"

cutem, morbillorum instar, elevatae, dumque miliaria rubra et papulosa sunt. Ast *peticulae morbilliformes* super universam corporis, infra caput positi, superficiem sat aequali ratione dispersae atque omnino inter se distinctae cernuntur; contrà *miliaria rubra papulosa* maxime ad latera colli, ad epigastrium et brachia obveniunt, idque confertim. Porro et symptomata prodroma miliaribus gentilitia, et notio morborum regnantium diagnosin illustrant.

3. Ubi *peticulae cum miliaribus societatem ineunt* (quod praeter alios[9]) jam dudum O. Roboretus Tridenti, P. a Castro Veronae et P. Salius Diversus[10]) Valenciae, viderunt nosque Vindobonae conspeximus[11])), primum apparent peti-

Complicatio peticularum et miliarium.

9) Cum peticulis miliaria complicabantur in constitutione epidemica Wemdingensi a. 1689. et in Donawerdensi (Rosin. Lentil. miscell. med.-pract. nat. cur. Dec. 3. ann. 5 et 6. append. p. 132.), in Wratislaviensi a. 1715. (Godofr. Klaunning obs. circa febr. malign. petechialea. Eph. nat. cur. cent. 5. obs. 63.) itemque in constitutione annua 1737. Wratislaviae et Silesiae (Fabr. Ferd. Pauli hist. febr. catarrhal. malign. in Act. nat. cur. Vol. VI. obs. 66.), nec non a. 1756. *Vevey* (Tissot *lettre à Mr.* Hirzel. p. 5.), a. 1758. *Vindobonae* (Störck ann. med. I. mens. Jul. et Aug.), a. 1783. *Mantuae* (Asti l. c. p. 83.) etc.

10) In opp. in tractatu nostro de typho citandis.

11) In nosocomio universali civili ab ann. 1796 usque ad a. 1804. Idem et postea contigisse ex Hildenbrandii opere (*Ueber den ansteckenden Typhus. Wien.*

peticulae[12]), dein ocyus serius miliaria. Interdum his comparentibus illae evanescunt, longe autem saepius mixta exstant. Peticulae sic miliaribus junctae utplurimum sat profunde in cute latitare et potius stigmata quam maculas referre solent. Color est illis bruneus, lividus, nunquam (saltem juxta nostras observationes) floridus. Eruptio miliarium et hîc praeviis consuetis signis prodromis locum obtinet, inter quae saepissime horror, pectoris oppressio, anxietas et motus spasmodici. Miliarium hujusmodi forma pustulosa, colorque albus. Absoluta illorum eruptione, symptomata ad miliaria spectantia saepe evanescunt, caeterum autem morbus pro re nata suam pergit viam. Sunt tamen, qui supervenientibus exanthemati miliari peticulis, symptomatum pristinorum observarunt mutationem[13]).

Miliaria num exanth. pri- 4. Distinctionem miliarium a reliquis morbis cutis, ad capita sequentia remittendo, arduam

2. *Edit.* 1815. p. 50.) elucet. Dolendum cl. auctorem a connubio peticularum et miliarium ita in errorem ductum fuisse, ut ex eo *peculiare exanthema*, sub nomine *typhodes* stabiliverit.

12) „Prima, scribit Allioni (l. c. p. 83.) morbi facies est febris peticularis."

13) „Symptomata peticularum, inquit Allioni (l. c.), mutantur. Urinae, quae primum turbatae et crassae fuerant, diluuntur; *Gramf* aliqualis persentitur; surditas recedit; bombus in tinnitum mutatur; sopor in vigilias, aut coma vigil; prostratio corporis tollitur, pulsus elevatur et frequentior est."

duam aggredimur quaestionem: *num miliaria ad exanthemata pertineant symptomatica, an primaria;* seu aliis verbis: *num detur febris miliaris essentialis, nec ne*[14])? Miliaria pro exanthemate symptomatico declarant HAEN, SCHULZ A SCHULZENHEIM, WHITE, CULLEN aliique. Altera ex parte stant COLLIN, TISSOT, BARILLON etc. In media via inveniuntur GERIKE, ALLIONI, BURSERIUS, S. G. VOGEL, J. P. FRANK etc. Ad nos quod spectat, hic uti relate ad peticulas ratiocinandum esse existimamus. Elusâ itaque nosologorum tyrannide, miliaria eousque pro *symptomaticis* habenda, quousque sub decursu morborum locum obtinent, qui juxta morem receptum facile ad febrium et inflammationum stabilitas species revocari queunt; contrà illico pro *primariis* declaranda, ubi talia symptomata socia habent, qualia adlatis morbis non quadrant. Absit enim ut naturam inter cancellas systematis coercere velimus. Altera vero ex parte etiam optandum, ne cancellas, quippe quae optima doctrinae adminicula sunt, sine necessitate transgrediamur. Interea morbos, quorum sub curriculo miliaria apparent, ad trutinam vocando, duplex rem dijudicandi sese exhibet modus. Qui enim miliaria inter exanthemata primaria locant, et a specifico contagio repetunt; hi, quoties miliaria per se, mar. an sympto- maticum.

 mor-

14) Legi de hoc argumento quoque meretur ANFAUVRE l. c.

morbum non constituere fateri adigentur
ties *complicationem* illorum cum aliis n
admittere debebunt. Contrà fautores doc
miliarium symptomaticorum, illa semper d
ex morbo, cui addicta sunt, repetent.

Miliaria in febribus intermittentibus.

5. *Febris intermittens miliaris* a SAU
SIO [15]) et CULLENIO [16]), falso testimonio [17])
xis, statuta, fortuito tamen aliorum observa
bus confirmatur [18]). Verum observationes h
modi non adeo clarae sunt, ut inde dubia,
ad lectos aegrotorum experti sumus, dilui
sent. Vidimus nimirum febres intermitt
cum exanthemate miliformi; at cum tale
thema duntaxat vigente sudoris stadio erup
idque sine oppressione pectoris sineque mo
spasmodicis, semper suspicio, illud potius
droam sudamen, quam genuina miliaria c
tuisse, relinquebatur. Praeterea probe n
dum, exstare febres continuas, miliaribus
tas, quae ob conspicuas remissiones cum
m

15) Nosolog. method. class. II. ord. 3. gen. 10. spec

16) Gen. morbor. class. I. sect. 1. gen. 1.

17) Provocarunt nimirum ad WALTHIERUM, q
febre miliari *continua*, non de tertiana locutu
Vid. RONCALLI Europ. medicin. p. 151. ubi
THIERI epistola.

18) Acta Berolinensia. Dec. II. Vol. 7. p. 102. (
tana cum miliaribus albis), ALLIONI l. c. p. 80. (
tidiana).

mittentibus falsam alant similitudinem quod Fischerum[19]) et Burserium[20]) non latuit.

6. *Febres inflammatoriae simplices*, miliaria socia non habent. Secus autem quando hae febres complicationem gastricam agnoscunt, transitum in febrem nervosam minantur, aut viscerum phlogosi stipantur, idque potissimum in locis et sub constitutione annua, alioquin miliaribus faventibus, in puerperis, et post abusum venae sectionum. Miliaria in febrib. inflammatoriis.

7. Eâdem sub rerum positione longe adhuc facilius miliaria in *febribus rheumaticis*, praesertim arthritide affectos detinentibus, prorumpunt, iisque characterem nervosum imprimunt[21]). Miliaria in febrib. rheumaticis.

8. Maxime autem miliaria *febribus catarrhalibus* addicta sunt, et quidem non solum *nervosis*, sed et *insontibus*[22]). Morbus hîc usque ad sextum, septimum, octavum diem, quo illi (praeviis quadam anxietate et quibusdam motibus spasmodicis) sub continuis sudoribus miliaria (modo rubra, Miliaria in febrib. catarrhalibus.

19) l. c. p. 62. („Hinc fit, quod febrem intermittentem aliquando mentiatur febris miliaris").

20) Op. c. Vol. II. §. 178. („Nec obstat, ab initio febrem illam (miliarem) primis diebus sub tertianae intermittentis specie lusisse, cum hoc saepe eidem solenne sit").

21) Cap. II. §. X. No. 7.

22) In nosocom. universali civili Vindobonensi, maxime vere a. 1800, pluries febres catarrhales, miliaribus stipatas, *admodum benignas* observavi.

rubra, modo alba semper valde conspicua et ad apicem saepe purulenta) adsociari solent, nil peculiare exhibet. Peracta eruptione, nisi aeger frigori sese exponat (quo in casu et tussis saeva et anxietas praesto sunt) jam convalescentia ingruit, tamen ante decimum quartum morbi diem vix omnibus numeris absoluta. Longe vero aliter res in *febribus catarrhalibus nervosis* seu *malignis*, procedit. Sub summa enim virium jactura, sopore, sudoribus frigidiusculis et foetidis, praevio cutis in pectore et dorso rubore, miliaria, peticulis lividis jam pridem praesentibus, adsociantur, parum prominentia moxque evanescentia.

Miliaria in febrib. gastricis. 9. Inter *febres gastricas* frequentissime *pituitosa*, miliaria exhibet; saepe *aphthis* nupta. Confirmatur inde tum affinitas febrium pituitosarum cum catarrhalibus [23]), tum illa miliarium cum aphthis. Ne interim haec affinitas, aliorum ad exemplum [24]), nimis extollatur!

Continuatio argumenti. 10. Miliaria in *febribus biliosis* non vidimus, viderunt alii [25]). Observata praeterea est epidemia miliaris affectione hepatis insignita [26]). Systemati

23) Cap. IV. §. XXIV. No. 7.

24) „*Mehreren Aerzten scheint die Materie des Friesels und der Schwämmchen einerley zu seyn, deren verschiedene Erscheinungen nur von der Verschiedenheit des Sitzes entstehen.*" (S. G. Vogel l. c. p. 381).

25) Boucher in *Journ. de médecine. Sept.* 1781. p. 272.

26) Kreysig in Hufeland's *Journ.* l. c. p. 85.

stemati nervoso abdominali in miliaribus gignendis permultum tribuit expertissimus FISCHER[27]).

11. In genere malum non invenies, cui miliaria magis addicta forent, quam febribus, labefactatione systematis nervosi insignitis[28]). Loquimur non solum de *febribus nervosis* proprie dictis, sed etiam de *peste*[29]), de *ephemera sudatoria miliari* SAUVAGESII deque *typho*, ad quem sane maxima ex parte *febres* sic dictae *miliares* antecessorum spectant. Ast de istis morbis, aeque ac de aliis miliarium evolutioni faventibus (puerperio non excepto) in curriculo hujus operis debitis in locis quaestio fiet[30]). Mil. in febre nervos., peste, typho etc.

§. XLIX.

P r o g n o s i s.

1. Miliaria nunquam flocci pendenda sunt. Insidiosum enim sistunt exanthema. Nec ipsa excipi Generatim.

27) l. c. p. 71. (Contendit „quod *plexus mesentericus* cum turbis hypochondriacis communiter morbi sodalis sit, idque eo magis, quando viscera abdominis jam antea status fuerint morbosi").

28) Nervorum febrim et morbum esse febrim miliarem jam BRUNNERUS (Ephem. nat. cur. Dec. III. a. 7. 8. obs. 206.) fatus est. Consentit FISCHER (l. c. p. 71).

29) „Mihi liceat suspicari (miliaria) *pestis seminium* esse, quod ea ratione propter coeli diversitatem degeneravit." (ALLIONI l. c. p. 122). Haec etiam est opinio, quam protulit LE PECQ DE LA CLOTURE (*Journal de médecine. Décembre* 1780. p. 436).

30) Cfr. P. I. Vol. II. Sect. I et II.

excipi merentur *miliaria critica*, saepe plus quem solvunt, morbo timenda. Caeteris p *bonum:* dum miliaria in primo haud comp morbi limine; — dum iis comparentibus, ptomata prodroma (excepto *moderato* sudo evanescunt, vel saltem multum remittur dum ipsa morbi symptomata ab eruptione rium leniuntur[2]) praecipue dum pulsus ex tracto fit expansus et urina ex pallidâ tin dum miliaria non admodum exigua sunt[4] dumque eruptio nec pauca et partialis est copiosa et universalis. Contraria *mala.* quoque repentina, sine nota caussa, in mutatio, vel magna anxietas et jactatio[5]),

1) „Quo effusior sudor in principio, cum pulsu vel plane minimo, eo majus periculum." (Al l. c. p. 48).

2) Nam cum aeger valde periclitatur „post expuls persistunt et crescunt symptomata." (Allion: p. 48).

3) Vice versa „citrinus urinae color, qui subito i lorem transit, de metuendâ metastasi medicum net." (Hamilton l. c. p. 83).

4) „Si optime vertat, pustulae cito grandescunt e pido sero replentur, cum aliqua cutis inflamma quae plenior et tumefacta cernitur." (Allioni p. 48).

5) „Quo majores anxietates et brachiorum ardores gravior morbus, inprimis si modestis alvi subdı nibus non cedunt." (Fischer l. c. p. 106).

lia[6]), vel mortis timor. Eruptiones miliarium, per plura conamina operatae, morbum plerumque longum praesagiunt. Ex *colore* quidem miliarium decerni nil potest; rubra tamen, saltem ad basin, albis praeferuntur. Contra ea, pellucida, crystallina et lactea deteriora haberi solent[7]). Diarrhoea modica utplurimum proficua[8]); serosa autem et vires prosternens mala[9]). Nullum denique exanthema facilius quam miliaria, subsidet ac evanescit; quo in casu morbus maxime ingravescit; ac praeviis immanibus angustiis, accedentibusque tum phlogosis, tum gangraenae viscerum indiciis, mortem properat. Fugantur autem miliaria innumeris caussis; inprimis ab efflatu aurae frigidiusculae[10]) et animi pathematibus[11]). Nec magna hic requiritur occasio; sufficit

6) „Aegri quo magis somnolenti, eo facilius convalescunt." (Hamilton l. c. p. 184).

7) „*Ein rother Friesel verhält sich wie gutartige Blattern und ist von keiner sonderlichen Gefahr; etwas gefährlicher aber ist der weisse Friesel . . . . und noch gefährlicher ist der helle Friesel.*" (Storch *Kinderkrankh.* p. 136).

8) „Alvum in secunda periodo moderate fluere utile est." (Allioni l. c. p. 54).

9) „Diarrhoeae pertinaces, inprimis cum delirio, malae." (Fischer l. c. p. 108).

10) Hamilton histor. 5. 11. Historiae febrium miliarium ex frigore mortalium.

11) J. Ch. Reinmann de febre purpurea alba maligna, insigni timore exacerbata, et pessimis symptomatibus,

cit interdum clysterem administrasse[12]), vi deligasse[13]), mitram sibi imposuisse[14]), v imprudenter protulisse.

P. miliarium in febrib. intermitt. 2. In *febribus intermittentibus* miliari rexiae tempore perstantia, ob id timenda quia ab ingruente futuri paroxysmi frigore solent, quod tum in tertiana[15]), tum in tana[16]) observatum est.

P. mil. in febrib. inflammat. 3. Miliaria in *febribus inflammatoriis* mum displicent, quoniam aut praetervisam plicationem gastricam, aut transitum mo febrem nervosam, aut reconditam phlogosi errores in cura commissos indicant. Mag mendi ratio, si aeger fuerit alioquin pu mis, viribus fractus, visceris qualiscunqu detentus.

P. mil. in febribus rheumat. et catarrh. 4. Omnium minime timenda sunt r in *febribus rheumaticis et catarrhalibus.* enim hic non significant malignitatem, ni

mortem praesagientibus stipata, tandem felici ta. (Nova acta nat. cur. T. II. p. 354).

12) Primit. phys. med. Vol. II. p. 22.

13) Storch *med. Jahrgänge.* 4. *Jahrg.* p. 267.

14) Brunner l. c.

15) „Aliquando mihi contigit videre *tertianar* simplicem peno omnino intermittentem, secu tertio paroxysmo miliares pustulas attulisse, ris tempore, cum rediret accessio, retroceden pente pustulis, aegrum periisse." (Allioi p. 79).

16) Act. Berolin. l. c.

ab aliis symptomatibus, praecipue a peticulis, ab evacuationibus colliquativis et a virium dejectione comprobetur. Igitur non mirum, si medicus, cui miliaria non nisi istis in febribus benignis obvenerint, se nunquam aegrum hoc exanthemate adfectum amisisse, glorietur[17]. *Critica* caeterum ea duntaxat miliaria dici poterunt, quibus comparentibus, febres rheumaticae vel catarrhales simul cum symptomatibus localibus tolluntur. Aliàs enim miliaria potius illarum in febrem nervosam transitum aut saltem longam durationem indicant[18].

5. Miliaria in *febribus gastricis* et *nervosis*, ut saepe fieri solet, sine levamine evidenti prorumpentia, morbum magis magisque intricant; nec satis; etiam felici in casu, imperium ipsam in convalescentiam et ultra exercent. P. mil. in febrib. gastricis et nervosis.

6. Qui enim morbis miliaribus stipatis graviter laborarunt, tandem corripiuntur tumoribus extremitatum inferiorum[19], difficili sudatione, aut ex quocunque motu facillimâ, furunculis[20], summa nervorum mobilitate et in timorem magna pro- Reliquiae.

17) Bücking l. c. p. 63.

18) „Salus ordinario non redit, nisi post decimum quartum diem, aut vigesimum." (Allioni l. c. p. 50).

19) „Tumor femorum, tibiarum, pedumque non semper indolens." (Hamilton l. c. p. 70).

20) Allioni l. c. p. 55.

proclivitate[21]), epilepsia[22]), memoriae infirmitate[23]), delirio melancholico[24]), paralysi[25]), claudicatione[26]), ischiatico dolore[27]), hydrophobiae specie[28]).

§. L.

C u r a.

Generatim. 1. Symptomatibus prodromis, indole morborum regnantium ac conditione aegrotorum adventum miliarium praesagientibus, quaevis frigus suscipiendi occasio ab universâ corporis superficie arcenda[1]). Praeprimis sudores patienter tolerandi, quin tamen stragulorum vi eliciantur[2]). Indusium sudore frigescente madidum, cum alio, dummodo sicco et calido, commutandum. Sunt qui ad eruptionem miliarium sollicitandam, *fri-ctiones*

21) Idem, ibidem.

22) Barailلon *observation sur une éspèce d'épilepsie, qui reconnoit pour cause le virus exanthématique miliaire.* (*Histoire de la société R. de méd.* a. 1776. *Hist.* p. 225).

23) Hamilton l. c. Cfr. hist. 13. — Allioni l. c. p. 55.

24) Allioni l. c. p. 55. — Burserius l. c.

25) Hamilton l. c. hist. 2. — Allioni l. c. p. 55.

26) Allioni l. c. 27) Idem, ibidem.

28) Idem l. c. p. 56.

1) S. G. Vogel (l. c. p. 402.) suadet et *faciem* tenui linteo obtegendam.

2) „Stragulis aegri tegendi sunt, ad calorem naturalem et lenem diapnoen servandam, *non autem ad illos suffocandos.*" (Fischer l. c. p. 92).

ctiônes cutis, ope panni lanei, *suffumigio succini* imbuti, et applicationem *cucurbitularum siccarum* suadent. Verum, quum horum auxiliorum administratio, aegri denudationem exposcat, quin segni miliarium officinae calcaria addat, illa omittimus. Ne vero hujus officinae facultas praepostere deprimatur, a pharmacis narcoticis (ad quorum exhibitionem tumultus systematis nervorum, miliaribus erupturis socius, invitare solet), libenter abstinemus, quin tamen *futuri* phaenomeni gratia *praesentes* indicationes negligamus. In genere respectu administrationis pharmacorum (in morbo benigno utplurimum supervacaneorum, et in maligno saepe inutilium[3])) *moderate incedimus*[4]).

2. Ne secus sub *miliarium eruptione* et *efflorescen-* Continuatio argumenti.

3) Fantoni scribit (l. c. p. 224.): „Quaedam tempestatum atque morborum constitutiones sunt, in quibus occumbet magna pars aegrorum, *quacunque ratione curentur.*"

4) Saffт (l. c. p. 21.) istam inculcans moderationem suadet, ut quaeratur potius, *utrum medicamentum necessarium sit, quam quodnam.* Pulchre et Burserius (l. c. §. 443.): „At non possum in universum satis inculcare, simplicissimam medendi methodum compositae et generosiori esse plerumque praeferendam, feliciusque illos aegros e morbo evadere, qui naturae opus non turbaverint, et diluentibus, temperantibus idoneoque diaetetico regimine plus confisi sint, quam medicamentorum farragine, aut multiplici operationum adhibitione."

rescentia. Sudor hîc minime pellendus, sufficit enim levis corporis mador [5]), nisi natura ipsa criticum cum symptomatum allevatione agat sudorem. Tepidum omne bibatur. Valent praeterea quae visui sunt jucunda, quae aures demulcent, blandiloquia, consolationes, et omnia, quae animum debitos inter limites erigunt [6]). His praestitis viam regiam curae patulam esse putamus. Haec pro variâ morborum, miliaria socia habentium indole, vario modo instituenda.

C. mil. in febrib. intermittentibus.

3. Si miliaria in febribus intermittentibus obveniunt, ante omnia latens forte complicatio congruis auxiliis, videlicet antiphlogisticis, si morbus fuerit inflammatorius [7]); evacuantibus, si gastricus [8]), abigenda, et tunc demum ad *cinchonam*,

5) „In totum autem rejicere regimen diaphoreticum non sim author.“ (Fischer l. c. p. 84).

6) „Et quaecunque commovent spiritus animales, sive grata, sive ingrata fuerint, noxia sunt.“ (Hamilton l. c. p. 89).

7) „Spissitudo inflammatoria sanguinis non raro cum intermittentibus febribus consociatur, quae venaesectionem expostulat. Haec nisi fiat, in continuam febrem degenerant, aut quotidianam, quam dolores, rheumatismi atque varii decubitus ad varias partes sequuntur.“ (Allioni l. c. p. 167).

8) „Curationem per evacuantia in miliarium cum intermittentibus complicatione peragi posse planum est.“ (Allioni l. c.).

nam, citius in casu perniciosae, ocyus aliàs deveniendum 9).

4. Miliaria *phlebotomiam*, in *febribus inflammatoriis*, *rheumaticis* et *catarrhalibus*, dummodo caeteroquin indicata fuerit, minime excludunt, inprimis in aegrotis robustis, bonoque habitu praeditis, certisque anni aërisque constitutionibus, sique febris ingens, pulsus validus, durus, magnus; calor urens, facies rubra, respiratio anxia et capitis dolor vehemens 10). Imo et sine istis notis inflammatoriis, genuina visceris cujusdam phlogosis hisce in morbis venaesectionem exposceret. Neque timendum, inde miliaria concidere aut evanescere 11). Caeterum probe retinendum, miliare exanthema *per se* sanguinis mis- C. mil. in febribus infl. rheumat. et catarrhal.

9) „Plurimae iterataeque observationes me docuerunt, miliarium miasmati corticem peruvianum nocere. Febres intermittentes facile in continuas mutantur .... tot, uno verbo, infortunia, atque morborum diutissimas successiones ex usu corticis observavi, ut non suadeam ejusdem usum, nisi quando vere timendum sit, ne frigoris aut rigoris reditus pustulas retropellat. ... Tunc autem quisque videt, cortice peruviano succurrendum esse." (Allioni l. c. p. 165. 166).

10) Allioni l. c. p. 160. — De August. l. c. (In epidemia Novariensi a. 1755. tanta erat inflammatoria diathesis, ut nullus miliaribus correptus evaderet, nisi sanguis detractus fuerit. — Selle med. clinic. 2. edit. Burserius l. c. §. 433.

11) Collin l. c. p. 62. — Burserius l. c. §. 434.

missionem minime postulare[12]). Medici igitur prudentis erit, in casu dubio, sine praeconcepta opinione, genium morbi cautâ venaesectione explorare, deindeque juxta effectum, viriumque vitalium conditionem, aut illam repetere, aut omittere. *Cucurbitulae scarificantes* ob refrigerationis periculum vix locum obtinent. Idem de *hirudinibus* valet, nisi placeat, illas gingivis aut ano, ob congestiones in vasis encephali et abdominis, admovere[13]). Et tamen medici temerarii non desiderantur, qui aut applicationem linteorum, *aqua frigida* madefactorum, ad extremitates[14]), aut frigidam lotionem[15]), aut affusionem[16]) commendare audeant! Gloriantur se non

12) Hamilton l. c. p. 89. („Raro etiam sanguinis emissio permittenda, nisi ex urgente aliquo symptomate, e. c. asthmate, pleuritide, vel simili indicaretur"). — Mead monit. et praecept. med. Sect. IV. p. 13. 14. (monet „quo minori copia missua fuerit sanguis, eo tutius utplurimum finiri morbum; deficientibus enim extremis diebus viribus, pustulae, inquit, retrocedunt et aeger moritur"). — Collin l. c. p. 72. — Gastellier l. c. p. 362.

13) Primit. med. Pol. — Fischer l. c. p. 87.

14) Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 5. *B.*

15) „Temeraria sane est lotrix illa methodus cum frigida, quam praedicatam legimus in appendice. Vol. X. Eph. nat. cur." (Fischer l. c. p. 77).

16) Marcus *Entwurf einer speciellen Therapie.* 3. *Th.* — Reuss l. c. — Dolet Adelmann (l. c. p. 36.), incolas, inter quos praxin exercet, adeo sanâ ratione do-

non omnes aegrotos interfecisse[17])! — *Nitrum* etiamsi diathesi inflammatoriae accommodatum, ob vim tam refrigerantem, quam diureticam, sub miliarium praecipue alborum curriculo, suspectum est pharmacon[18]). Nec mirum, si verum est, jam *emulsionem refrigerantem* cum detrimento adhibitam fuisse[19]), lotiique profluvio exanthema a cute diverti. Quousque igitur status inflammatorius viget, vix alia tuto adhiberi queunt phar-

tatos esse, ut affusiones frigidas *non* admiserint, provocatque inter alios ad S. G. Vogel, qui saltem huic curandi rationi non adversatur. Revera egregius vir suam contra admissionem frigoris aversionem acrius manifestare debuisset.

17) „Frigus externum, aut regimen quocunque modo frigidum periculosum est; et mortis caussa nonnunquam subitaneae; tum etiam, cum pleraque symptomata, optatum morbi eventum promittunt." (Hamilton l. c. p. 105).

18) „Suspectum idcirco ejus (nitri) usum habeo, dum pustulae erumpunt, nisi vehemens sanguinis et bilis potissimum impetus attemperantia, et quae compescunt, expostulet. ... Prima periodus plerumque nitri usum permittit, sed in altera caute hoc praesidii genus impendendum." (Allioni l. c. p. 188). Idem jam Fr. Hoffmann (l. c. §. 3.) docuit, inprimis si miliaria fuerint *alba*. In miliaribus enim *rubris*, sub aestu, medicamenta diaphoretica leniter nitrata, ut accommodata admittit.

19) Hamilton l. c. hist. febris miliaris ex sumtâ emulsione lethalis.

pharmaca[20]), praeter ptysanas, additis *acidis vegeta-*

20) Licet hucusque a nemine *digitalem purpuream* in morbis, exanthemate miliari stipatis, vel adhibitam vel propositam videamus, id tamen habita ratione theoriae, miliaria ex affectione cordis et vasorum majorum repetentis, brevi fore, expecto. Medicis, qui talia moliuntur, considerandum relinquo, num liceat aegrotorum vitam experimento, uni theoriae utut plausibili innixo, submittere? Sed concesso, theoriam omnino veritati consonam esse, eritne etiam syllogismus rationi consonus: miliaria ex affectione cordis et vasorum sanguiferorum prodeunt, digitalis in has partes specificam exercet vim, ergo indicata est. Quid, si specifica digitalis in cor et vasa sanguinea vis generis foret deprimentis, sique inde conamini naturae, orisin versus cutim moliendi, obstaculum poneretur? — Affulget caeterum lux. Ocyus enim serius morbus miliaribus stipatus atque ita constitutus, ut alioquin usum digitalis absolute exposcat, adveniet, tunc et medicus praxin religiose exercens, a prudenti experimento non alienus erit. Interea observationem juvenis Borussi mense Martio a. 1822. a me Vilnae, socio D. Bernard curati, silentio non praetereo. Aeger gravi laborabat peripneumonia. Necessariae venae sectiones, cucurbitulae et hirudines adhibitae fuere, at pauco cum levamine. Terrebant quammaxime anxietas, jactatio, tussis, subsultus tendinum etc. Quum extravasatum forte in cavitatem pericardii suspicaremur, digitalem purpuream praescripsimus, at incassum. Post biduum en sudores acidi, profusi, nullum levamen afferentes. Mox miliaria praedixi et interea remediis emollientibus standum esse suasi. Paullo post miliaria revera in conspectum ve-

getabilibus[21]) et saccharo ad gratum saporem. Quodsi faucium affectio aut tussis acidorum usui obstarent, *linctus*, in morbo rheumatico sive catarrhali provectiori, nisi sudor alioquin urgeat, *lenibus* diapnoicis[22]) junctus[23]), exhibetur. Sicuti febres rheumaticae aut catarrhales in genere, quamprimum indolem inflammatoriam methodi antiphlogisticae ope amiserunt, *vesicatoria* exposcere solent; ita etiam in casu, quo miliaribus stipantur[24]). Qui usum vesicantium in morbis, miliaribus insignitis, reprobant[25]), ea sub contrariis rerum positionibus, quibus ipsa adversantur e. c. vigente in primo dictarum febrium limite[26]),

nerunt. Peractâ repetitis conaminibus illarum efflorescentiâ, aegrotus integrae sanitati restitutus est.

21) „Denique adhibenda sunt subacida, ut sunt aurantia, medica et punica mala, acetosa, acetosella aliaque similia.“ (Allioni l. c. p. 151).

22) „Animadvertemus efficacissima diaphoretica (quae calefacientia et aromatica sunt), hac in aegritudine non convenire. In prima periodo eruptionem promptiorem in aegri detrimentum faciunt: in altera vero febrim, calorem adaugent.“ (Allioni l. c. p. 188).

23) R. Mucilaginis gummi arabici, syrupi violarum ââ unciam unam, aquae florum tiliae uncias sex. Capiatur paullatim.

24) Scribit Hamilton (l. c. p. 87.): „Nullum itaque aliud remedium, spirituum animalium commotionem magis sedat, somnumque conciliat, aut spiritus depressos levare solet.“

25) Damilano l. c. p. 115. — Baraldius l. c. p. 31.

mite[26]), adhuc statu inflammatorio, vel morbo complicationem saburralem aut biliosam agnoscente[27]), adhibuerunt.

C. mil. in febribus gastricis. 5. Quoties enim miliaria *febrem gastricam* sociam agnoscunt, ante omnia puritati primarum viarum studendum. Orditur ideo cura ab *emetico*[28]), nisi aut status viscerum abdominalium inflammatorius, aut impotentia aegri ad vomitum, aut genius epidemicus[29]) impedimento sint. Suadetur

26) Vesicatoria „in amplissimi etiam morbi *prima periodo* noxa non carere" opinatur Allioni (l. c. p. 187.), qui caeterum, sicut et Kreysio (l. c. p. 108.) illa nec commendat, nec vituperat. Vesicatoria duntaxat quarto vel quinto morbi die post sanguinis missionem applicuit Molinarius (l. c. p. 149).

27) Non mirum ait Burserius (l. c. §. 437.), Baraldio vesicatoria nocuisse, „quod miliaria in ejus aegrotis cum tritaeophia biliosa, et quasi ardente complicabantur, ac proinde non egebant calcari ullo, nec ullo incitamento, sed potius freno et moderamine."

28) De epidemia miliari Wittenbergensi ait Kreysig (l. c. p. 184.): „*Die Brechmittel thaten gewiss in sehr vielen Fällen sehr gute Dienste.*" S. G. Vogel (l. c. p. 398.) monet: „*Brechmittel sind, wenn nichts dringendes dagegen spricht, beynahe immer die Hauptmittel, nicht allein in Absicht ihrer ausleerenden Eigenschaft, sondern auch ihrer wohlthätigen Wirkung auf die Haut.*"

29) In epidemia a Brunnino (l. c.) descripta, multum detrimenti attulerunt emetica. Nec semper profuere apud Kreysio, qui (l. c. p. 105.) ait: „*Wirklich hat auch die Erfahrung gezeigt, dass viele von denen ge-*

detur praeprimis emesis ad anxietatem miliaribus sociam mitigandam [30]). Ut autem vomitus hîc excitetur, radix *ipecacuanhae* (adultis ad scrupulum et ultra [31]) porrecta), tartaro emetico anteponenda, ne videlicet alvi profluvium, miliarium eruptionem impediens aut illorum curriculum perturbans, oriatur [32]). Quae tamen non ita intelligenda sunt, ac si in casu, ubi saburra inferius locata est, magisque intestina occupat, blanda *laxantia* [33]), quocunque sub morbi stadio, adhiberi haud possent. Scopo tamen tutissime incedendi, evacuationesque potius sensim sensimque praeparandi, quam qualicunque demum vi excitandi, *resolventia* adhibere solemus, inprimis

storben sind, welche sogleich im Anfange Brechmittel genommen haben."

30) „*Nicht selten gibt ein Brechmittel einige Hülfe. wenn zumal ein Theil der Angst und Beklemmung seinen Grund in gallichten oder schleimicht-gallichten Unreinigkeiten des Magens hat.*" (S. G. Vogel l. c. p. 400).

31) Monet nempe Kreysig (l. c.): „*Als etwas eigenes muss noch bemerkt werden, dass ziemlich viele Kranke sehr schwer zum Brechen zu erregen waren.*"

32) „*Brechmittel haben in den meisten Fällen einen grossen Vorzug vor den abführenden Mitteln, die in der Folge d. Krankh. weit mehr die Kräfte ergreifen u. weit leichter den Ausschlag zurück treiben.*" (S. G. Vogel l. c.).

33) Serum lactis vel simplex vel cum tamarindis coctum, flos cassiae, cremor tartari, tartarus solubilis, et praecipue oleum suadente Burserio (l. c. p. 436).

primis ea, quae ex connubio substantiae alcalinae cum acido vegetabili emergunt, addito vehiculo nervis amico[34]. Nec cauto *calomelani* hic (potissimum si affectio hepatis simul lateat, methodo antiphlogisticae rebellis) adversamur usui[35]. Nisi inde jam alvus moveatur, *clysteribus emollientibus*, communi consensu probatis[36]), debitis, ut refrigerium evitetur, cautelis, utimur.

6. Mi-

34) R. Subcarbonatis potassae aut lapidum cancrorum scrupulos duos, succi citrini recenter expressi quantum sufficit ad saturationem, aquae cerasorum nigrorum uncias sex, syrupi citri unciam unam. M. Secundâ quâvis horâ unciam unam.

35) Teste GMELINIO (op. c.) specificum J. G. WAGNERI (de medicamento quodam ad puerperarum febres mali moris epistola. Lubecae 1747.) nil nisi *calomel* erat. ALLIONI (l. c. p. 140.) a pharmaco ex connubio *stibii* cum *mercurio* emergente atque a BOERHAAVE adversus variolas commendato (aphor. 1392.) etiam in miliaribus magnam utilitatem augurabatur. Revera *Kermes*, *calomelano* nuptus profuit in miliarium epidemia, descriptâ a GESNER (*Sammlung von Beobachtungen.* 4. *B.* p. 176. 204). Maxima autem laus *calomelani* a KREYSIGIO impertita fuit (l. c. p. 110 — 117.); quod ut *eccoproticum* concedo, ut *specificum* nego. Candida saltem est confessio ADELMANNI (l. c. p. 25.): „*Ich glaubte in dem versüssten Quecksilber ein specifisches Mittel gefunden zu haben, wozu mich* GMELIN, ALLIONI *und* KREYSIG *verführten. . . . Aber ich betrog mich bey allen diesen Ansichten, wenn auch ein Kranker davon kam, so starben dafür wieder zwey andere.*"

36) „Tutissima autem omnium in toto morbi curriculo

6. Miliaribus in *febribus nervosis* comparentibus, quaenam inter consueta aliasque indicata pharmaca tunc aut eligi aut ommitti debeant, quaeritur. Qui febres nervosas (saltem eas quae ex gastricis oriuntur) insimul cum miliaribus e putredine repetunt, *acidis mineralibus* favent[37]. Contra, qui miliaria ex conditione acida sanguinis explicant, cane et angue pejus illa fugienda, et pharmaca generis oppositi eligenda esse suadent[38]. Quid experientia? Docet, acida mineralia miliaribus non quadrare[39]. Quadratne *cinchona?* Eam nunquam profuisse vidimus, — quo- C. miliar. in febrib. nervosis.

ad alvum laxandam, apertamque servandam, nemine discrepante, reputantur enemata emollientia." (Burserius l. c. §. 436.).

37) Allioni (l. c. p. 152.) monet: „Corruptiva porro humorum natura requirit, non modo usum subacidorum sed . . ."

38) Hamilton (l. c. p. 85.) scribit: „Ad sanguinis succique nervosi aciditatem (unde coagulationes sanguinis, et seri secretiones proveniunt) edulcorandam, medicamenta, vulgo alcalina dicta, et praecipue testacea sunt eligenda: e quibus sunt oculi cancrorum, margaritae praeparatae et similia."

39) Ipse Allioni tandem debitum experientiae tributum persolvit, monens (l. o. p. 151.): „Acida mineralia eo quod nimis valide sanguinis motum compescant, suspecta habeo, nisi parvâ dosi exhibita, multâ aquâ diluta, et partitis vicibus data." — Burserius l. c. §. 438. et multae propriae observationes.

quousque morbus acute decurrebat [40]). Secus autem, ubi in longum trahebatur, viresque praeter modum languebant [41]). Quadratne *opium*? Generatim sententiae viri experti [42]) subscribimus „saepius nocere, quam prodesse.“ Mirum sane, ab opio hîc nec vigilias [43]), nec convulsiones sedari [44]). Interea hoc magis de recentiori morbo, deque miliaribus, aut saburris nuptis [45]), aut puerperii comitibus, quam de provectioribus febribus nervosis intelligendum. Enim vero dum hîc reliquae circumstantiae, praesertim diarrhoea vires exhauriens [46]), opium exposcebant [47]), id praesentibus miliaribus aequali cum successu praescripsi-

40) Allioni cinchonam in genere rejicit, asserens, miliare miasma a cortice peruviano non corrigi.

41) Sic et Gastellier (l. c. p. 363.) profitetur.

42) Allioni l. c. p. 189.

43) Ant. de Augustinis (l. c. p. 72.) in epidemica miliarium constitutione 1755. opium ad vigilias adhibitum nocuisse refert.

44) „Neque convulsiones, cum pendeant ex nervorum cutis irritatione, tanquam ex spina cuti infixa, opii auxilio tolluntur.“ (Allioni l. c. p. 190).

45) „Ut autem antispasmodicorum virtuti nihil obstet, opus erit, ut primarum viarum, ab exerementis crassioribus, ibi forsan coacervatis, fiat evacuatio et succedens abstersio.“ (Fischer l. c. p. 81).

46) Ad diarrhoeam miliarium comitem cohibendam, prae aliis parvas radicis *rhei* doses jam commendat Fischer (l. c. p. 101).

47) Cap. V. §. XXXI. No. 40.

scripsimus; praescripserunt alii [48]). Maxime nobis pulvis *Doveri* profuit. Opium enim hîc correctivo indigere jam dudum intellectum est [49]). Aliàs et mitissima narcotica effectum exerunt [50]).

7. Quodsi validissima hucusque recensita auxilia febribus nervosis, quatenus miliaribus stipantur, non quadrant, quaenam, bone Deus, illis demum pharmaca quadrabunt? Nulla, si specifica indiscriminatim adhibenda expetis, plurima, si juxta indicationes speciales tibi incedere proponis. Praesto enim sunt *vinum* [51]), *serpentaria* [52]), *camphora* [53]), praecipue *moschus* [54]), alia- Continuatio argumenti.

48) Molinarius l. c.

49) „Si theriaca aut alia opiata usurpanda viderentur, opportune id fit post apposita vesicatoria, *quae parvos opiatorum effectus inhibent.*" (Hamilton l. c. p. 100).

50) De Augustinis (l. c.) refert, emulsa ex seminibus papaveris vigilias, convulsiones, deliria et inquietudines in epidemia sua miliari sedasse.

51) „Vinum non oligophorum, sed probum, vinosum, lymphatum et saccharatum, in jusculi forma interdum praebeatur." (Fischer l. c. p. 94). — „Quando vires dejectae sunt . . . . apud nos *vini* aliquid largiri in usu est, et vere nil praestantius vires erigit." (Burserius l. c. §. 442).

52) Gastellier l. c. p. 363.

53) De Augustinis (l. c. p. 69. 70.), Gastellier (l. c. p. 362.), Burserius (l. c.) *camphorae* hic non favent; ego illius *auram* pluries cum fructu adhibui, dum cutis erat subfrigida, pulsus mollis, viresque dejectae.

54) „Pluries *moschum* adhibui cum magna utilitate; meam ego ipse vitam hoc remedio bis servavi." (Al-

aliaque[55]), sub iisdem rerum positionibus, ut in tractatu de febribus nervosis docuimus[56]), adhibenda.

Finis argumenti. 8. Ex tractatibus *pestis*, *typhi*, *puerperii* etc. palam fiet, miliarium istis in morbis praesentiam, nil respectu indicationum therapeuticarum immutare. Concludere mehercle inde licet, non juxta miliaria sed juxta morborum, quem concomitantur, curandum esse[57]). Quodsi hoc argumentum, tanquam testimonium naturae symptomaticae miliarium, ea de caussa admitti nequeat, quod exanthemata primaria e. c. variolae, morbilli

LIONI l. c. p. 143. not.). Celeberrimus quondam in febribus miliaribus erat pulvis *T..quinensis* (VOGEL in acad. praelect. §. 141.). En formulam: R. Moschi optimi grana sedecim. Cinabaris nativi, coccinellae ãã grana viginti quatuor. M. f. pulvis, dandus pro una dosi, aut in duas dividendus.

55) Ne iterum dicam de vesicatoriis, — *pulvis bezoardicus* (BURSERIUS l. c.), *crocus*, *essentia succini*, *spiritus cornu cervi*. (HAMILTON l. c. p. 97.) etc.

56) Cap. V. §. XXXI.

57) Pulchre S. G. VOGEL (l. c. p. 395.): „*Man behandelt die Krankheit (Friesel) bald als ein entzündliches, bald als ein gastrisches, bald als ein fauliges, bald als ein Nervenfieber u. s. w. Man sieht auf epidemische Constitution, auf die individuelle Beschaffenheit des Körpers, auf das* j u v a n s *und* n o c e n s, *auf das Stadium der Krankheit, auf die Verwicklung, auf die dringendsten Symptome u. s. w. Man bekümmert sich um den Ausschlag, in Absicht seines Aussehens, seiner Menge u. s. w. selbst wenig.*“

billi et scarlatina, juxta indolem febris curari debent; docet id saltem, praxin medicam minus detrimenti accepturam, si pathologi exanthemata, quot quot sunt, pro symptomaticis declararint, quam si exanthematum primariorum numerum praeter necessitatem auxerint.

9. *Miliaria retrogressa* juxta praecepta generalia[58]) curanda. Quum caussa retrocessus varia sit, varia quoque, pro re nata est therapia. Accomodetur potissimum oportet conditioni viscerum inde affectorum et virium vitalium; ubi erroris in diaeta caussa vitium gastricum — *emetica* aut *purgantia;* ubi culpâ refrigerii genuina visceris phlogosis — *methodus antiphlogistica,* deindeque *diapncica;* ubi ex morbo vel e nimiis evacuationibus virium vitalium languor — pro re nata *vesicatoria*, *camphora*, *moschus*, *spiritus cornu cervi*, *vinum*, *serum lactis vinosum*, *pulvis Doveri* etc.; ubi per animi pathema spasmi — sub febre vehementi, *pulvis antispasmodicus ruber Stahlii*, — aliàs gutta una alterave *laudani liquidi Sydenhami.* Cutis frictiones dummodo moderatae, sinapismi et fomenta[59]) nullibi nocebunt. C. retrocessus miliarium.

58) Cap. VI. §. XXXVIII. No. 13.

59) „Eo tempore, quo sudor disparet, et cutis praecalida redditur, nil utilius observavi fotu per lintea calida et humida convenienter administrato, et involventia brachia et tibias, quibus sudor et exanthematum elatio alliciuntur.“ (Allioni l. c. p. 183).

bunt. Balnea tepida [60]) nemini commendabimus [61]).

Caput IX.

De bullis.

§. LI.

Definitio. Historia.

Definitio. 1. *Bullas* [1]) nuncupamus vesicas magnitudinis

60) *Journ. de méd. Avril* 1787. — Gosset v. Hufeland's *Annalen der französ. Literatur.* 2. *B.* p. 333.

61) „Balnea tepida utilia dicuntur fuisse; tempestate calida fortasse id fieri poterit. Quae ipse vidi experimenta, votis *non* responderunt; maxime enim sensilis cutis est eo in statu, et ex leviuscula aura depressio pustularum multum cietur." (Allioni l. c.).

1) *Synon.* Febris bullosa, febris ampullosa, morbus bullosus, febris vesicularis, febris pemphigodes seu pemphingodes; pemphigus, pemphix, pemphigus acutus, pyreticus, affectus pustularis pruriginosus, affectus pustularis scorbuticus, febris synocha cum vesiculis; synochos vesicularis. Germ. *Blasenfieber*, *Blasenkrankheit*, *Heidenpocken.* Belg. *Bleinuitslag.* Dan. *Blaerefeber.* Suec. *Blädderpest.* Angl. *Bullous fever*, *Vesicular fever*, *Bladdery fever*, *Vesicular eruption*, *Fire bladders.* Gall. *Fièvre vésiculaire*, *pemphigus pyrétique*, *pemphigus apyrétique; maladie vésiculaire*, *fièvre pemphigode.* Ital. *Penfigo; febbre flittenoide.* Hisp. *Burbuja.* Lusit. *Febre com borbulhas.*

nis circiter amygdalarum, plerumque sero flavescente repletas, in nonnullis morbis febrilibus erumpentes.

2. De febre, bullis stipata, jam apud HIPPOCRATEM legitur[2]; at divi senis verba interpretari est arduum[3]. Nec facilior est interpretatio locorum huc verosimiliter spectantium in operibus CELSI[4], AETII[5] et RHAZES[6]. Major quodammodo lux ex FERNELIO[7] et SCHENKIO[8]) affulget. Primus autem qui de bullis sub nomine *hydatidum*, exacte scripsit, est CAROLUS PISO[9]. Earum quoque obiter meminit MORTON, de febre sporadica, cum *vesiculis aqueis* per collum et pectus sparsis, loquens[10]. Absolutam bullarum descriptionem THIERY[11] et LANGHANS[12] dederunt; quorum ille epidemiam a 1736 in exercitu Gallorum Historia.

2) In sexto epidem. libro. Sect. I.
3) Vid. edit. Hippocr. CHARTERI T. IX. p. 38. et FOESII oecon. Hipp. p. 297.
4) De re medica. Lib. V. cap. 28.
5) Tetrab. IV. serm. III. cap. 62. p. 807. edit. Basil. fol. 1542.
6) Lib. XXVII. Tract. 7. T. II. fol. 319. Venet. fol. 1542.
7) Univers. med. Lib. VII. cap. 4. p. 334. edit. Paris. fol. 1567.
8) Obs. med. rarior. Lib. VI. obs. 121.
9) De morbis a serosa colluvie et diluvie ortis. Obs. 149.
10) Appendix secundae exercitationis. p. 163. Opp. omnia. Genevae 1727.
11) *Médecine expérimentale.* p. 134. *Paris* 1755.
12) Acta Helvetica. T. II. p. 260.

rum *Pragae* regnantem, — hic epidemiam, *Helvetiam* depopulantem, descripsit. Maxime medicorum attentionem ad bullas traxit SAUVAGES [13]). *Pemphigi* [14]) iis nomen imposuit, quod dein plurimi de bullis scriptores ita adoptarunt, ut modo arduum foret, literaturam febris bullosae, utpote morbi acuti, ab illa pemphigi, utpote morbi chronici, separare. De utroque morbo legantur: CHR. SELIGER [15]), J. FR. FÜRSTENAU [16]), O. F. W. FRENTZEL [17]), GOELICKE [18]), JUNKER [19]), D. STEWART [20]), SCHRÖDER [21]), S. DICKSON [22]), SIMONS [23]), FEICHTMAYER [24]),

13) Nosol. cl. III. ord. I. gen. 3.

14) A Gr. πέμφιξ, bulla, seu vesica.

15) De febre pemphigode sive bullosa. (Miscell. acad. nat. cur. Dec. I. a. 8. 1677. p. 93).

16) Febris acuta *vesiculoso*-erysipelacea. (Acta acad. nat. cur. Vol. 9. p. 57).

17) De peculiari quadam febris malignae catarrhalis exanthematicae, purpuraceo-pustularis specie, vesicali ulcerosa. (Acta acad. nat. cur. Vol. 10. p. 260).

18) Diss. observationes aliquot practicae circa febrem vesicularem. Francf. 1732.

19) Diss. conspectus pathologiae medicae de pemphigo.

20) DUNCAN medical comment. Vol. VI. a. 1778.

21) Historia febris bilioso-pituitoso-putridae, quae ab initio Decembris 1783. in variis Hassiae regionibus epidemice grassata est.

22) *Transactions of the R. Irish Academ. Vol. I. Dublin* 1787. Et *Samml. auserlesener Abhandlungen für prakt. Aerzte.* 13. *B.* p. 133.

23) *London medical Journal.* 1788. p. 310.

mayer [24]), Salabert [25]), J. E. Wichmann [26]), Ring [27]), Blagden [28]), Braune [29]), Burgmann [30]), L. Hollberg [31]), J. Upton [32]), Hall [33]), Michaelis [34]), Garn [35]), Henning [36]), W. Gaitskell [37]), N. Vallot [38]), Jacquemin [39]), Christie [40]), Conradt [41]),

24) Hufeland's *Journ. der prakt. Heilk.* 10. *B.* 3. *St.* p. 97. — 11. *B.* 4. *St.* p. 139.

25) *Journ. de méd. Vol.* 72. *a.* 1790. p. 66. Et *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* l. c. p. 544.

26) *Beytrag zur Kenntniss des Pemphigus. Frf.* 1791.

27) *London medical Journ. Vol. II. Part.* 3. p. 234. Et *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* l. c. p. 624.

28) *Medical facts. Vol. I.* p. 105. Et *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 14. *B.* p. 673.

29) *Versuch über den Pemphigus und das Blasenfieber. Leipz.* 1795. — *Ueber die Erkenntniss u. Behandlung des Pemphigus. Freib.* 1823.

30) Diss. de febre bullosa et pemphigo. Gött. 1796. 4.

31) *Casus pemphigi. Svenska Vetensk. Acad. Nya Handl. A.* 1797. p. 310.

32) *Case of pemphigus. Mem. of the med. soc. of London. Vol.* 3. p. 532.

33) *Transactions of medicine for the year* 1798. *by* Duncan. *Vol.* 3. p. 386. Et *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 18. *B.* p. 483. *Medical records and researches.* p. 283. Et *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 192.

34) Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 3. *B.* p. 187.

35) Ibid. 6. *B.* p. 359.

36) Ibid. 21. *B.* p. 121.

37) *History of a case of Pemphigus.* (*Mem. of the med. soc. of London. Vol.* 4. p. 1).

38) *Observation sur le pemphigus ou la fièvre vésiculaire.*

RADT[41]), CH. BOBBA[42]), CONSBRUCH[43]), BRÜCKMANN[44]), SAVARY[45]), HÉBREART[46]), J. MOUTON[47]), ROBERT[48]), KRAFT[49]), S. GILIBERT[50]), RIDAULT DE VILLIERS[51]), BRACHET[52]), WANT[53]), A. MORASCHIK[54]) et W. A. HAASE[55]).

§. LII.

(SEDILLOT *recueil period. de la société de méd. de Paris. T.* 4. p. 292).

39) *Observation sur une maladie singulière de la peau (pemphigus).* Ibid. *T.* 30. p. 264.

40) *London med. Journ. Vol.* 10. *Part.* 4. p. 36. Et *Samml. auserl. Abh. f. pr. Aerzte.* l. c. p. 491.

41) Diss. affectus cutanei rarioris historia. Regiom. 1800.

42) *Mémoire sur le pemphigus ou exanthème vésiculaire. Stuttg.* 1802.

43) HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk.* 27. *B.* 1. *St.* p. 108.

44) HORN's *Archiv für. med. Erfahrung.* 1811. p. 62.

45) *Journ. de médecine. Vol.* 22. *Septembre* 1811. p. 203.

46) *Observations sur le pemphigus* (SEDILLOT *rec. périodique de la société de méd. de Paris. T.* 43. p. 376).

47) *Observations sur une maladie vesiculaire; et reflexions sur cette observation.* Ibid. *T.* 43. p. 41. 45.

48) *Journ. de méd. par* CORVISART etc. 1812. *Mars* p. 227 sq. *Juin* p. 107. *Juillet* p. 209. *Août* p. 322.

49) *Pemphigus. Zur Bereicherung der Diagnostik.* (HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 37. *B.* 1. *St.* p. 95).

50) *Monographie du pemphigus, ou traité de la maladie vésiculaire. Paris* 1813.

51) *Recherches et observations sur le pemphigus, son hist. et sa synonymie.* (*Journ. génér. de méd. T. LIV.* p. 3).

52) *Observations sur le pemphigus.* (Ibid. *T. LX.*).

53) *The medical and physical journal, conducted by* FOTHERGILL. *London* 1814. *April.*

§. LII.

Symptomata. Caussae.

1. Bullae quidem absque certis symptomatibus *prodromis*[1]), nulla determinata morbi die[2]) erumpunt, plerumque tamen aeger in loco, quo eruptio imminet, de dolore conqueritur. Accedit levis cutis rubor, sat late diffusus, aliquando sublividus, cui *eruptio* bullarum, utplurimum celerrime, hinc inde postridie tantum, succedit. Bullae, ab initio, saepissime pisi magnitudine cernuntur; maxima autem earum pars rapide ad volumen circiter amygdalarum increscit. Minores nucis avellanae, et majores nucis moschatae instar, nunquam vero ampliores, conspeximus, conspexerunt alii. Serum fere semper flavescens, inodorum continent. Bullas tamen, liquore puriformi repletas, vidimus. Ex serosis eae cruentae et ichorosae factae sunt apud STEWART. Absoluto Symptomata.

eru-

54) Diss. de pemphigo. Viennae 1815.

55) *Ueber den chronischen Blasenausschlag oder die chronische Blasenkrankheit.* (*Zeitschrift fur Natur- u. Heilkunde.* 1. *B.* 3. *Heft.* *Dresden* 1819—1820.).

1) Praecessisse bullas sitim, pectoris et praecordiorum oppressionem (REIL memorabilia clinica. Vol. I. Fasc. 2. p. 117.) et dysuriam (SALABERT et SAVARESKY) narrant.

2) Omni jure DICKSON opinionem CULLENII, qui periodum eruptionis inter primum et tertium diem morbi collocavit, improbat. Bullas decimo sexto morbi die comparuisse vidi, atque UPTON febrem eruptionem secutam esse adnotat.

eruptionis opere, pruritus et cutis rubor evanescunt, excepto interdum halone rubro, sat diu bullas ambiente. Nulli quidem corporis parti bullae parcent; saepissime tamen crura sibi eligunt; frequenter pectus, collum et brachia, nonnunquam, ut observavimus, dorsum, aliàs genas, frontem, partem capillatam capitis[3]), orificium meatus auditorii[4]), orisque cavum[5]) adoriuntur. Imo, faucium dolor et diarrhoea cruenta, quibus aegri bullis affecti hinc inde laborant, exanthema hujusmodi tunc vel oesophagum cum reliquo tubo intestinali occupare verisimile reddunt. Suspicio haec quodammodo ab observationibus Uptoni et Roberti confirmatur[6]). *Copia* bullarum aliquando exigua est et tantum ad octo, decem, quatuordecim vesiculas extenditur; aliàs longe hunc numerum, quin tamen eae inter se confluant, excedit. Saepe in decursu morbi nihil immutat bullarum adparitio, nonnunquam cuncta inde symptomata vel augentur, vel imminuuntur, vel evanescunt. Exanthema hoc non diu, et raro ultra nychthemerum formam descriptam retinet. Enim vero saepe bullae, tum ex aegri decubitu, tum sponte, rumpuntur, vel resorpto sero, relinquuntur vacuae. Quocunque in casu, cuticula, quae circumferentiam bullae prius effecerat, flaccida reddi-

3) Blagden l. c. 4) Hall l. c.
5) Blagden, Langhans et Dickson ll. cc.
6) ll. cc.

redditur, atque sensim sensimque corrugatur, relicta basi, instar carnis crudae, rubra vel exsiccatura, vel tenuissima obscuraque crusta cooperienda. Quo tempore primae bullae evanescunt, erumpunt novae, atque ita res plures per dies, ne dicamus unam alteramve per hebdomadem, contingunt.

2. Infantes, juvenes, et feminae[7]), bullis praecipue subjiciuntur. Eas connatas viderunt P. LEDEL[8]), OSIANDER[9]), vel quarto a nativitate die erumpentes RING. Casum febris biliosae pusionis novem mensium, dentibus adhuc orbati, ipsi vidimus[10]). MICHAELIS infantis sex mensium, ubera ma- Caussae.

7) PELARGUS *med. Jahrgänge.* 1. *Jahrg.* p. 20. 2. *Jahrg.* p. 436. Memorabile porro exemplum febris bullosae, inter foenifices sexus duntaxat sequioris erumpentis, describitur ab Ev. DANIEL in *the London medical repository. Vol. VI. Octob.*

8) Vesiculae serosae in foetu (totum corpusculum vesiculis copiosis, serosa lympha refertis, erat notatum, a matre generationis tempore in dies fere ebria). Miscell. acad. nat. cur. Dec. 2. a. 2. 1683. p. 63.

9) *Denkwürdigkeiten für die Heilkunde u. Geburtshülfe.*

10) Vilnae. Hic infans die 7. Aprilis 1815 derepente febre correptus est, cum alvo viridi et urina pauca. Die 8. Aprilis, ad latus thoracis dextrum et sub axilla sinistra, rubores comparuere, quos mox vesiculae magnitudinis amygdalarum, instar illarum, quae vesicatoriis excitari solent, subsecutae sunt. Hisce vesiculis sponte disruptis, serum effluxit acre. Accessit paullo post ampla ecchymosis, epidermide simul, ut

matris, herpete faciei detentae, sugentis ac bullis adfecti meminit. Hae apud GARN variolas, et apud STEWART morbillos prope secutae sunt. Utplurimum vero bullae morbos febriles ex inedia, ex humorum jactura et ex contagio comitantur [11]). Ipsas igitur bullas, quamvis contagio destitutas ac nequidem per insitionem communicandas [12]), pro contagiosis declaratas fuisse, non mirum est.

§. LIII.

in gangraena, secedente. Die 9. novae vesicae, pemphigo omnino similes, ad dorsum, brachium, palmamque manus sinistrae erupuere. Febris interea continuabat. Aegrotulus ubera respuebat, faciem exhibuit luridam et vix guttam lotii emittebat. Nullus tamen in regione vesicae urinariae tumor animadvertebatur. Post paucas horas obiit.

11) Magna inedia laborabat exercitus Gallorum tempore epidemiae supra allatae. Aegri SAUVAGESII bullis affecti, erant milites egeni et mendicantes. Aegra HENSINOII ergastulo inclusa erat. Proprii aegri omnes nosocomiales fuerunt, ac nonnulli nimiis venae sectionibus exhausti.

12) „*Mr.* HUSSON *a inoculé à cinq enfans la matière des vésicules de deux pemphigus, et les piqûres se sont promptement effacées sans donner lieu à la formation d'aucune vésicule (Recherches historiques et médicales sur la vaccine, troisième édition page* 144). *Mr.* MARTIN, *auteur d'une observation sur la complication du pemphigus et de la vaccine, dit, qu'on inocula la matière des vésicules à plusieurs enfans sans qu'il en résultât aucune éruption (Journ. de médecine, chirurgie et pharmacie. t.* 2. *p.* 225). *Ainsi donc le pemphigus n'est point contagieux, et les faits qu'on voudroit citer en faveur de*

§. LIII.

D i a g n o s i s.

1. Bullae confundi possunt: cum *vesicis accidentalibus*, cum *miliaribus*, cum *erysipelate pustuloso*[1]), cum *carbunculo*[2]), cum *variolis abnormibus*, cum *varicella*[3]), cum *zostere*, cum *hydroa* et cum *pemphigo*[4]). Facilis confusio.

2. Ac-

l'opinion contraire, prouvent seulement, qu'il peut s'associer quelquesfois avec des maladies contagieuses, telles que le typhus, ou bien seulement avec des maladies épidémiques, telles que la fièvre bilieuse." (Gilibert et Montfalcon in *Dictionnaire des sciences médicales*. *T.* 40. *art. Pemphigus*).

1) Sic plurimi immerito ad bullas referunt casum de *erysipelate vesiculoso faciei totius*, quem J. W. Guldbrand in observationibus de erysipelate in act. Reg. soc. med. Hafniensis. Vol. I. p. 142. insertis, enarrat. Alii in eundem errorem respectu ad vesiculas, quae *erysipelas oedematodes* hydropicorum comitantur, incidunt. (*Dict. des sciences médicales* l. c. p. 151).

2) Verosimiliter ad *carbunculos* potius pertinent *bullae* ex anatome *porcorum*, anginâ gangraenosâ demortuorum, de quibus Busch in Baldinger's *neuem Magaz.* 10. *B.* p. 230. — Item illae in aegro *macellarii* officio fungente ortae, de quibus Henning in Hufeland's *Journal* 1813. *Sept.* p. 89 sq.

3) Sic dictas *bullas*, quae proxime sequuntur aut *variolas* (Garn l. c. — Hufeland *Bemerkungen über die natürlichen u. inoculirten Blattern.* 3. *Aufl. Berlin* 1798. — Cullen's *Anfangsgründe u. s. w.* 3. *Ausg.* 2. *B.* p. 219. *in der Anmerk. des Uebers.*) aut *vaccinam* (Bremer in Hufeland's *Journal* 1815. *Mai.* p. 93. — *Medicinisch-chirurgische Zeitung.* 25. *Ergänzungsband.*

Distinctio a vesicis accidentalibus.

2. Accidit interdum, ut aegri, sive delirantes, sive soporosi, loca vesicatoriis occupata digitis scalpant, atque hos, cantharidibus conspurcatos, aliis cutis partibus admoveant, qua ratione, ut *vesicae* oriantur, *bullis* plane similes, contingit. Caveri igitur oportet, ne hae pro symptomate morbi habeantur.

Distinctio a miliaribus.

3. Maxima illa *miliaria*, de quibus fasti medici loquuntur, proprie ad *bullas* pertinuisse, jam monuimus[5]); cui errandi occasioni sequentem hic utriusque exanthematis comparationem opponimus.

Miliaria.	*Bullae.*
a. Symptomata *prodroma* fere constantia agnoscunt.	a. Symptomatibus *prodromis* certis destituuntur, ac nunquam copioso et specifico sudore praecedi solent.

b. Mor-

1822. *No.* 642. — Wolf junior, in: *Magazin der ausl. Literatur der gesammten Heilk. Hamburg* 1823. p. 215.), potius ad haec exanthemata spectare existimo.

4) Quum morbus vesicularis de quo tractatur, dum acute decurrit, omnino ab illo, cui curriculum chronicum competit, differat, placuit Wichmann illi nomen *bullarum* imponere, hunc nomine graeco *pemphigi* salutare. Multum isti morbos denominandi rationi objici sane posset! Interea, quum jam recepta sit, eam retinemus.

5) Cap. praeced. §. XLVI. No. 3.

b. Morbus puerperis familiaris.	b. Unum solummodo exexemplum in puerperis habemus[6]).
c. Raro in infantibus locum obtinent.	c. Saepius in aetate infantili obveniunt.
d. Eruptio solummodo *pruritu* annuntiari solet.	d. Eruptio *dolore ardente* plerumque praesagitur.
e. Efflorescunt utplurimum ad *latera colli*, ad pectus etc.	e. Efflorescunt utplurimum ad *crura*.
f. Saepe *papulas* referunt.	f. Constanter *vesiculas* exhibent.
g. Maximum volumen illud *lentium* est.	g. Minimum volumen illud *amygdalarum* vel *pisi* majoris est.
h. Colore sive rubro, sive albo, sive mixto instruuntur.	h. Colorem flavum, fere aurantiacum referunt.
i. Facile retrocedunt.	i. Nullum retrocessus exemplum habetur.

4. *Bullae societatem inire solent cum *febribus intermittentibus*, cum *gastricis* et *nervosis*, nec non cum *arthritide*, *peripneumonia* et *dysenteria*. B. exanthema symptomaticum.

5. Bullas a *febribus intermittentibus* haud alienas esse jam Piso observavit, bisque eas in tertiana duplici vidit Braune. Nunquam vestigium earum B. in febr. intermittentibus.

6) Fick diss. de febre vesiculari ab obstructione lochiorum. Jenae 1726.

earum hic deteximus, ac suspicamur, *hydroa*, febribus intermittentibus familiare, cum bullis confusum fuisse.

B. in febre gastrica. 6. In *febribus gastricis* bullas viderunt SCHRÖDER, FINKE[7]) et CHRISTIE. Neque complicationem inflammatoriam hic respuunt, testante SALABERT.

B. in febr. nervosa, peste et typho. 7. Bullae prae aliis morbis in *febribus nervosis*[8]), in *peste* et in *typho* obveniunt. Huc epidemiae a THIERY et LANGHANS descriptae et casus a SELLE[9]) nec non a nobis observati, pertinent.

B. in arthritide. 8. In *arthritide* inopinate bullae oriebantur, cum tumore oedematoso totius corporis, pustulis magnis, ubique dispersis, sero puriformi repletis, cum delirio perpetuo, sudore profuso, excrementis involuntariis et eventu inter triduum funesto[10]).

B. in peripneumonia. 9. Binis in *peripneumoniis* nos ipsi bullas conspeximus. Unus aegrorum antehac hepatitide laborabat, quod bullarum exemplum memorabile apud J. P. FRANK legi meretur[11]).

B. in dysenteriis. 10. De bullis, in *dysenteria* obvenientibus, exempla collegerunt BONTIUS[12]), RENGER[13]) aliique[14]).

§. LIV.

7) De morbo bilioso anomalo. p. 110.

8) HUFELAND's *Bemerkungen über das Nervenfieber*. 1799.

9) *Beyträge*. 1. *Thl*. p. 100.

10) Acta soc. méd. R. Hafniensis. Vol. I. p. 8.

11) Epitom. l. c. p. 265.

12) De medicina Indorum. p. 38.

§. LIV.

Prognosis. Cura.

1. *Prognosin* bullarum ex indole morbi primarii desumendam esse, per se patet. Eas semel *criticas* vidimus, viditque Salabert. Infantes facillime morbum perferre dicuntur; contraria habemus exempla. De summo periculo bullae in peste et typho testantur. Prognosis.

2. *Cura* bullarum morbo primario prorsus accommodanda est. Infantes plerumque sine pharmacis a bullis liberantur. Praesente magna virium jactura, *cortex cinchonae officinalis* et *vinum* uno ore celebrari solent. Imo Macbride singulos infantes bullis affectos in Hibernia mortuos vidit, quibus cortex non fuerit porrectus. In epidemia Pragensi *acetum bezoarticum* optime conduxit. Vigente diathesi gastrica, bullae ea potissime alvum evacuantia exposcunt, quae simul transpirationis officium promovent. Si natura peripneumoniae, bullis stipatae, venae sectionem expeteret, ea non obstante exanthemate, instituenda foret. Quocunque in morbo bullae compareant, secretionis urinae ratio habenda est. Bullae ipsae, quas aperiri nil vetat, nullis indigent remediis localibus *). Cura.

Caput

---

13) *Beobachtungen eines mit der Ruhr verbundenen Pemphigus.* V. *Museum der Heilkunde.* 2. *B.* p. 102.

14) Lind ibid. 4. *B.* p. 226.

*) „*La meilleure manière de traiter l'exanthème pemphi-*

Caput X.
De urticaria.

§. LV.
Definitio. Historia.

Definitio. 1. Maculae, aut tubercula, citissime prorumpentia, summe prurientia, basi inaequali, ac si cutis urticis caesa fuisset, instructa, sub frigore, plerumque evidentiora, fugacia, cum febre, *urticariam*[1]) constituunt.

Historia. 2. Celsus obiter, morbi cutanei sub nomine *aspritudinis* meminit, iis pustulis, quae ex urtica (vel ex sudore) nascuntur, similis[2]). Longe clarius

goïde est de n'y point toucher. Tous les soins de l'art dans le pemphigus simple simultané, consistent bien moins à donner des remèdes qu'à règler convenablement le régime, et préserver les malades de tout-ce qui pourroit être nuisible." (*Dict. des sciences médic.* l. c. p. 159).

1) *Synon.* Febris urticata, uredo, scarlatina urticata, purpura urticata, febris rubra pruriginosa, essera sora, morbus porcinus. Germ. *Nesselausschlag*, *Nesselfieber*, *Nesselsucht*, *Porzellan-Fieber*, *Wiebelsucht*, *Säusucht*. Belg. *Brandnetelkoorts*, *Netelzugt*, *Netelkoorts*. Dan. *Naeldefeber*, *Naeldesot*. Suec. *Nässelfeber*, *Nässling*. Angl. *Nettle-rash*. Gall. *Fièvre ortiée*. Ital. *Orticaria*. Hisp. *Ortigaria*. Lusit. *Ortigaria*. Ross. Крапивная сыпь. Pol. *Pokrzywka*.

2) Medicina Lib. I. cap. XXVIII. 15.

rius SYDENHAM urticariam, quo loco *de altera febris erysipelatosae specie* locutus est, descripsit[3]. Ita quoque SENNERTUS, qui nomina arabica *esserae*, *sorae*, retinuit[4]. Serius idem exanthema apud varios auctores, ut monuimus, sub nominibus *purpurae urticatae*[5], *febris urticatae*[6], *porcellanae*[7], *scarlatinae urticatae*[8] etc. obvenit. Optimi de eo scriptores sunt: CHEMNIZ[9], ALBERTI[10], CRAMER[11], LOCHNER[12], SAALMANN[13], HEBERDEN[14], VOGEL[15], WICHMANN[16], J. P. FRANK[17] et KOCH[18].

§. LVI.

3) Opp. Sect. VI. cap. 6.

4) Med. Praxis. Lib. V. P. I. cap. 26.

5) JUNKER Tab. 75.

6) VOGEL de cognoscendis et curandis etc. §. 158.

7) LIEUTAUD Synops. med. T. I. Lib. I. Sect. 4.

8) SAUVAGES *Nosologie*. cl. 3. ord. I. gen. 8. spec. 2.

9) Diss. de essera Arabum. Hafn. 1703.

10) Diss. de purpura urticata. Hal. 1719.

11) Diss. de purpurae urticatae et scarlatinae febris convenientia ac discrimine. Hal. 1759.

12) De nova purpurae specie, *Nesselsucht* dicta; an aspredo Celsi, vel uredo Plinii, et urigo Vegetii et Apuleji? (Ephemer. acad. nat. cur. cent. 5 et 6. p. 415).

13) Descriptio febris urticatae. Monast. 1790.

14) *Medical transactions. Vol.* 2. *Art.* 11.

15) l. c.

16) *Ideen zur Diagnostik.* 3 *Thl.* p. 121.

17) Epit. Vol. III. p. 104. et praecipue: Interpretationes clinicae. Vol. I. p. 405. Tubingae 1812.

18) Progr. de febre urticata. Lips. 1792.

§. LVI.

Symptomata. Caussae.

Symptomata. 1. Urticaria *symptomatibus prodromis*, pro varia febris indole diversis, non destituitur. In genere huc pertinent: lassitudo, torpor, capitis gravitas, vertigo, lipothymia, pectoris oppressio, nec non tussicula. Sunt, qui et sudores acidos inter symptomata prodroma hujusmodi exanthematis referant; vehementer tamen timemus, ne ii miliaria pro urticaria habuerint. *Eruptio* urticariae rapide et magno cum pruritu contingit. Pruritus perstante exanthemate continuat, et ad scrotum potissime in dolorem desinit. Urticaria praecipue ad pectus, brachia, femora, faciem et interdum vel ad reliquum corpus prodit. Kochius, cavitatem ipsam oris ab ea non immunem mansisse, refert, quod in femina in clinico Vilnensi decumbente observavimus, cui, vigente urticaria in universo corpore, *lingua* sub magno pruritu valdopere intumuit. *Forma* exanthematis varia est. Plerumque in *maculis* latis, interdum palmae magnitudinis, ad circumferentiam parumper prominentibus, in centro depressis, consistit. Aliàs maculae sunt, quasi inflicto cuti flagello. Utroque in casu, colorem ex pallido rubrum, in centro fere albescentem prae se ferunt (*Urticaria maculosa*). Nonnunquam descriptis vix maculis, praecipue latis, *papulae* vel *phlyctaenae* insident (*U. papulosa* seu *phlyctaenosa*). Tandem macularum prominentium

tium loco, interdum *tubercula*, nucis, quin imo palmae magnitudinis, excepto apice ex albo rubente, colore obscure rubro atque basi irregulari instructa, obveniunt (*U. tuberculosa*). Urticaria utplurimum erratica et fugax animadvertitur. Sub frigore, paucis concessis exceptionibus, evidentior fit. Duratio admodum varia est. Plerumque, quin vestigium relinquat, evanescit. Rara enim exempla desquamationis, a Kochio animadversa, dicenda sunt.

2. Urticaria praeprimis in juvenibus et feminis, quolibet anni tempore, interdum et maxime atmosphaera electricitate abundante[1]), epidemice, occurrit. Communissima illius *caussa* in transpiratione suppressa locata est. Accedunt errores in diaeta, inprimis abusus liquorum fermentatorum et alimenta *qualitate* peccantia, vel ob peculiarem *idio-* Caussae.

1) Urticaria epidemice grassabatur Vilnae mense Junio a. 1815. quo tempore tempestates cum tonitru (quarum una, si fides habenda, lapides largiebatur) creberrimae erant. Et Vindobonae mense Julio 1825, dum atmosphaera electricitate maxime imbuta erat, frequenter urticaria obveniebat. Sed quod maxime nexum electricitatis cum urticaria demonstrare videtur, est exemplum puellae, mihi tempore supra determinato Vilnae visae. Haec fulminis ictu vehementer in uno corporis latere adusta, in febrem nervosam incidit, urticariâ cutim altero in latere vehementer detinente.

idiosyncrasiam adversa. Sic urticariae a mytilis jam mentio injecta est [2]). Testantur de eodem exanthemate (aliquando sub nomine erroneo *scarlatinae*), ab esu cancri fluviatilis et fragariae vescae GRUNER [3]); — a carne suilla comesta SCHEIDEMANTEL [4]); — ab aliis adhuc cibis WINTERBOTTOM [5]), a copioso cioccolatae vel coffeae, quibus balsamus peruvianus admistus fuerat, potu KOCH [6]). Nec animi pathemata, praecipue terror et ira [7]), — nec pharmaca e. c. semina arthemisiae contra [8]), valeriana [9]), — oleum anisi [10]), — nec aquae minerales [11]), — nec venena [12]), hic excludenda sunt. De contagio autem vix suspicio occurrit.

§. LVII.

2) Cap. IV. §. XXI. No. 5. Vide et: MOEHRING epist. ad WERLHOFFIUM in HALLERI collect. diss. pract. Vol. III. No. 88.

3) Programma de febre urticata a cancris fluviatilibus et fragariae vescae fructu. Jenae 1774.

4) *Fränkische Beyträge. No.* 35.

5) *Medical facts and observations. Vol. V. No.* 6.

6) l. c. p. 12.

7) Post iram plurima urticariae exempla numero.

8) WENDELSTÄDT in HUFELAND's *und* HIMLY's *Journ. der pr. Heilk.* 1813. *Junius* p. 61.

9) FRANK Epit. l. c. p. 111.

10) *Medic. chirurg. Zeitung.* 25. *Ergänzungsb. No.* 624. 1822.

11) Virum nosco, qui, quoties aqua Selterana utitur, toties urticariae obnoxius.

12) *Journ. de méd. T.* 37. p. 28.

§. LVII.

D i a g n o s i s.

1. Urticaria confundi potest: cum *maculis* sive *tuberculis* a *vegetabilibus* acribus et ab *insectis* nonnullis excitatis, cum *miliaribus rubris*, cum *erysipelate*, cum *furunculis*, cum *exanthemate mercuriali*, cum *scarlatina*, cum *morbillis*, cum *rubeola* et cum *urticatione*[1]). Facilis confusio.

2. Adspectu quidem conveniunt, sed plurimis urticariae characteribus destituuntur, *maculae* et *tubercula*, quibus *urtica dioica*, *u. stimulans* et *u. crenulata*[2]), *rhus toxicodendron*[3]), *cimex lectuarius*, culex *cyanopensis*, *c. lineatus*, *c. ferox*, *c. chloropterus*, *c. maculatus*, *cynops colutrans*[4]) etc., aliaque vegetabilia et insecta, interdum setarum, pilorum subtilissimorum caussa[5]), Distinctio a maculis, tuberculis etc.

ansam

1) Sic WICHMANNO praeeunte urticariam chronicam voco.

2) *Mémoires du muséum de l'histoire naturelle*, 3. *année*. 4. *cahier*. p. 359. (Dolor ab urtica crenulata, Calcuttae crescente, ortus, a manu laesa ad fossam axillarem usque propagatur; sequitur inde sternutatio effrenis et contractio maxillarum, quae per plures durat dies. Maximus est dolor, si manus affecta aquae immergatur).

3) WICHMANN vitium cutis, a rhoe toxicodendro excitatum, immerito ad zosterem revocavit.

4) A. HUMBOLD *voyage aux régions équinoctiales du nouveau continent*. (Maxime advenis Europaeis insidias hoc insectum struit).

5) De vitio cutis, urticariae simili, a pilis subtilissimis

ansam porrigunt. Cave igitur, ne hujusmodi cutis vitia, prorsus localia, cum urticaria, utpote cum exanthemate, a morbosa conditione totius systematis pullulante, confundas.

Distinctio a miliaribus rubris.

3. *Urticaria papulosa* adeo *miliaribus rubris* similis est, ut exanthemata haec nonnisi magnitudine papularum inter se invicem differre, opinatus fuerit SCHLACTIUS[6]). Maxime inde suspicio nostra, exanthema, multis sudoribus stipatum ac pro urticaria habitum, ad miliaria pertinuisse, confirmatur. Error hujusmodi eo facilius committitur, cum utrumque exanthema plerumque anxietate annuncietur, verumtamen alio sub respectu inter se differt:

Miliaria rubra.	*Urticaria papulosa.*
a. *Arcetur* eruptio frigore.	a. *Promovetur* utplurimum eruptio frigore.
b. Pruritus, si adsit, modicus est.	b. Pruritus *semper* magnus.
c. Eruptio plerumque per repetita conamina contingit.	c. Eruptio uno ictu et celerrime fit.
d. Cuti, colore haud mutatae, insident.	d. Papulae *maculis prominentibus* insident.

U. exanthema symptomaticum.

4. Urticariam exanthema sistere *symptomaticum*,

erucarum, et fabam quandam indicam (*couhage*) obducentium, testantur REAUMUR (*mém. sur les insectes. T.* 3.) et HEBERDEN (l. c. p. 135).

6) Institut. med. pract. XI. §. 6.

cum, observatio, quod illa in variis ac diversis inter se morbis obveniat, docet. Hujusmodi sunt: *febres intermittentes*, *rheumaticae*, *gastricae* et *nervosae*. Neque *typhi*, *variolarum*[7]), *morbillorum*[8]), *icteri* consortium, urticaria respuit.

5. Plurima exempla *febrium intermittentium* urticariâ stipatarum apud PLANCHON[9]), CLEGHORN[10]), KOCH[11]), et FRANK[12]) occurrunt, vidimusque eorum permulta *Ticini*, mensibus Majo et Junio a. MDCCXCIV. et *Vilnae*, mensibus Martio et Aprili a. MDCCCXII. quibus scilicet temporibus febris intermittens urticata, fere *epidemica* fuit[13]). Plerumque haec typum tertianae, sive simplicis, sive duplicis sequitur. Benignus morbus cum leni faucium inflammatione, ardore oculorum et tussi incipit; perniciosus vero saevâ lumbagine, anxietate, jactatione, lipothymiis et singultu insignitur. Comparente exanthemate, symptomata hujusmodi utplurimum evanescunt. Comparet vero illud aut versus finem stadii frigoris, aut incipiente

U. in febr. intermittentibus.

7) WICHMANN l. c.

8) HUFELAND's *Journ. d. pr. Heilk.* 13. *B.* 3. *St.* p. 39.

9) *Journ. de médecine. Juillet* 1765. p. 75.

10) *Observ. of the epidemical diseases of Minorca. Lond.* 1768.

11) l. c. p. 14.

12) Interpretationes clinicae. p. 413.

13) Et annis proxime sequentibus febris intermittens urticata Vilnae vernali quovis tempore grassabatur. Imo haec febrium intermittentium forma (aut cephalalgica) quotannis inter reliquas prima apparuit.

cipiente eo caloris, atque cum sudore evanescit. Sub ipsâ tamen apyrexiâ urticariam aliquando perstitisse observavimus.

U. in febr. rheumatica. 6. Frequentissime urticaria in *febribus rheumaticis* observatur, imo in ea versamur opinione, *febrem urticariam* auctorum nil aliud esse, quam febrem rheumaticam, exanthemate urticato stipatam. Morbus cum refrigerationis sensu incipit, cui ille moderati caloris ac sitis succedunt. Pulsus febrem indicat, ac artus et abdomen interdum dolent. Urina saepe jumentosa est. Hinc inde alvus liquida, levisque nausea occurrunt. Accedit intolerabilis pruritus, quo vigente, primo, secundo, rarius tertio morbi die, urticaria, sub forma plerumque *maculosa*, erumpit. Nonnunquam febris vix aut ne vix quidem, saltem si ex pulsu judices, observatur; aliàs febrilia symptomata, facta jam eruptione exanthematis, perfecte evolvuntur. Accidit interdum, ut cum Kochio vidimus, febrem omnibus quidem prodromis signis urticariae stipatam fuisse, in cute vero *nihil praeter pruritum vel acutissimae punctionis sensum* obvenisse. Adnotante eodem auctore, tunc saepe sensus aurae frigidae ex parte, in qua pruritus est, ad alia loca remota transit. Urticaria, ut diximus, plerumque sub temperatura frigida evidentior est, ac sub calida evanescit. Interea vel contraria cum Heberdenio exempla observavimus. Quocunque in casu, evanescente pro tempore

pore exanthemate, saepissime anxietas, oppressio pectoris, aliquando vero lipothymiae imminentis sensus, percipi solent. Quum exanthema quodvis peculiarem cum viscere quodam nexum habere soleat, habita ratione istiusmodi symptomatum, talem nexum inter *urticariam* et *cor* existere, suspicamur. Irrueretne istud exanthema ita in cor, uti irruit in linguam?

7. Praeviis caussis gastricis, interdum vel post modicum pastum, aeger nauseâ, vomituritione, ptyalismo, anxietate, aurium tinnitu, vertigine et intolerabili cutis pruritu, prehenditur. Post nonnullas horas febris, ab initio non semper fortis, accenditur. Citissime nunc urticaria, sive maculosa, sive papulosa, saepius vero *tuberosa*, variis in locis, praesertim ad faciem subtumidulam, ad jugulum, dorsum, et super brachia prorumpit. Adjuvante sive natura, sive arte, morbus spatio unius alteriusve nychthemeri feliciter absolvitur. Aliàs urticaria, plerumque maculosa et fugax, *febres* comitatur *biliosas* et praecipue *bilioso-inflammatorias*. U. in febr. gastricis.

8. Nec desiderantur exempla urticariae, *febrem nervosam* comitantis. Vario morbi tempore hoc exanthema, ad gangraenam tunc pronum, ut apud Monsey[14]), Koch[15]), Frank[16]) et Lachausse[17]) videre est, erumpit. U. in febr. nervosis.

 §. LVIII.

14) *Medical transactions published by the college of physicians in London. Vol. I.* p. 173.

§. LVIII.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Urticaria, in genere, leve ac benignum exanthema sistit. Hoc autem non impedit, quominus ab illius retrocessu ophthalmia, tussis, vomitus, animi deliquium, languores chronici, oedema*), dyspepsia diuturna et febres intermittentes larvatae successerint. Imo CLEGHORN de exitiosa metastasi, hac ex caussa ad encephalon facta, testatur. Contra ea KOCHIUS pleuritidem illico sublatam ac febris nervosae symptomata, cum papulae urticatae in cute efflorescerent, cito pacata observavit.

Cura. 2. *Febris intermittens urticata* instar aliarum febrium periodicarum curatur; saepe et hic stupendos *cinchonae* effectus conspeximus. In urticaria *febris rheumaticae* socia, methodus, simplicissimo hujus morbi gradui accommodata, adhibenda est. Quae *gastricam* agnoscit indolem, urticaria haec medendi methodum, febribus gastricis tum primariis, tum secundariis adaptatam, exposcit. Neque in cura *febrium nervosarum* urticariae praesentia aliquid immutat.

CAPUT

15) l. c. p. 14. 16) l. c. p. 417.
17) *Journ. de médecine. T.* 37. p. 28.
*) Sic a. 1825 vidi Viennae in medico.

Caput XI.

De erysipelate.

§. LIX.

Definitio. Historia. Momentum.

1. Rubor, per summam cutem, calentem, ardentem diffusus, per compressionem evanescens, hac cessante citissime revertens, sedem facile mutans, parte affectâ nunc levigatâ, nunc tumente, nunc phlyctaenis aut pustulis obsessâ, sociâ saepe febre, *erysipelas*[1]) dicitur, pro re natâ *levigatum*, *phlegmonosum*, *phlyctaenosum*, *pustulosum*. Definitio.

2. *Doctrina* erysipelatis debetur, inter antiquos, — Hippocrati[2]), Galeno[3]), Aetio[4]), Alexan- Historia.

1) Ab ἐρυθρὸς ruber, et πέλας prope, vel potius opinante Swediauer (op. c. Vol. I. p. 144.) a vocabulo antiquo πέλλας cutis. *Synon.* Epiphlogisma Hippocratis; — febris erysipelatosa Sydenhami; — febris erysipelacea Hoffmanni; — rosa Sennerti; — emphlysis erysipelas Mason Goodii. Germ. *Die Rose, der Rothlauf.* Gall. *Erysipèle.* Angl. *Erysipelas.* Ital. *Erisipela.* Ross. Рожа. Polon. *Róża.*

2) Lib. III. epidem.

3) Method. med. ad Glaucon. lib. II. cap. I. Charter. T. X. p. 368. 369.

4) Tetrab. IV. Serm. 2. c. 59.

Alexandro Tralliano[5]) et Paulo Aeginetae[6]), interque recentiores — Sennerto[7]), Sydenhamo[8]), Heistero[9]), Fr. Hoffmanno[10]), Carol. Richa[*]), Haenio[11]), Schroedero[12]) et Richtero[13]). Accedunt alii de doctrina erysipelatis plus minusve benemeriti[14]). Huc praeterea spectant aucto-

5) Cent. II. Cur. 24. 6) Lib. IV. cap. 21.

7) De febr. Lib. II. c. 15.

8) *The entire Works.* 5. *edit. Lond.* 1769. *Sect. VI. Ch.* 6. *Of erysipelatous fever.* Et Misc. nat. cur. Dec. II. ann. 10. 1691. Append. p. 155.

9) *Medicinische, chirurgische u. anatomische Wahrnehmungen. Rostock* 1753. *I. B. No.* 658.

10) Med. Rat. Syst. Vol. IV. P. I. c. 13.

*) Constit. epidem. Taurin. altera. §. VIII.

11) Febr. Div. VI.

12) Diss. de febribus erysipelatosis. Goett. 1771. v. opuscul. Vol. I.

13) *Anfangsgründe der Wundarzneykunst. Götting.* 1784. Et: *Die specielle Therapie.* 2. *B.*

14) Heurnius diss. de erysipelate. Leid. 1596. — Schoen diss. de erysipelate. Basil. 1605. — Burmeister diss. de erysipelate. Ibid. 1615. — Moegelino diss. ἐρυσιπελαγυμνασία. Ibid. 1621. — Schillino diss. de erysipelate seu rosa Germanorum. Lips. 1621. — Kueffer diss. de erysipelate. Argent. 1640. — Slegelius diss. de erysipelate, vulgo rosa. Jen. 1640. — Michaelis diss. de rosa, seu vero ac legitimo erysipelate. Lips. 1655. — Metzger diss. historia erysipelatis cum aliorum gravissimorum morborum satellitio. Tub. 1666. — Schenck diss. ordo et methodus scrutandi et curandi febrim erysipelatoden — rosam. Jen. 1666. — Vehr diss. de erysipe-

auctores therapiae specialis, inprimis Burserius[15]),

late. Altd. 1667. — Schneider diss. de erysipelate seu rosa. Witteb. 1668. — Winkler diss. de erysipelate. Heidelb. 1679. — Wedel diss. aeger erysipelate laborans. Jen. 1682. — Dessali diss. de erysipelate. Leid. 1694. — Mappus diss. de erysipelate. Argent. 1700. — Zabel diss. de erysipelate. Lugd. Bat. 1717. — De Pré diss. de erysipelate, vulgo *Rothlaufen.* Erf. 1720. — Juch diss. de inflammationibus erysipelaceis. Erf. 1732. — Goelicke diss. de erysipelate. Fr. 1736. — Richter diss. de erysipelate. Gött. 1744. — Leane Maclauchlin diss. de erysipelate. Edinb. 1755. — Aurivillius diss. de erysipelate. Upsal. 1762. — Herrmann diss. de rosa. Argent. 1762. — Hoffinger diss. de volatica s. erysipelate volatico. Vienn. 1780. — Hellbach diss. de erysipelate. Erf. 1780. — Luther diss. de erysipelate. Erf. 1780. — Van der Belen diss. de erysipelate. Lovan. 1782. — Gourlay diss. de erysipelate. Edinb. 1782. — Kyper instit. med. de erysipelate. Monspel. 1783. — J. W. Gulbrand observationes de erysipelate (Act. Reg. soc. med. Havn. Vol. I.). — Ammon diss. de erysipelate ejusque ab inflammatione diversitate. Harderov. 1790. — M'Culley diss. de erysipelate. Edinb. 1790. — Thierens diss. de erysipelate. Lugd. Bat. 1790. — Desault *observations sur diverses espèces d'érysipèle.* (Ejusd. *Journ. de chirurgie. Paris* 1791. *Vol.* 2. p. 13). — Geroena diss. de erysipelatis febrisque erysipelatosae causa materiali. Mogunt. 1792. — Winckel diss. de cognoscendo et curando erysipelate. Erl. 1794. — Ferne diss. de diversa erysipelatis natura. Francof. 1795. — Engelhart diss. de erysipelate. Lundae 1797. —

RIUS[15]), J. P. FRANK[16]), J. CH. REIL[17]), S. G. VOGEL[18]) et maxime chirurgorum coetus.

Momentum. 3. Est enim chirurgia et hic medicinae magistra. In ea saltem versamur opinione, notiones de erysipelate traumatico potissimum naturam erysipelatis ex caussis internis oriundi, illustrasse. Nec satis. Arbitramur etiam erysipelatis doctrinam non solum fundamentum universae pathologiae et therapiae morborum cutis, sed et illius inflammationum sistere. Quare alium majoris momenti tractatum non novimus.

§. LX.

L. J. RENAULDIN *diss. sur l'érysipèle. Paris* 1802. — ARNOLD diss. erysipelatis pathologiam complectens. Viteb. 1802. — J. E. LECOURT-CANTILLY *essai sur l'érythème et l'érysipèle. Paris* 1802. — L. C. LEQUEULE *diss. sur l'érysipèle. Paris* 1805. — TERRIOU *essai sur l'érysipèle considéré dans son état de complication avec la fièvre adynamique. Paris* 1807. — MARIANDE *essai sur l'érysipèle simple. Paris* 1811. — J. R. SOURISSEAU *diss. sur la nature et le traitement de l'érysipèle bilieux, et du phlegmon aigu. Paris* 1813. — P. BEYDELLET *diss. sur l'érysipèle. Paris* 1814. — C. D. RUBBENS diss. de erysipelate. Parisiis 1814.

15) Instit. med. pract. Vol. II. cap. 2.

16) Epitome de curandis hominum morbis. T. III. Ordo I. Genus I.

17) *Ueber die Erkenntniss u. Cur der Fieber.* 2. B. *Halle* 1799. p. 329—369.

18) *Handb. der pract. Arzneywissenschaft,* 3. *Th. Stendal* 1820. *Cap. XI.*

§. LX.

Symptomata. Necroscopia.

1. Symptomata erysipelatis pro varia morbi sede, vi et indole differunt. S. generatim.

2. De *erysipelate universali* fasti quidem medici plura offerunt exempla, uti videre est apud Zacutum Lusitanum[1]), Salmuthium[2]), Cherlis[3]), De la Motte[4]), Bromfield[5]), Michaelis[6]), Metternich et Wittmann[7]); verum, ubi de erysipelate, *uno eodemque temporis puncto* universam cutim obducente, agitur, potius sive scarlatinam, sive urticariam, sive lepram squamosam incipientem, pro erysipelate habitas fuisse, opinamur. De hoc vero *sensim sensimque* universam per corporis superficiem ita migrante, ut parte una derelicta in in alteram conversum sit[8]), propria quoque nobis experientia testatur. E. universale.

3. Communissimum est *erysipelas capitis*, aut saltem *faciei*. Nisi illud (quod rarius contingere solet) per caussas traumaticas excitetur, a symptoma- E. capitis.

1) Praxis medica admirabilis. Lib. III. obs. 9.

2) Cent. I. Obs. 32.

3) *Cent. 2. di rare osservazioni di medicina e di chirurgia. Venez.* 1725. *Oss.* 93.

4) *Traité complet de chirurgie. T. I. Obs.* 92.

5) *Medical communications. Vol.* 2. *art.* 4. p. 22.

6) Loder's *Journ. f. die Chirurgie.* 2. *B.* p. 668.

7) Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1811. *April.* p. 21.

8) La Motte l. c. — Eph. nat. cur. Dec. II. a. 3. p. 171.

ptomatibus febris, aut saltem[9]) a sensu valetudinis laesae, videlicet lassitudine, morositate, imbecillitate animi, gustu depravato, ciborum desiderio deleto, cephalaea, somno profundo[10]), *praeceditur.* Dolet praeterea caput, dolentque saepe fauces, vel aures[11]). Haud raro simul tumor et tensio glandularum jugularium animadvertitur[12]). Secundo sive tertio a febris ingressu die, — nonnunquam primo, vel et octavo, ut vidimus, erysipelas, praevio ustionis sensu, prorumpit. Initium plerumque id in alterutra gena, vel, ad aurem, vel ad nasi radicem, ducit, rubedine splendente rapide per totam utplurimum faciem et

9) Erysipelas nonnunquam *absque ulla febri* oriri jam dudum monuerunt DE MEZA (compend. med. pract. fascic. I. cap. XVII. §. 116.), RICHA (l. c.), BURSERIUS (l. c.) ac quotidiana quoad pulsum, calorem et sitim confirmat experientia. Haec vero febris absentia non impedit, quominus evolutionem erysipelatis alia morborum acutorum prodroma praecedant. Recte igitur REIL (l. c. p. 331.): „*Der Rose von innern Ursachen laufen meistens Vorboten, Schwere der Glieder, Kopfschmerz, Mangel des Appetits, unruhiger Schlaf u. s. w. voraus.*"

10) Sic alumnus seminarii medici Vilnensis WYSZYNSKI mense Februario a. 1819. in clinico decumbens ante erysipelatis faciei eruptionem, praeviâ cephalaeâ in somnum profundum *duodecim horarum* incidit.

11) HIPPOCRATES in Coac. 200.

12) FRID. HOFFMANN l. c. — BURSERIUS op. c. Vol. III. §. 12.

et saepe per capitis partem capillatam propagatâ. Facta eruptione, febris, in leviori malo, remittit vel evanescit, in graviori vero aequali, quin imo majori vi saevit. Erysipelas autem ab initio roseum et splendens, tardius obscuriorem induit colorem. Saepe tumor nullus, excepto eo palpebrarum [13]) et labii superioris, observatur (*erysipelas levigatum*). Aliàs universa facies, monstrosum exhibens adspectum, tumet ac tenditur (*e. phlegmonodes*). Praecipue vero tument palpebrae, super oculis clausae, ac materia puriformi conglutinatae, tumetque labium superius cum naribus, unde hiante ore respirare cogitur aeger. Ex hoc saepe magis, quam ex febre, lingua [14]) fit arida. Subinde serum sanguinolentum ex auribus vel cruor sincerus e naribus manat. Haud raro erysipelas, inprimis ad genas, ad frontem et ad aures *phlyctaenas* vel *pustulas* vel *vesicas*, enormis interdum magnitudinis [15]) offert (*e. phlyctaenosum, pustulosum*). Liquidum ex phlyctaenis vel pustulis hujusmodi disruptis manans, *crustis*, nunc densis, nigris, bruneis, nunc tenuibus, fuscis, flavis, ansam porrigit. Praeterea epidermis, quocun-

13) Conjunctiva palpebrarum et oculorum inflammationi erysipelaceae obnoxia est, quae in tractatu de morbis oculorum describetur.

14) Erysipelas linguae descripsit Selle (Pyretolog. edit. 2da. p. 174).

15) Tales pluries observavi quales Monro (*Krankheiten der Soldaten. Altenb.* 1781. p. 441.) descripsit.

cunque in loco erysipelas floruerit, in levissimo malo, sub forma *furfurum*, aliàs sub illa *squamarum*, secedit. Opus hoc *desquamationis*, nec non secessus crustarum, saepe nonnullorum, aliàs septem, decem, octodecim dierum spatio absolvitur. Sub convalescentia, cutis faciei, tenera et rubella, saepe crustarum reliquiis obsidetur.

E. trunci. 4. Erysipelas partem capillatam capitis occupans, interdum ad *nucham* extenditur, quod dum contingit, inevitabilis plerumque est, sub novo febris insultu, propagatio illius per universum *dorsum* ad *lumbos*, vel usque ad *os sacrum*. Aliàs erysipelas faciei, a *mento* descendens, *pectoris* superficiei, potissimum autem *mammis* communicatur. Neque exempla erysipelatis, *primitive* ad mammas praecipue gravidarum, puerperarum et lactantium, nec non ad dorsum vel ad pectus, praevia febre variae indolis orti, desiderantur. Imo erysipelas *totum truncum* circumdans, descripsimus[16]). Fr. Hoffmann de erysipelate, in febribus malignis et pestilentialibus sub *papilla mammae* vel ad *cordis regionem* comparente, loquitur. Simile fere malum (forte *anthrax?*) a Platero sub nomine *maculae latae* describitur[17]). Constitutionis erysipelatosae *scrotum* aggredientis et in gangraenam terminatae Brocklesby meminit[18]).

16) Acta mea clinica. Vol. III. p. 20.
17) Opp. T. II. p. 23.

nit[18]). Interdum bubones, a caussa venerea orti, erysipelate, late super *abdomen* et ad *crura* diffuso, circumdantur[19]).

5. Maxime autem memorabile est *erysipelas* abdomini, genitalibus et extremitatibus *recens natorum* infensum. De hoc morbo jam Fr. Hoffmann[20]), Burgius[21]) et Oehme[22]) mentionem fecerunt: verum prima et absoluta illius descriptio Underwoodio debetur[23]). Novi inde morbi doctrinam Bromfield[24]), Gartshore[25]), Osiander[26]), Reddelin[27]), Lodemann[28]), Velsen[29]), Schmidt[30]), E. neonatorum.

18) *Oekonomische und medicinische Beobachtungen.* p. 93.
19) Erysipelas hujusmodi, mihi pluries visum, nuper Neumann descripsit (*Chiron.* 3. *B.* p. 11).
20) Op. c. T. II. §. V.
21) De erysipelate raro vide: Miscell. nat. cur. sive ephemerides medicae. Dec. III. an. 3. p. 334.
22) Diss. de morbis recens natorum chirurg. p. 40.
23) *On the deseases of children. London* 1784.
24) *Medical communications. Vol.* 3. p. 22. — *Samml. auserl. Abhandl. f. prakt. Aerzte.* 16. *B.* 2. *St.* p. 322.
25) *Medical communications.* l. c.
26) *Denkwürdigkeiten für die Heilkunde und Geburtshülfe. Gött.* 1794—95. 2. *B.* 2. *St.* p. 370.
27) *Ueber die Rose der neugebornen Kinder. Lübeck und Leipzig* 1802.
28) Vid. Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1810. 31. *B.* 4. *St.* p. 79.
29) Vid. Horn's *Archiv für med. Erfahr. Jahr* 1811. p. 426.

Schmidt[30]), Heyfelder[31]) et Hemmer[32]) locupletare satagerunt. Tertio nempe, quinto, decimo, vel et tardiore a partu die[33]), praeviis inquietudine, insomniis, gemitu, interdum vomitu lactis non coagulati, erysipelas plerumque circa *umbilicum*, aliquando autem ad *nucham*, ad *extremitates*, vel ad plurima loca simul, comparet, et super genitalia, crura et nates colorem livescentem et duritiem exhibens, extenditur. Tanto cum impetu contingere haec solent, ut jam tertio sive quarto morbi die infantes obiise conspecti sint. Exitus fatalis potissimum transitui morbi in gan-

30) Disquisitio de erysipelate neonatorum ejusdemque a nonnullis similibus morbis differentia. Lips. 1821.

31) *Beobachtungen über die Krankheiten der Neugebornen, namentlich als Zellengewebverhärtung, Augenentzündung, Rose, Gelbsucht u. s. w. Nach eigenen Erfahrungen in den Hospitälern zu Paris. Leipz.* 1825.

32) *Die Rose der Neugebornen ohne und mit ihrer Folgekrankheit der Zellengewebverhartung.* (Harless *Rheinische Jahrbücher für Med. u. Chirurgie.* 7. B. 3. St. p. 55).

33) Erysipelas characterem et indolem illius, quod recens natis familiare est, habens, usque ad tertium aetatis mensem observavi; serius infantum erysipelata mihi ab illis adultorum hominum nequaquam differre videbantur, quod perpendere debuisset Dr. Zimmermann ubi casum erysipelatis puellae *quinquennis* ad erysipelas recens natorum refert. (*Magazin der ausland. Literat. der gesammten Heilkunde, von* Gerson *und* Julius. 1823. *May, Juny.* p. 345).

gangraenam debetur. Facillime ab hac partes genitales corripiuntur; quo in casu stranguriam et convulsiones inducens observata fuit[34]. Et adulti pernicioso erysipelati subjiciuntur, quod *glandulis inguinalibus* infensum est, quod vero vel ad *pestem*, vel ad *lepram partialem*[35] pertinet.

6. Erysipelas capitis interdum ad *brachia*, rarissime tamen ultra locum, quo musculus biceps inseritur, descendit. Caeterum erysipelata extremitatum superiorum, illis forsitan, quae a caussis localibus gignuntur, exceptis, haud communia dici queunt. Contrarium prorsus de erysipelate *extremitatum inferiorum* valet, quod praecipue senibus cachecticis, hominibus munera stante pede exercentibus, ut metallicis[36], coquis, lotricibus, pauperibus inprimis regionum septentrionalium[37], habituale est. Stipatur quandoque tumore et dolore glandularum inguinalium[38]. E. extremitatum.

7. Veteres, quidquid dicatur[39], non immerito E. internum.

34) VELSEN l. c.

35) ALARD *histoire de l'elephantiasis des Arabes. Paris* 1810. p. 205.

36) RAMAZZINI *Abhandl. von den Krankheiten der Künstler u. Handwerker, neu bearbeitet von* J. C. G. ACKERMANN. *Stendal* 1783. 2. *B.* p. 43.

37) Vilnae numerus aegrotorum erysipelate crurum laborantium insignis est.

38) REIL l. c. p. 334.

39) Scribit G. A. RICHTER (*Specielle Therapie.* 2. *B.* p. 188.): „*Die Rose an innern Theilen ist ein Unding.*" At paullo post ipse fatetur: „*Indessen können an in-*

rito doctrinam *erysipelatis interni* statuerunt[40]. Confirmatur hujus, aut saltem inflammationis superficialis internae praesentia per cadaverum sectiones. Saepius accidit praeterea, homines, erysipelati habituali aut capitis aut extremitatum inferiorum obnoxios, tempore, quo hoc morbo laborare debuissent, in viscerum inflammationes incidere, quarum resolutio vix aliter, quam comparente extus erysipelate, obtinetur. Tandem erysipelas haud raro evidenter a partibus externis ad internas proserpit[41].

Necroscopia. 8. Superficies *cadaveris* vel nulla amplius erysipelatis vestigia, vel livorem gangraenosum in parte affecta offert. Plerumque epidermis hic secedit. Textus cellulosus cutis (saltem in recens natis) materiâ tenaci, albumini ovi simili repletus[42]. Ad partes internas migrante erysipelate, visce-

nern Theilen und Eingeweiden, die eine der Beschaffenheit der Haut ähnliche Umkleidung haben, oberflächliche Entzündungen statt finden, die wegen dem gleichen Bau grosse Aehnlichkeit mit der Rose haben, und daher allenfalls erysipelatöse Entzündungen genannt werden können."

40) Frank l. c. p. 28. (Nemo argumentis hic allatis resistere valet).

41) Vere Reil (l. c. p. 335.): „*Zuweilen pflanzt sich auch die Rose, besonders wenn das äussere Ohr sehr entzündet ist, durch die Tuba zum innern Ohr und zum Rachen fort, und erregt daselbst mehr oder weniger heftige Hals- und Ohrenschmerzen.*"

42) Warbuton in *the medical repository of original es-*

viscerum, potissime cerebri, tracheae et pulmonum superficies externa, specifico colore *roseo*, notari solet. Haud raro idem hic color, vel coccineus, ad membranas internas, tunc magis turgescentes, inprimis ad meninges, pleuram et peritonaeum, observatur. Utplurimum tunc in cavis vicinis *humor serosus* aut *puriformis* reperitur. Vix autem cadaver aegri, ex erysipelate defuncti, secuimus, quin labem antiquam, saepeque reconditam, e. c. abscessum aurium, cariem cellularum mastoidearum, maxillae, ossis frontis, obstructionem sive scirrhum hepatis, vel vitia cystidis felleae, invenerimus.

§. LXI.

Caussae.

1. Homines exstant, qui a nativitate, peculiari ratione ad erysipelas praedispositi sunt[1]); ad illud faciei inprimis juvenes et feminae[2]) tempore catameniorum[3]). Idem de hominibus, regio- C. praedisponentes.

says and intelligence relative to physic, surgery etc. Vol. IV. 1817—18.

1) Verissime ait Vogel (l. c. p. 312.): „*Manche Personen haben eine angeborne Neigung zu Rosen, obgleich man eigentlich nicht immer angeben kann, worinn sie besteht.*"

2) Inter viginti aegros, erysipelate in instituto clinico *Ticinensi* decumbentes, non minor quam sedecim *feminarum* numerus observabatur.

3) Tissot *von den Nerven und ihren Krankheiten.* 2. B. p. 379. versionis Weberi.

gionibus calidis prius adsuetis valet [4]. Erysipelas extremitatum saepius senes aggreditur. Tempus hiemale (potissimum quatenus atmosphaera electricitate abundat [5]) praeprimis morbis erysipelatosis favet, qui morbi interdum ignotae *constitutionis* gratia, epidemico more obveniunt [6].

C. excitantes. 2. Ad caussas erysipelata *excitantes* spectant: frictio cutis rudi manu suscepta [7], adustio, contusio, vulnera, inprimis ex ictu sclopeti, sed et levia illa, quae venaesectionis [8], acu puncturae, scarificationum, variolarum et vaccinae inserendarum [9], vel secandorum cadaverum gratia inferuntur; excisio tumorum cysticorum, extirpatio mammarum, fracturae, potissimum cranii, extensio

4) Mason Good *the study of medecine. Vol. II.* p. 614.

5) Vigente gelu sicco pluries erysipelas epidemicum vidi in Lithuania.

6) Hippocrates lib. tertius epidem. text. 29. — Sydenham l. c. — Bromfield chir. obs. — Strack in act. Moguntin. T. I. p. 321.

7) Erysipelas dorsi, pectoris et brachiorum aliquoties in convalescentibus ex asphyxiis, ob frictiones ruditer nimis adhibitas, observavi. Eundem effectum a frictionibus in oedemate crurum conspexi.

8) Memorabile hujus generis exemplum legitur apud Brambilla (*Chir. Abhandl. von der Phlegmone.* p. 22).

9) De erysipelate post insertionem vaccinae lege: Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1811. *März.* p. 120. — Harder *die Vaccination, als Gelegenheitsursache einer sehr bösartigen wandernden Rose.* (Hufeland's *Bibliothek der pr. Heilk.* 1825. *Septbr.* p. 176).

tensio praemagna cutis, e. c. a varicibus[10]), a tumore vel a sero in textu celluloso collecto; compressio integumentorum[11]), ligatura umbilici; attactus equi morbo contagioso affecti[12]); ichor cuti insertus[13]), specificus liquor ab animalculis, praesertim insectis[14]), in sui defensionem cuti inspersus, hirudines pravae indolis, succi vegetabilium rodentes *), forte eorum exhalationes[15]),

Ff 2 un-

10) Apud senes saepius hac ex caussa erysipelas crurum ortum vidi.

11) Erysipelas pedum a caligis nimis arctis, plus vice simplici mihi obvenit; ita erysipelas faciei a *larvis* tempore bacchanalium applicitis.

12) Seidler in Rust's *Magazin der gesammten Heilk.* 17. *B.* 1. *St.* p. 161.

13) Scribit Willan (*On cutaneous diseases.* p. 514.): „*When the acrimonious lymph contained in the phlyctaenae or vesications of a genuine erysipelas, is inoculated or casually applied to any slight wound in a person otherwise healthy, it produces febrile symptoms with a red and painful but diffuse swelling, analogous to that of the disease from which the virus wae derived.*"

14) Reaumur *mémoires pour servir à l'histoire dee insectes. Amst.* 1737. *T. II.* p. 226. — *Der Naturforscher.* 14. *Stück. Halle* 1779. p. 60. — *Neues Magazin für die Liebhaber der Entomologie.* 1. *B.* p. 44. 50.

*) De erysipelate faciei ex succo euphorbiae pepli ad fugandam ephelidem adhibito lege: Rust *Magazin d. gesammt. Heilk.* 19. *B.* 3. *Heft.* p. 498.

15) R. A. Vogel praelectiones de cognoscendis et curandis corporis humani affectibus. p. 195. (Rhus vernix L.).

unguenta rancida, acria[16]), sinapismi, vesicatoria fortiora neglecta, vel eidem loco inflammato, sauciato frequentius imposita, ignis, caustica[17]), aliaque irritantia[18]); porro vicissitudines atmosphaerae, refrigeratio corporis aut partis aestuantis[19]), frigus humidum, nebulae maritimae[20]), insolatio[21]), alimenta pravae indolis, inprimis esus piscium rancidorum[22]), cibi, ob peculiarem idiosyncrasiam contrarii, e. c. hepar squali catuli[23]), cyprini[24]), carnis anserinae[25]) etc.; — secretio

16) Erysipelas faciei, ab oxydo mercurii rubro, ad pediculos necandos capiti admoto, in nosocomio Ticinensi a. 1792. conspexi. Ex tinea capitis, arsenici ope fugata, non solum erysipelas faciei, sed et encephalitidem ortam vidit pater meus.

17) A caustico bubonibus imposito aliquoties erysipelas inguinum et abdominis observavi.

18) Acetum radicale, temporibus et naribus lipothymiae caussa incaute admotum, erysipelas faciei generasse, compertum habeo.

19) Lorry op. c. p. 365. Homines per abusum liquorum fermentatorum aestuantes, ac hiemali tempore in plateis obdormientes, saepe gravissimo erysipelate capitis affectos *Vilnae* conspexi.

20) Pallas *neue Beyträge.* 1. *B.* p. 156.

21) Pelargus *med. Jahrgänge. IV. Jahrg.* p. 185.

22) Tode *med. chirurg. Bibliothek.* 1. *B.* 3. *St.* p. 161. — Sic erysipelas tempore quadragesimae inter homines solis piscibus et oleo nutritos commune esse, in Rossia observavi.

23) Sauvages Nosol. T. I. p. 421.

24) Ephem. nat. cur. Dec. I. a. IX. X. obs. 70.

cretio morbosa bilis [26]), vermes intestinales [27]), animi pathemata, inprimis ira et terror [28]), haemorrhagiae, potissime menstrua, suppressae, ulcera artificialia praepostere sanata, *forte* interdum contagium [29]), et arsenicum [30]).

3. Cir-

25) Hannemannus quotiescunque carne anserina vesceretur, erysipelate faciei exulcerato afficiebatur. (Ephem. nat. cur. Dec. II. an. IV. obs. 52.).

26) Galenus de simplic. medicam. facultatibus. Lib. VII. — Schroeder l. c. §. VIII. §. XIII. — Tissot *avis au peuple.* §. 283.

27) Van der Bosch histor. constitut. epidem. verminosae. p. 179.

28) Permultis hujusmodi exemplis, inprimis a Schroedero allatis (l. c. §. 8.), illud a me observatum addam, infantis scilicet *sex mensium*, a rixis inter parentes ita terrefacti, ut illico febre, et postridie erysipelate faciei corriperetur. Imo erysipelas aliquoties in recens natis vidi, quum mater tempore graviditatis perterrita fuerit. In genere nullibi locorum erysipelas tam crebro post animi pathemata evolutum conspexi, quam in Lithuania.

29) Well's in *Transactions of a society for the improvement of medical and surgical knowledge. Vol. 2. No. 17.* — Willan (l. c.) de infante narrat, erysipelate laborante, qui morbum matri illi ubera praebenti communicavit. — Dr. Baillie (apud Wells l. c.) asserit: „*that the erysipelas of the face was* (1795—96) *much more frequent in St. George's Hospital than he had ever before known it to be; that many persons were attacked after they came inta the hospital, and that the number in a particular ward was much greater than in any ather.*" — Dr. Pars (Diction. verb. erysipelas.) re-

C. proxima. 3. Circa *caussam proximam* erysipelatum variae exstant hypotheses. Quaerebatur ab antiquis in bile, porro in humore calido, tenui, acri [31]), in corruptione adipis [32]) etc. Illa a caussa proxima inflammationum (qualiscunque demum haec sit) differre non videtur. Inter inflammationes enim et exanthemata erysipelas ita medium tenere arbitramur, ut in leviori gradu (*erysipelatis* scilicet *levigati*) id magis ad *exanthemata;* in graviori vero (*erysipelatis* videlicet *phlegmonosi*) ad *inflammationes* magis accedat. In primo casu *sedes mali* potissimum in *rete mucoso*, — in altero, profundius et simul in textu celluloso compacto, *cutem*, proprie dictam, constituente [33]), — et qui-

fert: „*we have four times seen it epidemic*, *and more than once we have had reason to suspect that it was communicated by infection.*" Interea fateor me inter millena erysipelatis exempla nec unum vidisse, quod de contagio testimonium largiretur.

30) *Case of chronic rheumatism and observations on the exhibition of Arsenic in the protracted form of that disease.* By George Kellie.

31) Burserius l. c. §. 24.

32) Wedekind v. Vogel (l. c. p. 343. not.) et J. F. Gergens de erysipelatis febrisque erysip. causa mater. Mogunt. 1792.

33) Andr. Duncan jun. erysipelas phlegmonodes, nomine *inflammationis diffusae textus cellulosi* describit (*Transactions of the medico-chirurgical society of Edinburgh.* 1824. *Vol. I. No.* 21.) observationibusque memorabilibus, quibus et illae Dr. David Scott (*Edinb.*

quidem non in solis, ut docent, vasis cruentis, sed in *totius systematis cutanei substantia*, posita est. Posito erysipelas sistere *inflammationem cutis* modo plus modo minus profundam, illam jure *dermatitidem* vocari posse[34]), liquet. Sunt porro, qui erysipelas, prout morbus primum in summa cute incepit et denique ad textum cellulosum propagatus fuit, aut oppositum iter secutus est, in *erysipelas phlegmonodes* et *phlegmonen erysipelatodem* subdividunt[35]). Quodsi istis noso-

logis

med. and surgical Journal. T. XXIV. p. 255) addi possunt, describit. (Vide *Magazin der ausländ. Literatur der gesammt. Heilkunde, von* GARSON *u.* JULIUS 1825. *Sept. Octob.* p. 332.): Agitur praesertim eo de morbo, cui venaesectiones infaustae et vulnera in cadaveribus perlustrandis accepta ansam porrigunt, quique hucusque a laesione modo tendinis, modo vasis lymphatici, modo nervi, modo venae repetitus fuit. Istum igitur morbum potissimum ex inflammatione diffusa textus cellulosi repetendum esse docet egregius DUNCAN. Illius opinioni (quin ideo reliquae pro re nata excludantur caussae) accedi posse existimo. Interea quum morbus a DUNCANIO descriptus rubore cutis insigniri soleat, cur ille ad erysipelas non revocaretur non video. Textum cellulosum cutis inflammatione simul detineri objicis? Sed hanc inflammatoriam textus cellulosi affectionem in erysipelate phlegmonode existere neminem hucusque latuit.

34) CH. FR. HARLESS *prakt. System der speciellen Nosologie. 1. Hälfte. Coblenz* 1824.

35) HARLESS *Rheinisch Westphälische Jahrbücher f. Med. u. Chirurgie.* 8. B. 3. *St.* p. 137.

logis jactatam divisionem ad lectos aegrorum demonstrare licebit, toto illis animo gratulamur.

§. LXII.

D i a g n o s i s.

Facilis confusio. 1. Erysipelas confundi potest: cum *bullis*, cum *urticaria*, cum *anthrace*, cum *zostere*, cum *scarlatina*, cum *strophulo* et cum *erythemate*.

Distinctio a bullis. 2. *Erysipelas pustulosum*, a quibusdam scriptoribus cum *bullis* confusum[1]), ab his differt; quod *bullae*, facta eruptione, praeter halonem rubrum eas arcte ambientem, ruborem extensum *non* exhibeant, atque ad singulas corporis partes, inprimis ad crura compareant; *erysipelas* vero *pustulosum*, exorta jam pustula magis magisque rubere continuet et sat raro citra faciem observetur.

Distinctio ab urticaria. 3. *Urticaria* faciem occupans magnam cum erysipelate hujus partis alit similitudinem. Differt autem sequentibus notis:

U r t i c a r i a.	*E r y s i p e l a s.*
a. Magno *pruritu* stipatur.	a. Stipatur *dolore* ardente.
b. Uno temporis puncto faciem occupat.	b. Sensim sensimque faciem obducit.

c. Fa-

1) Sprengel *Handbuch der Pathologie. Leipz.* 1807. 2. *Thl.* §. 439. — Carl Bell in *Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 20. *B.* p. 621.

c. Facies *variegata* apparet.	c. Facies *aequali rubore* prehensa est.
d. Rubor alternatim evanescit reditque.	d. Rubedo constans observatur.
e. Vix desquamatione aliqua terminatur.	e. Desquamatio evidens locum invenit.

4. Erysipelas nunc *malum locale*, nunc *symptoma morbi universalis* constituit; quo ultimo in casu diathesis *rheumatica*, *inflammatoria*, *gastrica*, *nervea*, *arthritica*, *scorbutica* et *carcinomatica* illi ansam porrigere solent. **Indoles varia.**

5. *Erysipelas locale* a caussis tum mechanice, tum chemice in cutim agentibus excitatur. In parte laesa illud incipit, et, graviori tantum in malo, febrem provocat; pro varia rerum positione characterem inflammatorium, gastricum vel nervosum patefacientem. **E. locale.**

6. *Erysipelas*, quod ex atmosphaerae vicissitudinibus, vel ex frigore aestuante corpore suscepto originem trahit, *rheumaticum* vocatur. Hoc quum communissimum sit, erysipelas in genere pro inflammatione cutis rheumatica declarare licet [2]). Morbus hic instar febrium rheumaticarum orditur. Interdum tamen, rite monentibus DE MEZA [3]) et RICHA [4]); pulsus vix febris praesentiam indi- **E. rheumaticum.**

2) „Qui humor in cutim cutaneos affectus egerminat et excitat, *idem* affectum istum rheumaticum promovet." (BALLONIUS opp. omnia. T. IV. Lib. de rheumat.).

3) Compend. med. pract. fascic. I. c. 17.

indicat. Erysipelas rheumaticum, sede prae aliis erysipelatis speciebus volubile, *faciem* aut *extremitates inferiores* occupare, atque *formam* plerumque *levigatam* prae se ferre solet. Solvitur aegritudo quinta sive septima morbi die, cum sudore universali et urina sedimento lateritio instructa.

E. inflammatorium. 7. Erysipelas *rheumaticum*, sub constitutione corporis florida, *complicationem inflammatoriam* facile induit. *Erysipelas* praeterea extat, prima jam origine *inflammatorium*, quod praecipue vernali tempore [5]), apud viros floridos, obesos, liquoribus fermentatis deditos, haemorrhagiis habitualibus nunc suppressis obnoxios, obvenit. Incipit hic morbus cum frigore, interdum ad quatuor, sex vel septem horas extenso. Sequitur aestus cum pulsu duro, cephalaea, epistaxi, sopore ac facile cum vomitu. Comparente erysipelate, quod saepissime contingere solet, ad *faciem*, praedicta symptomata, sat saepe quidem, nec tamen in omnibus, leniuntur. Sub morbi incremento facies intumescit, saepe phlyctaenis, sive pustulis obsidetur, ac aegrotus, magis magisque soporosus, rhonchos ducere, ac interdum tacite, delirare, observatur. Tenduntur nunc hypochondria, alvus obstruitur, ac tendines nonnunquam subsiliunt. Crisis vix ante septimum diem, plerum-

4) Constitut. epidem. Taurin. altera. §. 8.

5) Grant *Beobachtungen über die Fieber*. p. 391.

rumque circa decimum, vel tardius, sub largo sudore, diarrhoea, haemorrhagia narium, fluxu menstruorum sive haemorrhoidum et urina, copioso sedimento puriformi, fere *squamoso*, obtinetur. Aliàs *encephalitis* vel *otitis*, propriis signis et periculis stipatae superaccedunt, aut febris ex inflammatoria in nerveam convertitur. Ne symptomata nervea ex illis inflammationibus pullulantia ingruenti huic febri tribuas! Virium ratio hìc praecipuum suppeditat criterium: Si praeter modum dejectae, inprimis obveniente simul symptomatum contradictione, potius transitus in febrem nervosam arguendus.

8. *Erysipelas gastricum*, praeviis indicatis caussis ac sociis symptomatibus febris gastricae (inter quae urina crocea), sat placide, nunc ad *faciem*, nunc ad *truncum*, nunc ad *extremitates* prorumpit. Forma illius utplurimum *levigata* est, atque sub debita medendi ratione, aut in sanis caeterum hominibus, nonnullorum dierum spatio, interdum (ut in TAURINENSI epidemica erysipelatum constitutione accidit) leni diarrhoea solvitur, sub contrariis autem conditionibus, nervosam facile induit naturam. E. gastricum.

9. *Erysipelas nervosum*, aliis *malignum*, quamvis CULLENIO, quod miramur, haud visum[6]), minime in dubium revocandum est. Huc nisi ad pestem, atrox et epidemicus ille morbus, *ignis* E. nervosum.

St.

6) *First lines.* §. 713.

St. Antonii (*feu de St. Antoine, mal des Ardennes*), quo regnante LUDOVICO VII. utraque *Lotharingia* devastata fuit[7]), pertinere videtur. Neque absoluta erysipelatis nervosi descriptio, apud FR. HOFFMANNUM desideratur[8]). Morbus hic vel ex erysipelate traumatico[9]), inflammatorio, gastrico sive neglecto sive male curato descendit; vel in primo mox limine atrocem suam patefacit naturam. Primo in casu, praeviis sudoribus saepe inanibus, ac invalescentibus caeteris symptomatibus, erysipelas concidit, livescit, vires sphincterumque officia franguntur, ac peticulae, miliaria et gangraena, maxime a decubitu, in conspectum veniunt. Altero in casu, morbus cum ingenti virium jactura et interdum cum lipothymiis orditur. Rapide deinde consueta febris nervosae symptomata evolvuntur. Erysipelas ipsum, saepe primis morbi horis, nunc ad *faciem*, nunc ad *truncum*, nunc ad *extremitates* comparet. Forma illius plerumque *levigata*, et color profunde lividus est. Interdum cutis affecta, vesiculis, sero acri, rodente repletis, cooperitur, quae vesiculae disru-

7) MEZERAY historia Galliae.

8) Op. c. T. IV. p. 303.

9) Exemplo esto infame illud erysipelas, quod, ut chirurgi in magnis nosocomiis praxin exercentes, probe norunt, vulneribus superaccedere et cito in gangraenam transire solet, quodque a recentioribus, *phlegmone nosocomialis cutanea* nuncupari solet. (HARLESS *Rhein. Westph. Jahrbücher*. l. c.).

disruptae, totidem *loca gangraenosa* relinquunt. Haud raro hîc *vibices* et alia *ecchymomata* cernuntur. Curriculum et finis morbi illis febris nervosae respondent.

10. *Recens natorum erysipelas*, etsi ob id gentilitium, quod inprimis partibus genitalibus infensum est, et peculiarem proclivitatem ad gangraenam manifestat, nihilominus non unum eundemque morbum sistere, variamque admodum indolem habere posse, experientia edocti sumus. Apparet enim modo ut malum *locale* (a prava umbilici tractatione et ab immunditie), modo ut *morbus gastricus* (a neglecta meconii evacuatione, acidis primarum viarum) modoque ut *affectio nervosa* (a magna, qua recens nati pollent, sensibilitate, facile intelligenda). Observatio.

11. Luculentissimum *erysipelatis arthritici* exemplum, ipsa *podagrae*, alibi describendae symptomata, largiuntur. At, vel praeter podagram, diathesin arthriticam, rite monentibus Stoll [10]), Musgrave [11]) et S. G. Vogel [12]), in generationem erysipelatis saepius imperium exercere, ex eo apparet, quod homines, arthritidi subjecti, simul erysipelati, praesertim *habituali* frequenter obnoxii sint; — quod hoc, ubi vere et autumno pro more revertitur, ab aliis malis, potissimum arthri- E. arthriticum.

10) Rat. medendi. Vol. V. p. 436.
11) De arthritide anomala. 12) l. c. p. 342.

arthriticis, immunitatem concedat[13]): — et quod, non comparente consueto erysipelate, haud raro inflammationes internae, inprimis peripneumoniae, sequantur.

E. febr. intermitt. sympt. 12. Quamvis erysipelas haud raro *periodice* recurrat, intervalla tamen libera relicta nimis protracta sunt, ut de febre intermittente quaestio esse possit. Hujus quidem suspicionem moverent observationes Mortoni, quippe qui de febre intermittente perniciosâ loquitur[14]); sub cujus paroxysmis „cutis rubedine intensa ubique perfundebatur.“ Sed ipsa haec *universalis rubedo*, exanthema minime ad erysipelas pertinuisse demonstrat. Alioquin ex pruritu, quo illud stipabatur, urticaria manifesta est. Nullam praeterea apud Puccinottium (morbos periodicos inflammationibus, et exanthematibus stipatos tam exacte describentem)[15]) febris intermittentis erysipelaceae mentionem invenimus, neque unquam illam observavimus. Caeterum absit, ut contendamus, eam dari haud posse[16]).

13. Ne-

13) Virum novit Lorry, qui, dum diarrhoea laborabat, ab erysipelate liber erat; dum illam sistebat, hoc denuo laborare coepit. Feminas nonnullas malis arthriticis et fluori albo obnoxias curavi, quae, prorumpente erysipelate, a malis illis, saltem pro tempore, liberabantur.

14) De proteiform. febris interm. genio. Hist. XXIII et XXIV.

15) *Storia delle febbri intermittenti di Roma. Urbino* 1824.

16) Forte huc spectat inflammatio genae dextrae perio-

13. Neque erysipelas ex *diathesi scorbutica*, inprimis senibus et cachecticis habituale, rarum est. Plerumque id extremitates inferiores saepe cum varicibus detinet; ac ad exulcerationem et gangraenam [17]) pronum observatur. E. scorbuticum.

14. Erysipelas, ad loca glandulis permultis instructa, comparens, saepe revertens, in duritiem desinens, subsequente ulcere cancroso, aperte indolem *carcinomaticam* prae se fert. Non multum ab eo altera erysipelatis species differre videtur, quae nunc ad faciem, nunc ad mammas, nunc ad scrotum, nunc ad labia vulvae, nunc ad extremitates comparet, quaeque periodice revertens sensim sensimque *volumen partis monstrose auget* ac jure *pro initio leprae partialis* declaratur [18]). Hujus generis erysipelata familiaria sunt plicosis. E. carcinomaticum et leprosum.

§. LXIII.

P r o g n o s i s.

1. Nullum erysipelas, ob facilem propagationem sive conversionem ad partes internas, flocci pendendum est. Praeterea prognosis potissimum a morbi *sede*, *indole*, nec non ab aegrorum *aetate* et Generatim.

dica, sulphate chininae sanata, de qua DURAND (*Journ. complémentaire du diction. des sc. ences medicales. T. XX. Cah.* 77. *Novembr.* 1824.) loquitur?

17) JACOBI diss. casus erysipelatis scorbutici subito in sphacelum terminati. Erfurt. 1711.

18) *Nouvelles observations recueillies sur l'éléphantiasis des Arabes, par* ALARD. *Paris* 1811. p. 27.

et *constitutione* desumitur. Erysipelas faciei, etiamsi adspectu leve, praesentibus gravi cephalaea, sopore, deliriis atque anxietate, ob metum transitus in encephalitidem, hydrocephalum acutum et apoplexiam, magno semper periculo stipatur. Idem de erysipelate, cui graves laesiones locales, vel diathesis nervea ansam porrigunt, dici oportet. Infantes et senes difficillime erysipelas ferunt. Sic et valetudinarii, apud quos erysipelas partem jam labefactatam facilius aggreditur e. c. in phthisi tracheali tracheam, in phthisi pulmonali pulmones, in difficultibus urinae vesicam etc. — Saepe erysipelas salutare[1]), vel, uti in multis febribus vidimus, *criticum*[2]) observatur. Erysipelas ab externis partibus *intro* converti, malum; ab internis vero *extra*, bonum[3]); addite tamen: si

1) „Novi, inquit Schroeder, alios morbos, praesertim asthma convulsivum, ab erysipelate superveniente, fuisse feliciter sublatum." l. c. p. 308. Hujus generis observationes exstant praeterea in: *Samml. auserl. Abhandlungen für prakt. Aerzte.* 10. *B.* p. 136 et 714.

2) Le Roy *mélange de physique et de médecine.* p. 164. — Percival *essays. Vol. I.* p. 274. — Frank l. c. p. 16. — Reil (l. c. p. 353.) ait: „*Die meisten Rosen entstehen von innern Unordnungen des Körpers, die die Natur durch die Rose zu heben sucht.*"

3) Hippocrates (Sect. VI. aph. 25.) scripsit: „Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora, non est bonum; ab interioribus vero ad exteriora bonum." Et (Coac. No. 366.): „Erysipelas foris quidem exstare, utile: intro autem vergere, lethale. Cujus quidem

si partes internae ab erysipelate ad exteriora converso liberentur[4]).

2. Erysipelas aut *resolutionem*, aut *oedema*, aut *indurationem*, aut *suppurationem*, aut *exulcerationem*, aut *gangraenam* pro *exitu* agnoscit. Exitus.

3. Erysipelas symptomaticum, per morbi primarii *crisin* solvitur. Quocunque autem in erysipelate, ut crisis *perfecta* dici queat, *desquamatio epidermidis* plus minusve requiritur, ut sub cujus defectu malum plerumque recrudescit, vel ad vicina loca propagatur[5]). In erysipelate partis capillatae cranii, praeter epidermidis desquamationem, et *defluvium capillorum* succedere solet. Resolutio.

4. *Oedema* genarum, colli, dorsi, et lumborum, cum imminuta simul urinae secretione, haud raro harum partium erysipelas sequitur; quem Oedema.

rei judicium est, cum, rubore evanescente, pectus gravatur, et aegrius spiritum trahit aeger."

4) Vir illustris, Mediolani, eum sibi tumores folliculosos ad partem capitis capillatam scarificari jussisset, mox vero se aëri liberiori frigido, ac simul radiis solis exposuisset, nocte insequente in lethargum incidit. Versus sextum morbi diem insigne comparuit faciei totius erysipelas. Medicus ordinarius, aegrum in salvis esse, decrevit, cum vero lethargus persisteret, erysipelas externum pro morbi incremento ac pro lethali a patre meo declaratum et eventu confirmatum fuit.

5) Sic erysipelas capitis, deficiente debita desquamatione facillime ad nucham propagatur, quod dum accidit, inevitabilis descensus ad dorsum et lumbos observatur.

quem hujus morbi non infrequentem exitum in *hydropem textus cellulosi acutum* a scriptoribus negligi, miramur. Nec rarum est, sub erysipelatis curriculo aut convalescentia, praecipue apud potatores, *hydropem acutum internum*, inprimis cavitatis pectoris, vitae insidias struere.

Induratio. 5. Jam Aetius, ubi remedia spirituosa et frigida in erysipelate adhiberentur, partium adfectarum *indurationes* succedere, edixit[6]. Sed et praeter hanc caussam, erysipelas, inprimis illud extremitatum inferiorum, frequenter repetitum, saepe duritiem, rigiditates[7] et insigne partis volumen relinquit. Sunt tandem, qui *indurationem textus cellulosi recens natorum* praevio erysipelati attribuunt; — at plane immerito, uti suo loco demonstrabimus.

Suppuratio. 6. Facilis, et nunc salutaris[8], nunc ominosus[9] est erysipelatis phlegmonosi in *suppurationem* transitus, inprimis ad palpebras, ad genas[10], super nasi radicem, sub galea aponeurotica cranii, sub

6) Tetrab. IV. Serm. II. c. 59.

7) Rigiditatem manuum ab erysipelate relictam describit Sims (*Epidem. Krankh.* p. 36).

8) Schroeder, observationes Strackii de erysipelate epidemico adducit, quod, nisi suppuraretur, in mortem abivit (l. c. p. 207).

9) Home principia medicinae. p. 183.

10) Exemplum memorabile abscessus post erysipelas in nutrice caeteroquin sanissima describit S. G. Vogel (l. c. p. 338).

sub musculorum bicipitis et fasciae latae expansionibus tendinosis[11]). Ne *abscessus* hujusmodi nos lateant, partes dicto erysipelate diutius detentae, iterum iterumque examinandae sunt. Constat, abscessus ex erysipelate ortos facile in fistulas[12]) transire, cutimque plurimis in locis perforare, unde foedae cicatrices. Ne tamen *materiam puriformem* ex phlyctaenis hinc inde sub crustis densis retentam, pro pure in *vero abscessu* collecto habeamus, cavendum est[13]). Abscessus loco, post erysipelas, interdum *furunculus* nascitur.

7. Indurationes et abscessus ab erysipelate, nec non erysipelas scorbuticum, inprimis ad crura, saepe saepius *ulceribus chronicis*, pro varia aegrorum constitutione, indolis variae, ansam porrigunt. **Exulceratio.**

8. *Gangraena* potissimum ex erysipelate nervoso et scorbutico ad palpebras[14]), aures, genas, scro- **Gangraena.**

11) Et casum erysipelatis cruris in suppurationem conversi idem enarravit S. G. Vogel (l. c. p. 339).

12) Metzger advers. med. P. II.

13) In errorem istum procul dubio incidit Pearson, ubi ait (*Principles of surgery*. §. 289.): „*A circumscribed cavity containing laudable pus is never seen in the legitimate erysipelas. Where a purulent effusion happens in any considerable degree, it affords, when the part is examined, a sensation similar to that excited by a quagmire or morass. In that sort of suppuration, which sometimes supervenes to erysipelas genae, the cellular membrane suffers great injury, and not uncommonly the part is in a gangrenous condition.*“

scrotum et extremitates inferiores expectanda est. Plurima hujusmodi exempla apud BROCKLESBY [15]), TISSOT [16]) et VAN DER BUSCH [17]) obveniunt. Transitum erysipelatis in gangraenam praecipue autumnali tempore contingere, GRANTIUS existimat [18]). In genere, annuntiatur hic gangraena a livore aut nigredine partis, a striis quasi igneis, nec non a vesicis sero cruento turgentibus. Ne vero *nigredinem a sanguine extravasato* pro gangraena habeatis, cavete.

§. LXIV.

C u r a.

C. erys. localis.

1. Cura *erysipelatis localis* in eo consistit, ut caussa morbi, si id sine nimia partis irritatione fieri queat, abigatur, aut saltem, ut illius effectus, quoad licet, temperentur. In malo *recenti hirudines* in viciniis loci affecti applicandae sunt. Ipsi vero parti aegrotanti *fomentum frigidum*, vel *simplex* [1]), vel *ex aqua et acetate plumbi liquido*, methodo GOULARDI paratum [2]), ope lintei tenuis im-

14) REIL l. c. p. 333. 15) l. c.

16) l. c. §. 279. 17) l. c. p. 188.

18) l. c. p. 391.

1) C. H. DZONDI *über Verbrennungen und das einzige Mittel, sie in jedem Grade schnell und schmerzenlos zu heilen, Hal.* 1825. (Consistit hoc auxilium in applicatione aquae frigidae, quam quidem in minori ambustionis gradu, jam dudum cum fructu adhibui, neutiquam vero in majori, partibus tensis et exesis).

2) *Abhandlung vom Gebrauche des Bleyes.* 1. *Abschn.* p. 26.

imponitur, saepeque renovatur. Sub minore mali gradu, *chartam compactam*, cui *pulvis acetatis plumbi* adspersus fuit, imposuisse sufficiet. Morbo autem *provecto* alia accommodanda est medendi ratio. Nisi enim hìc suppurationis jam adsint indicia, pars morbosa *fomentis siccis ex herbis resolventibus*, addita *camphora*, vel saltem *linteo sicco* camphora adsperso, cooperienda est. Si febris simul adfuerit symptomatibus inflammatoriis stipata, ea methodo antiphlogistica temperanda foret. Senescente morbo, et ingruente virium prostratione, purgatis, si opus fuerit, primis viis, ad *decoctum corticis cinchonae officinalis* devenitur. Doloribus et vigiliis *tunc* quoque *opium* prospicit [3]).

2. *Erysipelas rheumaticum* regimen exanthematibus simplicibus accommodatum [4]) exposcit. Morbus tutissime naturae committitur. Lenissima caeterum diapnoica non nocent; inprimis si alvum simul apertam teneant. Familiaris nobis est his sub rerum circumstantiis usus *tartari emetici*, refractâ, ut dicunt, dosi. Remedia topica, hìc sicuti in omni erysipelate symptomatico, superflua et saepe nociva sunt. Solum, si lectus ab afflatu aëris non omnino securus esset, ac faciem erysipelas teneret, haec linteo tenuissimo, larvae in- C. e. rheumatici.

3) E. c. homini adulto ad vesperas *granum unum*, aut *guttae quindecim* tincturae opii compositae *Sydenhami*.

4) Cap. VI. §. XXXVIII. No. 8.

instar, foraminibus circa oculos, nares et os instructo, obtegi posset. Neque in erysipelate *trunci* et *extremitatum* partes affectas ope *sacculorum*, *farinâ foeni graeci aut tritici repletorum*, foveri nocet. In erysipelate, ad aures usque extenso, ornamenta istarum feminea, quae in tumore partis quasi sepulta gangraenam induxisse observavimus, sine mora removenda sunt.

C. e. inflammatorii. 3. *Erysipelas inflammatorium* veluti exanthemata primaria inflammatoria tractatur. *Venae sectione*, quemadmodum in genuinis inflammationibus utimur, idque juxta indicationes ab Astrucio[5]), BursERIO[6]), S. G. Vogel[7]) stabilitas, videlicet in aegro robusto et florido, in morbo recente, sub annua constitutione, morbis inflammatoriis favente, sub pulsu constante, in morbo phlegmonoso, cum sopore, delirio aut alio phlogoseos internae signo. Ne symptomatum sive gastricorum sive nervosorum, hepatis cum cerebro, aut nervorum cum ventriculo consensui tribuendorum, praesentia, hîc a venae sectione, alioquin indicata, nos absterreat. Imo si post emissum sanguinem, vis morbi non satis frangeretur, et ad alteram phlebotomiam devenire oportet; non neglecto nitri usu. Si provecto in morbo vires jam evidenter fractae usum venae sectionis dubium redderent, aut mitior morbi gradus duntaxat

5) Tractatus de tumoribus. Lib. II. cap. 1.
6) l. c. §. 82. 7) l. c. p. 348.

taxat evacuationem cruoris localem exposceret, ad hirudines confugiendum foret. Earum decem vel duodecim in erysipelate faciei, pone aures, circa collum ponuntur. Quodsi ab applicatione hirudinum prope partem erysipelate detentam vel irritatio vel tumiditas absterrerent, illarum quatuor gingivis admoveri possent, vel adhuc tutius scopo revulsivo, internae femorum superficiei. Suppressas cum damno haemorrhagias spontaneas restituendas esse, per se patet. Stollius, inprimis vigente gravi cephalaea, scarificationes ad nucham adhibuit[8]). Ipsius partis erysipelate affectae scarificationes commendarunt Freind[9]) et Hutchinson[10]), cui tamen consilio, ob exempla gangraenae inde exortae, minime subscribimus. Periculosum quoque est consilium erysipelas faciei ope fomentationum frigidarum curandi[11]), quae uni erysipelati ex caussis localibus excitato, ut docuimus, convenirent. Pessimum est suasum, ery-

8) Rat. medend. T. IV. p. 65.

9) Historia medicinae. p. 29.

10) In erysipelate extremitatum phlegmonode, incisiones ope scalpelli in cutem affectam longitudinis pollicis cum dimidio ad musculos usque suadet, ut inde sanguis multus fluat. Dein applicat fomenta emollientia, etiam saturnina frigida. Sic suppurationem taediosam praepediri asserit. (*Medico - chirurgical transactions. Vol. V. London* 1814.).

11) J. J. Reuss *die Gesichtsrose u. deren Behandlung mit kaltem Wasser.* (Hufeland's *Journ. der prakt. Heilk.* 1824. *Mai.* p. 71).

erysipelati vesicatorium, sinapismum vinumque fervidum imponendi[12]). Insons, sed nemini concedenda, est cura erysipelatis magnetica[13]).

Continuatio argumenti. 4. Peractâ in erysipelate inflammatorio sanguinis detractione, ad lenem alvi purgationem, rite monente BROCKLESBY, in erysipelate inflammatorio efficacissimam, deveniendum est. Interea *temperies* cubiculi esto moderata, ac abstineatur a remediis topicis. Hac sub methodo spatio nonnullorum dierum plerumque frangitur impetus mali, quo facto tempus, ut morbus curriculum consuetum absolvat, concedendum est. Quod si res sub methodo antiphlogistica, forte sero nimis adhibita, minus fauste incederet, ac transitus morbi in febrem nervosam timendus foret, virium tunc summam rationem habere oporteret. Hac de caussa, concesso victu ex jusculis carneis, exhibitoque pro potu infuso diapnoico, primum ad *liquo-*

12) M. J. SABLAIROLES *mémoire et observations sur le traitement de l'érysipèle phlegmoneux, Montpellier* 1823.

13) Vulgus nonnullarum Germaniae provinciarum jam dudum methodum erysipelas *adlocutione* (*das Besprechen der Rose*) curandi jactat. Homo videlicet sanus palmam manus in distantia sesqui pollicis super partem erysipelate laborantem repetitis vicibus ducit eamque vicissim proprio halitu adflat. Nec desunt inter ipsos Germaniae medicos qui testantur, tali pacto dolores erysipelatis mox sedari et dein ruborem quoque profligari. (KUNTZMANN in HUFELAND's *Journ. d. pr. Heilk.* 1810. 10. *St. Octob.* p. 102. — WOLFART *med. chirurg. Wochenblatt.* 1. *Jahrg.* p. 1505).

liquorem acetatis ammoniae, dein ad *infusum radicis angelicae archangelicae*, et si haec non juvarent, ad parvas *camphorae* doses, *nitrati potassae* nuptas [14]) deveniendum est. Urgente sopore vel delirio *vesicatoria* aut *sinapismi*, cruribus, nunquam vero nuchae, ob facilem morbi ad hunc locum propagationem, admoventur. Haec ipsa remedia, si, quod frequenter accidit, encephalitis, erysipelatis faciei socia, in cerebri hydropem acutum jam transiverit, aut *muriati hydrargyri*, aut *floribus arnicae montanae*, aut *foliis digitalis purpureae*, secundum artis praecepta, alibi tradenda [15]), nubenda forent.

5. *Erysipelas gastricum* methodo exanthematibus gastricis accommodata curatur. Saepe *emetico* locum esse, Sydenham, Baglivi, Mead, Freind, Tissot, Sauvages, Brocklesby, Monro (quorum testimonia Schroeder collegit), docuerunt, ac propria nobis experientia ultro confirmat. Plerumque vomitum excitandi scopo hic *tartarum emeticum*, ut quo simul alvus leniter et cum fructu movetur, eligimus. Fortiora nempe purgantia, recte monentibus Quarin [16]) et Burserio [17]), C. e. gastrici.

14) R. Camphorae grana duo. Nitri, sacchari albi ââ drachmam semis. M. F. pulvis. Div. in sex partes aequales. D. S. omni secunda hora pulverem capiat.

15) P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXII. No. 13.

16) De curandis febribus et inflammationibus. Cap. X. p. 141.

SERIO[17]), praecipue in debilioribus, quorum pulsus celer et parvus est, morbum exasperant.

C. e. nervosi. 6. In *erysipelate nervoso*, caeterum secundum regulas generales curando, *cortex cinchonae officinalis* praecipuam sibi laudem promeruit[18]. Virtus illius potissimum in *erysipelate recens natorum* ab UNTERWOOD et GARTSHORE celebratur idque, ut experti sumus, omni jure, dummodo in provectiori morbo, eliminatis prius saburris primarum viarum, ingruenteque virium prostratione magnâ. *Clysteres* hic *ex decocto corticis saturato*, addito quoque ejusdem extracto, omni quarta hora injiciuntur, ac simul, quantum ore porrigi potest, ingeritur[19]). Parti erysipelate detentae lintea calida, quibus camphora rasa adspersa est, vel, suadentibus supra laudatis Angliae medicis, lintea *alcohole camphorato* imbuta apponuntur. Et *mercurius* hoc in recens natorum morbo commendatus fuit[20]).

C. e. arthritici. 7. Ut *erysipelas arthriticum* consuetum sibi decursum rite absolvat, maxime studendum est. Hac de caussa, si praesens forte *complicatio* inflammatoria aut gastrica regulari morbi curriculo obstaret, ea vel *hirudinibus*, vel *lenibus purgantibus*,

17) l. c. §. 36.

18) BROMFIELD in *medical communicat. II.* 4. — COLLY Ibid. *II.* 3. FORDYCE v. MASON-GOOD l. c. p. 615.

19) R. Syrupi corticis peruviani unciam unam. Extracti corticis ejusdem grana decem. M.

20) VELS l. c. p. 436.

tibus, e. c. *electuario lenitivo*, abigenda, simplex vero morbus naturae committendus. Erysipelas ipsum, nisi faciem detineat (quo in casu secundum regulas supra allatas agendum est), *speciebus resolventibus siccis* fovendum. Devicta jam febre, praecipue sub somni defectu, pulvis *radicis cephaelidis ipecacuanhae cum opio* porrigitur.

8. *Erysipelati scorbutico*, praeter generale regimen antiscorbuticum, potissime usum internum *infusi radicis acori calami* et *baccarum juniperi communis*, accommodatum invenimus. C. e. scorbutici.

9. In cura *erysipelatis carcinomatici* cautissime incedendum. Pars affecta auxilia localia utplurimum respuit. Quamobrem potius ut ignis sponte deflagret expectandum. Interea pabulum morbo subtrahitur, si hirudines aut ad aliquam ab erysipelate distantiam, aut ad vasa, e quibus antea salutaris haemorrhagia locum obtinuerat, apponantur; si puritati tractus intestinorum et transpirationi studeatur; dolores somnum abigentes, viresque exhaurientes, opio compescantur; sique corporis constitutio debito regimine diaetetico emendetur. C. e. carcinomatici.

10. Convalescens, donec desquamationis opus absolutum sit, a refrigeratione sibi caveat et spontaneum squamarum vel crustarum decessum expectet. Crustas vero praeter modum duras ac densas, imposita charta bibula *butyro* insulso imbuta, C. convalescentiae.

vel

vel applicitis sive *cremore lactis*, sive *decocto malvae rotundifoliae* emollire oportet.

C. exituum. 11. Ut *oedemati* occurramus, per omne erysipelatis curriculum *urinae secretionis* summa habenda est ratio, ac quamprimum ea, quin sudor illius vices agat, imminuitur, *diuretica*, sedi et indoli morbi accommodata, secundum regulas alibi tradendas[21]), sine mora adhibenda sunt. — *Indurationes* ab erysipelate relictae, vel tractu temporis, inprimis sub debito partis affectae exercitio, sponte evanescunt, vel *roborantibus*, praecipue *aquis martialibus*, sive lenibus diapnoicis atque diureticis dissipantur. Indurationes, quae hisce auxiliis non cedunt, sanationem vix aut ne vix quidem admittunt, et resolventia localia, frictiones etc., novam pejoremque inflammationem plerumque excitando, plus damni quam auxilii ferunt. — Si *abscessus*, erysipelatum reliquiae, superficiales sint, spontanea eorum ruptura expectari potest; aliàs cultro aperiendi sunt. Quoniam vero partes erysipelate prius detentae, usum protractum cataplasmatum aegre ferunt, eorum loco abscessus maturandus, inprimis noctu emplastro adhaesivo, e. g. *diachylon*, cooperiendus est. — *Exulcerationes* chronicae ab erysipelate relictae remedia tum interna, tum externa exposcunt. Illa, ex classe *tonicorum* et *antiscorbuticorum*, desumuntur; haec, quousque ulcus impurum est, in

21) P. I. Vol. III. Sect. II. Cap. de anasarca.

in usu *pulveris carbonum*, *radicis acori calami*, et *unguenti digestivi*, dein vero in applicatione *filamentorum carptorum*, primum *liquore acetatis plumbi* madefactorum, dein siccorum, consistunt. Praeterea maxime puritati studendum est. Si ulcus extremitatem occupat, tota pars affecta *fasciâ*, sic dicta *expulsivâ*, circumdari debet. Neque tunc motus moderatus nocet. *Plagae gangraenosae*, polline *corticis cinchonae* cum *camphora* et *myrrha* insperguntur, vel decocto ejusdem corticis fovendae sunt. *Scarificationes*, circa partem affectam institutae, augere potius quam arcere gangraenam solent. Si adventante gangraena erysipelas adhuc evidentes notas inflammatorias exhibeat, methodus antiphlogistica, viriliter adhibita, optime gangraenae limites ponit.

12. *Evanescente a cute erysipelate ac viscere quodam inde laeso*, juxta praecepta therapeutica respectu retrocessus exanthematum in genere tradita[22]), agendum. Si affectio interna symptomatibus inflammatoriis stipatur, *phlebotomia* non negligenda[23]). Contra si languent vires, ad *camphoram* Cura retrocessus.

22) Cap. VI. §. XXXVIII. No. 35.

23) „*So lange die Lebenskräfte stark sind, das Fieber heftig, der Puls voll, hart ist, muss man Ader lassen, kühlende Mittel in reichlicher Menge oben und unten beybringen und alles vermeiden, was Hitze bringt. Nach dem Pulse darf man sich aber nicht allein richten. Dieser ist bekanntlich in innern Entzündungen oft klein und zusammengezogen; aber er erhebt sich nach dem Ader-*

phoram confugiendum. Phlogosi unâ cum debilitate urgente, prope partem affectam *hirudines* et interne *camphora* cùm nitro indicatur. Interea cutis locus, quem erysipelas deseruit, auxiliis topiçis irritandus, videlicet vel sinapismo, vel vesicatorio, vel simplici tincturâ cantharidum, vel cucurbitulis siccis. Et universae cutis tonus, ope frictionum columnae vertebralis, illi nervos largientis, excitandus, dummodo id sine refrigerii periculo fieri possit. Transpirationi enim maxime studendum. Elicitur ea haud raro *emeticis*[24]).

Prophylaxis erysipelatis habitualis.

13. Ad *praepediendum erysipelas habituale* primum in caussam ejusdem inquirendum. Latet ipsa saepissime in vitio hepatis, vernali tempore *succis vegetabilibus resolventibus*, *sero lactis*; aestate *aquis soteriis salinis*, et autumno *esu uvarum* debellando. Aliàs cutis sensibilitas morbosa mali sistit caussam; cui obviam itur *frictionibus* moderatis superficiei corporis, *vestibus laneis* illi immediate applicitis, *thermis*, inprimis *sulphureis*. In arthriticis erysipelas *fonticulorum* ope securissime

lassen, und dieses ist oft desto nöthiger, je kleiner er ist. Die heftigen innerlichen Schmerzen, die grossen Beängstigungen, die starke Hitze und die fast guten Kräfte des Patienten müssen hier den Arzt leiten und die Nothwendigkeit und Zuverlässigkeit der Aderlässe bestimmen." (S. G. Vogel op. c. 3. *Th.* p. 352. 353).

24) „*Zuweilen bringt ein Brechmittel, wenn sonst nichts dawider, die Rose schnell wieder auf die Haut.*" (Idem, ibidem).

sime praepeditur, dummodo cutis sensibilitas non obstet[25]).

Caput XII.

De furunculo.

§. LXV.

Definitio. Literatura.

1. Tuberculum nucis avellanae vel ovi columbini magnitudine, in medio elevatum, profunde rubrum, utplurimum valde dolens, *furunculus*[1]) dicitur. Definitio.

2. Quam.

25) Feminae quadraginta annorum Vilnensi, erysipelati faciei aliisque malis arthriticis obnoxiae, fonticulos ad brachia, scalpelli ope, adplicari jussi. En postridie in brachio dextro erysipelas, brevi phlegmonosum redditum, et licet illico pisum e vulnere remotum fuerit, vitae insidias struens. Universum enim brachium enorme adeptum erat volumen. Cura propterea difficilis evasit, quoniam auxilia, aliàs in erysipelate locali proficua, e. c. fotus frigidus, saturnina, ob conditionem aegrae arthriticam tuto adhiberi haud potuere. Optime conduxerunt folia recentia betae rubrae et brassicae, brachio imposita.

1) Graec. Δοθιήν. *Synon.* Abscessus nucleatus, abscessus sanguineus. Ital. *Foroncolo*, *figuolo*, *ciccione*. Germ. *Blutgeschwür*, *Blutbeule*. Gall. *Clou*, *furoncle*. Angl. *A boil.* Batav. *Bloedzweer*, *Bloedvine*. Dan. *Blodbyld.* Suec. *Blodböld*, *Böld.* Hisp. *Divie-*

Literatura. 2. Quamvis hic morbus ad chirurgiae imperium spectet[2]), nihilominus exemplo Galeni[3]), Celsi[4]), Pauli Aeginetae[5]), Oribasii[6]), Avicennae[7]), Mercurialis[8]), Stahlii[9]), Heimii[10]), Ritteri[11]), Guidetti et Malvani[12]), aliorumque

so, *Golondrino*, *Venino*. Lusit. *Fourcho*, *Gravo*, *Leicenco*. Ross. Чирей, Вередъ. Polon. *Czyrak*.

2) Heister institutiones chirurgiae. Amst. 1750. — Richter *Anfangsgründe der Wundarzneykunde*. *Gött.* 1782. — Nessi *istituzioni di chirurgia*. *Venez.* 1787. — Bell *Lehrbegriff der Wundarzneykunst*. 1790. — Callisen institutiones chirurgiae. Hafn. 1788. Edit. nova Germanica. Copenh. 1798. Ejusd. *System der neuen Chirurgie*, *nach der* 4. *Ausgabe a. d. Lat. übers. und mit Commentar nebst vielen Zusätzen versehen von* A. C. P. Callisen. 2. *B.* *Copenh.* 1824. — Sabatier *méd. opératoire*. 3. *édit.* *T.* 2. — Richerand *Grundsätze der Wundarzneykunde*. 1. B. — Boyer *chir. Krankh.* 2. B. — Sam. Cooper *chir. Handb.* 2. *B.*

3) De compos. med. sec. loc. L. V. c. 7.

4) De re med. Lib. V. Cap. XXVIII. No. 9.

5) L. V. c. 23. 6) Synops. L. VII. c. 41.

7) Canon. L. IV. Fen. 3. Tract. 1. cap. 33.

8) De decoratione. cap. 21.

9) Diss. de abscessu et furunculo. Hal. 1714.

10) *Erfahrungen über die Furunkeln*, *nebst Beobachtungen über eine ansteckende Art derselben*. (Horn's *Archiv der med. Erfahrung*. 4. *B.* 1. *Heft*. p. 151).

11) *Aetiologie und Therapie der Blutschwäre*. (Walter und Gräfe *Journ. der Chirurgie*. 3. *B.* p. 81—104).

12) *Journ. général de méd.* *No.* 294. — Gerson u. Julius *Magazin der ausländ. med. Literat.* 3. *B.* p. 465.

que medicorum, illius mentio, ob nexum cum aliis morbis, praetermitti a nobis nequit.

§. LXVI.

Symptomata. Caussae.

1. Furunculus nunc in uno solum cutis loco (*f. solitarius*), nunc in plurimis simul partibus, potissimum facie, axillis, natibus, femoribus, perinaeo, nec exceptis semper oris cavitate, ani, vulvaeque orificiis et pene, sub forma noduli duri, rubri, splendentis, in conspectum venit. Citissime is, sub magno plerumque cruciatu, decubitum super partem affectam impediente, crescit. Tumor, ut diximus, variae magnitudinis[1]), rotundus, circumscriptus, durus, in fastigium altum elevatus, observatur. Febris, nisi sub magna aegri et partis affectae sensibilitate, aut nisi plures furunculi simul prorumpant, raro occurrit. Ea praesente, agrypnia, ciborum aversio et hinc inde, apud infantes, convulsiones[2]) succedunt. Furunculus lentius, quam reliquae inflammationes, in suppurationem transit. Incipit vero suppuratio circa apicem, quo in loco, nucleus[3]), ex fibris densis et crassis, subalbidis, subrubris compactus, nec in pus convertendus, in-

Symptomata.

1) Vidi pluries furunculos ovum anserinum adaequasse, vidit Ritter (l. c.) eosdem amplitudinis pugni virilis.

2) Richter op. c. 1. *Th.* p. 133.

3) Germ. *Pfropf; Eiterstock.* Gall. *Bombillon.* Ital. *Barba del furoncolo.*

invenitur[4]). Reliqua apostematis maturi superficies, plura tandem foraminula, pus, multo sanguine mixtum, fundentia, exhibet. Expulso sive educto nucleo, saltem in corpore caeteroquin sano, abscessus cito sanatur. Quandoque furunculo uno sanato, alius in vicinia, vel etiam plures alii in variis corporis partibus comparent. Furunculus crines includere visus est[5]).

Caussae. 2. Furunculi nulli parcent aetati et sexui. Communiores tamen sunt infantibus et feminis potissimum succi plenis, plethoricisque, et concurrente annua vel epidemica constitutione[6]). Ex locis, quibus praecipue addicti observantur, pinguedinem illis favere suspicari licet. Excitantur a transpiratione cohibita, a protracta caloris actione[7]), a potu liquorum fermentatorum insolito, motu corporis nimio, a sinapismis, vesicatoriis, cauteriis, unguentis acribus, cuti applicitis, a psora[8]), a morbillis, variolis, scarlatina, typho

4) Veluti *radices* habuisse nucleum apud Forestum (Obs. chir. Lib. I. obs. 9.) legitur.

5) Gilibert adversaria medico-practica. Lugd. 1791. p. 140.

6) Plus vice societati medicae C. Vilnensi de furunculis epidemice grassantibus quaestio erat. Memoratu dignum est, et *panaritia* simul regnasse.

7) Frank Epit. Vol. IV. p. 40.

8) Bose in Weitz *neue Auszüge aus Diss.* 6. *B.* p. 63. Malacarne (*Journ. der ausl. med. Literat. von* Harless *und* Ritter. 3. *B.* 2. *St.* p. 74).

typho imperfecte judicatis, a vitiis primarum viarum[9]) viscerumque abdominalium, a labe scrophulosa, scorbutica, arthritica, venerea[10]), a laesa uteri et mammarum functione[11]); forte a vermibus[12]) et exhalationibus animalibus[13]), vix

 a

9) Inter infantes a lacte depravato, observante CONRADI (HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilkunde.* 6. *B.* p. 518).

10) Ex hac caussa virum triginta circiter annorum Vilnae triginta duobus furunculis obsessum vidi.

11) LEVRET *essai sur l'abus des règles générales. Paris* 1766. p. 235.

12) *Filaria medinensis.* GERM. *Der Medinawurm, der guineensische Fadenwurm.* GALL. *Le dragonneau.* ANGL. *The guineaworm.* Vermis hic in regionibus torridis endemicus, hinc inde in Lithuania obvius, longitudine duorum, trium, duodecim pedum, crassitie chordae mediocris et coloris albidi observatur. Habitat in tela cellulosa subcutanea hominis, praesertim ad pedes. Excitat pruritum intolerabilem, et, nisi vermis extrahitur, funestam inflammationem. Optimi de eo scriptores sunt: KAEMPFER (de dracunculo Persarum, in amoenitatum exoticarum Fasc. V. p. 524). — GRUNDLER (Commerc. litter. Nor. 1740.). — RUDOLPHI (Op. c. Vol. II. P. I. p. 56). — C. BURSY *aetiologischer Beytrag z. Helkologie.* (HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 1825. *September.* p. 82).

13) Vulgus Germaniae quondam furunculos pusionum a *quassatione canis*, cubiculum infantile simul inhabitantis, repetiit, ideoque *Hunde-Schütteln* vocavit. (STORCH *Kinderkrankheiten.* 4. *B.* p. 176). Quum vulgi opiniones quandoque experientiae innixae sint, quum ad transitum morborum ab animalibus ad ho-

a contagio[14]). Num caussa proxima pullulet ex corruptione adipis, ex affectione telae cellulosae subcutaneae[15]), ex inflammatione vasorum capillarium corii[16]) etc. non audemus determinare.

§. LXVII.

Diagnosis.

Facilis confusio. 1. Furunculi confundi possunt cum sic dictis *comedonibus*, cum *urticaria nodosa*, cum *anthrace* et *carbunculo*, cum *psydracia* et cum *psora*.

Distinctio a comedonibus. 2. *Comedones* seu *crinones*[1]) sistunt materiam sebaceam in ductis excretoriis glandularum cutis coagulatam. Adspectus illis est punctorum durorum, nigrorumque. Dum digitorum ope exprimuntur, sese sub forma vermium flavo colore, alterâ extremitate nigrâ instructorum, longitudinis duarum linearum, crassitiei acus exhibent. Mirum igitur non est, illos ante microscopii debitum usum pro *vermibus* revera habitos fuisse[2]), in-

minem maxime attendendum sit, hanc forte fabulam anilem silentio praeterire nolui.

14) Heim (l. c.) furunculum pro contagioso declarat.

15) Boyer l. c. 16) Callisen, Ritter ll. cc.

1) *Synon.* Crinones, acne punctata. Germ. *Mitesser, Zehrwürmer, Dürrmaden.* Gall. *Crinons, cees, dragoneau, masclou.* Angl. *Maggots.* Ital. *Crinoni.* Hisp. *Culebrillas, Gusanillo.* Lusitan. *Inçaes.*

2) Hanc opinionem defenderat Ettmüller (opp. T. III. p. 543.) et tabula aenea sustinere conatus est. Interea

inprimis quum in infantibus atrophiâ laborantibus (ac si illis nutrimentum detraherent) prae aliis obvenire soleant. Nec defuere, qui morbum de quo agitur, quandoque endemicum[3]), pro affectu pilari habuerunt[4]). Etiamsi comedones veluti nodulos in cute referant, nihilominus ob defectum symptomatum inflammatoriorum facile a furunculis distingui possunt.

3. Si furunculi per universam corporis superficiem prorumpant, ut ab *urticaria nodosa* distinguantur, ad sequentes characteres respiciendum est. Distinctio ab urticaria.

Urticaria nodosa.	*Furunculi.*
a. *Pruritu* summo stipatur.	a. *Dolore* insigniuntur.
b. Tubercula irregularia	b. Tumores circumscriaut

jam Fr. Hoffmannus eam in dubium vocavit (Meth. med. lib. I. cap. 19.) rejeceruntque ut falsam Alberti (de atrophia infantum. Hal. 1729. p. 23.) et Storch (*Kinderkrankheiten.* 4. *B.* p. 156. edit. a. 1751.). Errat hinc A. C. P. Callisen (l. c. p. 88.) dum ait: „Adolph Augustin Vogel zu *Göttingen* (de cogn. et cur. corp. hum. affectibus. Goett. 1772. p. 642.) *war wohl der erste, der diesen Irrthum widerlegte.*" Cfr. Ackermann *über die Mitesser der Kinder* in Baldinger's *neuem Magazin.* 3. *B.* 1781. p. 330.

3) In Provincia Franco-Gallica (*Provence*) comedones *endemicos* esse refert Bassionot. Vid. *Salzburg. med. chir. Zeitung.* 1790. 2. *B.* p. 260.

4) Horst Part. I. p. 405.

aut subrotunda refert.	ptos et acuminatos exhibent.
c. *Desquamatione* terminatur.	c. Semper in *suppurationem* transeunt.

Varia indoles. 4. Furunculos modo vitium cutis locale sistere; modo ex labe universi corporis pullulare, modo acute decurrere, modo chronice, non est cur moneamus.

§. LXVIII.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Furunculi interdum cum emolumento erumpunt, ac non raro sub convalescentia aliorum morborum *criseos* sistunt *complementum*. Sic a furunculo aliquando febrem intermittentem quartanam solvi, VOGEL docuit [1]). Convalescentes ex typho vidimus, quibus vires non prius, quam ubi unus alterve furunculus prodiisset, restitutae fuerunt. Luculentissimum quoque furunculi critici post erysipelas habuimus exemplum [2]). Maniae, a copiosa furunculorum eruptione fugatae, casum refert HEIM [3]). Furunculi autem, qui in seni-

1) Praenot. P. I. p. 15.

2) Vetula, erysipelati habituali indolis arthriticae subdita, in eundem morbum initio hiemis 1811. incidit. Erysipelas dorsum occupabat, omnem desquamationem respuens. Conspicua virium prostratio, vigiliae, inquietudo et cephalaea jam vitae insidias struere videbantur, cum, furunculo in medio dorsi comparente, omnia illico in melius mutata fuerint.

3) l. c. p. 161.

senibus aut in hominibus, labe aliqua detentis, prope aponevroses[4]), circa anum, ad perinaeum et scrotum contingunt; eo quod facile ulceribus fistulosis ansam porrigant, mali ominis habentur. Interdum furunculi indurantur et fere scirrhosam induunt naturam.

2. In furunculo *locali*, eo quod nulla resolutio expectanda sit[5]), prima suppurationem promovendi est indicatio, ac nisi abscessus, quo decet modo, locum inveniat, durities, per novam solum inflammationem dissipanda, relinqui solet. Ad suppurationem autem promovendam, in modico inflammationis gradu, cataplasma ex mica panis albi et lacte paratum, addito sub magnis doloribus croco, applicatur. Saepissime emplastrum *diachylon simplex*, quo furunculus cooperitur, bisque de die mutatur reliquis auxiliis palmam eripit. Vigente nimio inflammationis impetu, regimen Cura.

4) Weinhold in Hufeland's *Journ. der pr. Heilkunde.* 86. *B.* 5. *St.* p. 99.

5) Aliter quidem sentit Ritter (l. c. p. 96.) suadens, malum in incunabulis exemplo Celsi (Lib. VII. cap. 2. p. 408. v. 4.) suffocandum esse, idque furunculo nascenti cucurbitulam scarificantem imponendo. Mihi remedium morbo pejus videtur. Sciendum in genere conatus resolutionem furunculi per acidum sulphuricum dilutum (Heister l. c.) aut per extractum saturni, obtinendi, hucusque non solum nihil profuisse, sed potius nocuisse, tum furunculum durum reddendo, tum illius repulsionem efficiendo, a qua praeprimis tussis observata est. (Richter *chir. Biblioth.* Y. *B.* p. 5).

gimen antiphlogisticum in auxilium ducendum est. Contra ea si processus inflammationis et suppurationis lente incederent, cepae assatae, mel farinae mixtum ac similia, furunculo imponenda forent. Quoprimum autem mobilis est nucleus, is, nisi sponte secedat, arte extrahatur, quo neglecto, cicatrix nulla formabitur, atque ulceris chronici fistulosi periculum imminebit. Raro hoc in opere cultro opus est. Praesentibus insectis sive vermibus, illa *foliis nicotianae tabaci et oleo* necanda, hi vero caute abigendi sunt[6]. Furunculus

6) Pro *filaria medinensi* sequentem methodum commendat Kaempfer: „Loci, ubi erumpere tentat, durities emplastro aliove medicamento emolliente maturatur, ut vermis infixus suppuratione sensim proliciatur; deprehensi portio, quanta lenem attractionem sequitur, circa ligulam pollicaris longitudinis rotatur et epithemate retinetur, ne in ulcus recedat. Hoc indies gemina obligatione a pure suo liberatur, iterata semper attractione et totalis eductionis qualicunque tentamine. Raro vivus illico extrahitur (nisi in scroti cavo, vel sub pectoris cute haeret, ut media ejus pars arripi queat), plerumque diebus circiter decem elapsis aufertur. Cautio est, ne fiat attractio fortis et subitanea; illa inanis est et dolores excitat, haec periculosa, qua vermis plerumque rumpitur et intro recedit, multis symptomatibus aegrum afficiens, donec largiori suppuratione, vel eodem illo, vel novo ulcere excernatur. Verme penitus egesto, ulcus fistulosum vulgari quovis remedio paucos intra dies et supra omnem tractantis fidem, facillime sanatur. Vulgus pauper sola ceparum, sub cinere tostarum, impositione totum maturationis

culus *symptomaticus*, praeter curam localem, et remedia, morbo primario accommodata, exposcit. Latente diathesi scrophulosa, optime usus *sulphureti antimonii et hydrargyri*, cum *extracto conii maculati* conducit. In furunculo ex labe scorbutica et venerea orto, aliquoties *acidum nitricum dilutum* intus assumtum profuit. Rebelles furunculos, indolis ignotae, sed aperte ex vitio totius systematis pullulantes et continuo recrudescentes, tum *decocto corticis ulmi campestris*[8]), tum connubio *radicis acori calami*, *smilacis chinae* et *baccarum juniperi communis* pluries debellavimus. Nec *ulcera artificialia* ad brachia, in morbo rebelli negligenda sunt. *Comedones* praeter curam, si opus, atrophiae accommodatam, abiguntur balneo tepido, deindeque massâ confectâ ex duabus partibus farinae tritici, exque unâ faecis cerevisiae et mellis invicem fermentatis. Haec massa tepide manus ope cuti illinitur; ac post nonnulla horae momenta abstergitur; tunc comedones prominentes panno laneo et sapone removentur.

CAPUT

et eductionis negotium nec infeliciter perficit. Sunt, qui frequenti aquae frigidae affusione sibi consulere satagant." (l. c. p. 533). Et *assae foetidae* locus concedendus videtur (*Schreiben des Dr.* DE CARRO *zu Wien über den Hautwurm* in HUFELAND's *und* HIMLY's *Journ. der pr. Heilk.* 1813. p. 112).

8) Uncia una corticis pro libra decocti.

Caput XIII.

De anthrace et carbunculo.

§. LXIX.

Definitio. Historia.

Definitio. 1. *Anthrax* est *tumor* inflammatorius, urens, circumscriptus, apice elevatus, citissime in gangraenam transiens. — *Carbunculus* est *vesicula*, sive potius *phlyctaena* gangraenosa, ambitu indurato, livido, splendente instructa [1]).

Historia. 2. Jam Hippocrates anthracum et carbunculorum mentionem injecit [2]). Ita Galenus [3]), Celsus [4]), Plinius [5]), Aretaeus [6]), Aegineta [7]), Aetius [8])

1) Uterque morbus indistincte vocatur: Gr. Ἄνθραξ. Lat. carbunculus, furunculus gangraenosus, malignus. Arab. *Giamrach*, pruna. Pers. *Atshac* (Golii lexicon p. 651.) ab *atshca*, ignis (Nicolai lexicon harmonicon p. 70). Germ. *Brandbeule, Karfunkel.* Gall. *Charbon, carbuncle, anthrax, pustule maligne.* Angl. *Carbuncle, anthrax.* Ital. *Carboncello, crusco, carbonchio.* Hisp. *Lobanillo.* Ross. Огненной Вередъ. Polon. *Powietrzna chrosta.*

2) Epid. Lib. II. Sect. I. 3) Lib. de atra bile. cap. 4.

4) Lib. V. c. 28. Lib. VI. c. 6. §. 10. c. 18. §. 5.

5) Histor. natur. Lib. XXVI. c. 1. §. 4.

6) Lib. I. c. 9. de acut. morb. caussis.

7) Lib. III. c. 22. §. 20.

TIUS[8]) aliique. HAHNIUS quidem et TRILLERUS, veteres, sub nomine anthracis, *variolas* descripsisse, crediderunt[9]), at docte hanc opinionem WERLHOFFIUS refutavit[10]). Clarior anthracis et carbunculi notio apud Arabas, praecipue apud AVICENNAM obvenit[11]). Exactissima autem horum morborum descriptio a seculo decimo sexto incipit, operâ A. TOSSI A SERRA[12]), CH. P. DE HERERA[13]), MONAREDO et MOLINA[14]), QUINONES LAS LANGOSTAS[15]), BORDENAVE[16]), FOURNIER[17]), BALDINGER[18]), CHAMBON[19]), CHABERT[20]), ENAUX et

8) Cap. de pustulis in febribus.

9) Opuscul. medica. Vol. II. p. 13.

10) Disquisitio de variolis et anthrace. Opp. T. II. III. p. 745.

11) Lib. IV. Sect. 3. Tract. 1. c. 9.

12) De anthrace s. carbunculo tractatus. Venet. 1576 et 1618. 4. Cfr. HALLERI bibl. med. pract. T. II. p. 475.

13) De carbunculis animadversiones. Pintiae 1604. 4.

14) *Paradoxa sobre la curacion local del carbunculo maligno. Jaen.* 1701.

15) *Del carbunculo. Madrit.* 1720.

16) De anthrace. Theses anatomico-chirurgicae, resp. J. J. ROBIN. Parisiis 1765.

17) *Observations et expériences sur le charbon malin, avec une méthode assurée pour le guérir. Dijon* 1769.

18) *Neues Magazin.* 3. *B.* p. 73.

19) *Traité de l'anthrax ou de la pustule maligne. Paris* 1781.

20) *Traité du charbon ou anthrax. Paris* 1782.

et Chaussier[21]), J. J. H. Bücking[22]), Lemaistre[23]), Vimat[24]), Chopart[25]), Burel[26]), Achard[27]), Chatenet[28]), Ficker[29]), Mathy[30]), E. H. Struve[31]), Schraud[32]), Heiroth[33]), Rinne[34]), Brensky[35]), Kausch[36]), Kottmann[37]), Loh-

21) *Méthode de traiter la morsure etc., et de la pustule maligne. Dijon* 1785.

22) *Der gutartige Karbunkel und dessen Heilung. Stendal* 1786.

23) *Journal de médecine. T.* 7. p. 254.

24) Fourcroy *médecine éclairée. T. I.* p. 118.

25) Ibidem l. c. p. 343.

26) Ibid. T. III. p. 11.

27) Ibid. T. II.

28) *Essai sur l'antrax. Paris an. XI.*

29) *Beyträge zur Arzneywissenschaft, Wundarzneykunst und Entbindungskunst. Münster* 1796—1802.

30) *Briefe über Gegenstände der Therapie.* 1. *Theil. Berlin* 1801.

31) Diss. de anthracibus seu carbunculis. Kiliae 1805.

32) *Nachricht vom Scharbock in Ungarn, und Geschichte des brandigen Ausschlages, welcher* **Pokolwar** *genannt wird. Wien* 1805.

33) Медико-практическое описанïе болѣзни такъ называемой Сибирскою изд. Фридерикомъ Гейротомъ. 1807.

34) De pustula livida, morbo Esthoniae endemico. Dorpati 1809.

35) Horn's *Archiv* 1811. *Februar.* p. 45 sq.

36) In Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1811. *Sept.* p. 68—86. *Octbr.* p. 49—80.

37) *Die schwarze Blatter.* Ibid. 1815. *Novemb.* p. 88.

Lohmeyer [38]), Richter [39]), Martins [40]), Hopf [41]), Maurer [42]), Bunge [43]), Carron [44]), Hochmayr [45]) et Fr. A. Vergnier de Vicdessus [46]) etc. [47]). Accedunt scriptores, qui Russiam perlustrarunt [48]).

§. LXX.

38) *Ein Beytrag zur schwarzen Blatter, als Folge des Milzbrandes.* Ibidem. 1818. *April.* p. 68.

39) *Die Karbunkel oder die schwarze Blatter in Pohlen.* Ibid. 1822. *December.* p. 103.

40) *Ueber die hie und da in Deutschland beobachtete schwarze Blatter oder Sibirische Brandbeule.* Ibid. 1821. *Octob.* p. 101.

41) *Beobachtungen und Bemerkungen über die sogenannte schwarze Blatterkrankheit. Altenb.* 1812.

42) In Kopf's *Jahrbuche der Staatsarzneykunde. Fünfter und sechster Jahrgang.* 1813.

43) De morbo sic dicto Sibirico, homini cum animalibus domesticis communi, oratio. Mosquae 1819.

44) *Observations sur l'utilité de l'application de la pierre à cautère pour arrêter les progrès du furoncle malin, appellé par les Italiens Vespasio. (Journ. général de méd. française et étrangère. T. LXIX, VIII. de la seconde série. No.* 277. *Décemb.* 1819. p. 289).

45) *Beobachtungen der Karbunkelkrankheit bey mehreren Menschen, welchen sie beym Abhäuten des am Milzbrand gefallenen Viehes durch Ansteckung mitgetheilt wurde. (Med. Jahrbücher des k. k. österreich. Stadts. Neue Folge.* 2. *B.* 1. *St.* p. 21).

46) *Traité sur l'anthrax non contagieux. Par.* 1821.

47) Краткое описанїе Сибирской язвы. Санктъ-Петербъ. 1796.

48) Gmelin *Reise nach Sibirien.* 4. *Th.* p. 148. *Gött.* 1752. — Copechin *Tagebuch der Reise durch verschiedene Provinzen des Russischen Reichs. Altenb.* 1774.

§. LXX.

Divisio. Symptomata. Necroscopia.

Divisio. 1. Jam de anthrace et carbunculo, ut *symptomatibus febrium gastricarum*, ex esu carnium animalium morbis contagiosis demortuorum pullulantibus, mentionem injecimus[1]). De iis, quatenus *pestis* progeniem sistunt, mox dicemus[2]), hic interea de anthrace et carbunculo, *per se* obveniente.

Symptomata. 2. Incipit hic morbus[3]) cum pruritu, veluti ab ictu insecti, sive a scintilla. Sequitur vel *tumor* durus, inflammatorius, urens, solitarius, magnitudine plerumque baccae juniperi, vel majore,

1. *B.* p. 3. — Georgi *Bemerkungen einer Reise im Russischen Reiche. St. Petersburg* 1775. — Imolin *Sibirische Reise.* 4. *B.* p. 290. — Pallas *Sammlungen historischer Nachrichten über die Mongolischen Völkerschaften. St. Petersburg* 1776. 1. *B.* p. 166. — *Reise durch verschiedene Provinzen des Russischen Reichs. St. Petersburg* 1801. — *Neue nordische Beyträge* 1. *B.* p. 113. et 4. *B.* p. 398. — Brüce *Nachrichten seiner Reisen in Deutschland, Russland, der Türkey. Leipz.* 1784. p. 337. — Falk *Beyträge zur topographischen Kenntniss des Russischen Reiches. St. Petersb.* 1785. 1. *B.* p. 260 et 372. — Hermann *statistische Schilderung von Russland. St. Petersb.* 1790. — Hablizel *neue nordische Beyträge.* 3. *B.* p. 394.

1) Cap. IV. §. XXI. No. 7.

2) Part. I. Vol. II. Sect. I. Cap. I.

3) Descriptio Bunoit, anthracis scilicet Siberici, cum hac nostra plane convenit (l. c.).

jore, apice elevatus, in medio punctum sive maculam aut vesiculam gangraenosam exhibens (*anthrax*); — vel *vesicula*, sive potius *phlyctaena* gangraenosa, ambitu indurato, livido, splendente, instructa (*carbunculus*). Utroque in casu, sensus in puncto gangraenoso deletur, ac loca propinqua, praevio interdum glandularum vicinarum morboso augmento, rubore erysipelaceo, sive tumore oedematoso, sive utroque, nunc cum, nunc sine dolore, corripiuntur. Rubor ille ad partes vicinas nonnunquam cum foco mali confluit; tumor vero vel supra eum elevatur, vel profundius haeret. Focus, aut crustam cineritiam, nigram (*eschara*), aut consuetae gangraenae humidae imaginem refert. Ibi anthrax sive carbunculus dicitur *siccus*, hîc *humidus*. Raro malum solis integumentis inhaeret, sed plerumque musculos, tendines et pinguedinem afficit. Incisa anthracis aut carbunculi *sicci* substantia albicans, flava, livida, nigricans, ac non nisi paucas ichoris guttas manans, conspici solet. Anthrax vel carbunculus *humidus*, conspicuam et ex plurimis foraminulis saepe manantem saniei copiam largitur. Nunquam vero hisce in morbis suppurationis animadvertuntur indicia. Elapsis a prima morbi origine nonnullis horis, interdum uno alterove nychthemero, aegri vires franguntur, caput obtuse dolet, pulsus fit debilis, somnus inquietus est, et animus dejicitur. Jam vero febris, calore uni-

universae cutis vel nullo, vel modico, pulsu autem admodum frequente, saepe vacillante, aut contracto stipata, subintrat. Conqueritur aeger de anxietate, de doloribus vagis artuum, et de peculiari cordis sensu, quod ipsi sublevari videtur. Sequuntur vaniloquia, hebetudo, stupor, ac, nisi mature succurratur, mors ipsa. Feliciori in casu eschara secedit, vel gangraenae limites ponuntur, atque rejectis partibus mortuis, ulcus remanet purum, ocyus serius relicta cicatrice plus minus deformi, sanandum. Quoad *sedem* anthracum et carbunculorum, observati fuerunt ad oculos[4]), ad palpebras[5]), ad genas reliquamque faciem[6]), ad collum[7]), ad nucham[8]), ad dorsum[9]), ad mam-

4) Herodotus introduct. c. 15. — Lieutaud *Journ. de méd. T.* 29. p. 469.

5) Aegineta Lib. 3. c. 22. §. 29. — Amatus Lusitanus Cent. 4. cur. 9. — Dupont in Capelle *Journ. de santé.*

6) Achard, Chopart l. c. Woyniewicz diss. de carbunculo faciei. Vilnae 1812.

7) Cavillardi *observations iatro-chirurgiques. Lyon* 1640.

8) Testart *Journ. de méd. T.* 43. p. 525. — Mease in Jones *chirurgical Works.* — Werlhoff l. c. — Plurima exempla anthracis nucham obsidentis in propria numero praxi.

9) Panarolus Pentecost. II. — Kirkland *on the present state of surgery. Vol.* 2. — Goerel consiliorum Cent. I. No. 53. Jones *transactions of Philadelphia. Vol. I. P. I. No.* 20.

mammas[10]), ad penem[11]) et ad manus[12]). Anthracem faucium[13]) ad scarlatinam, anthracem vero ani[14]) ad furunculum, gangraena accidentali stipatum, pertinuisse arbitramur[15]).

3. Animadvertente Chopart, textus cellulosus partium anthraci sive carbunculo contiguarum sanguine soluto repletus, pulmones rubri, tumidi, sero innatantes, epiploon et mesenterium livida, intestina inflammata, gangraenosa, aliquando cum volvulis[16]), inveniuntur. Teste Heiroth carbunculus, qui in dextro colli latere sedem occupaverat, circumdatus erat livido, per totum pectus et abdomen propagato tumore. Cum ille in vivo adhuc aegroto excisus esset, manabat postea Necroscopia.

10) Burel l. c.

11) Rust *Magazin der gesammt. Heilk.* 18. *B.* 3. *Heft.* p. 453.

12) Frid. Epiphanio centum historiae.

13) Aretaeus l. c. — Tournefort *rélation d'un voyage au Levant.* — *Recueil des actes de la société de santé à Lyon. Vol. I.* p. 28.

14) Garengeot *chirurgische Operationen.* 2. *Thl.* 5. *Cap.* p. 335.

15) Et Pott anthracem ani ad furunculum revocat (*Abhandlungen über verschiedene Gegenstände der Wundarzneykunst. Dresd.* 1771. p. 79).

16) Bertin *rélations des accidents extraordinaires observés à la Guadeloupe sur les negres du quartier de la Capesterre, à la suite de l'usage qu'ils ont fait de la chaire d'animaux, morts d'une maladie épizootique.* (Hufeland's *Journal* 1811. *Octob.*).

postea ex hoc loco dissolutus putriduseque sanguis. Dissecto abdomine effluxit rubescentis liquoris a viginti ad viginti quatuor libras. Omentum majus carebat naturali colore, et multis locis peritonaeo adhaerebat, quod et ipsum inflammatum erat nigrisque maculis obductum. Aeque inventa erat inflammatio et gangraena in ventriculo et intestinis tenuibus, quae in colo transverso summum attigit gradum. Hepar solitam babebat magnitudinem, sed parenchyma ejus obscurius apparebat; vesica fellea et ductus biliferi inflammati solito minorem copiam bilis spissae et fuscae continebant.

§. LXXI.

C a u s s a e.

Contagium epizooticum. 1. Communissima carbunculi caussa in commercio cum bobus, vaccis et capris, *lienitide*, ut vocant, vel simili lue laborantibus, invenitur[1]): sicuti enim carnes hujusmodi animalium comestae, febres gastricas carbunculis *symptomaticis* stipatas gignunt[2]), ita jam solus eorum *attactus* carbunculo

1) Sic docent carbunculi saepius tum in Lithuania, tum prope Warsoviam (sub nomine *crustae nigrae*, *czarna Krosta*), tum in nonnullis Galliae meridionalibus regionibus (*charbon provincial*) obvii et quidem hic a Plinii temporibus (Harduinus in notis ad Plinium l. c. p. 391. — Bouche Lib. I. Historiae Provinciae. c. 8. p. 47).

2) Cap. IV. §. XXI. No. 7.

culo *primario* locum concedit. Visi enim sunt carbunculi ex cura boum[3]) et ovium[4]) aegrotantium, ex attactu pellium caprarum lue enectarum[5]), ex detractione pellis tauri infecti[6]), ex tractione pellium contaminatarum[7]), ex introductione brachii in intestinum bovis aegri[8]), ex sanguine bovis mactati[9]), ex anatome vac-

Ii 2 cae[10]),

3) Chaignebrun in *histoire de l'académie des sciences à Paris* 1764.

4) Lohmayr (l. c.). Et: Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde.* 15. *B.* p. 135. („*Merkwürdig ist, dass von den ein und zwanzig an der schwarzen Blatter (im Kreise Calbe a.* 1822.) *erkrankten Personen, zwanzig von Schafen, die an der sogenannten Blutseuche crepirt sind, angesteckt wurden*").

5) Sezzoni in *Salzburger med. chirurg. Zeitung.* 1804. 3. *B.* p. 143.

6) J. P. Frank in judaeo observavit.

7) Carbunculum *coriariorum* morbum esse, ex Rust op. c. 17. *B.* p. 581. elucet.

8) *Frankische Sammlung.* 3. *B.* p. 267.

9) Gualendrini in *Giornale di medicina. Vol.* 5. p. 135. Remer in Hufeland's *Journal* 1814. *Januar.* p. 68. Rust op. c. 16. *B.* p. 438. („*Bey der Bearbeitung der Haut (einer am Milzbrande gefallenen Leiche) hatte S. mit einem Messer den Schwanz aufgeschnitten, und hierbey waren ihm einige Tropfen schwarzes Blut auf die Arme gespritzt. Dieses behauptet er zwar augenblicklich abgerieben zu haben, indessen war doch gerade an dieser Stelle die schwarze Blatter entstanden*"). Et op. c. 18. *B.* p. 329. („*Im Neustädter Kreise fielen* 1822 *in einem Dorfe drey Rin-*

cae[10]), ac, uti vulgus in Lithuania contendit, ex ipso aëris contigui, ab effluviis epizooticis inquinati, afflatu. Contagium lienitidis tam facile ex animalibus ad animalia[11]), atque ab istis ad homines pervenire, ab homine vero ad hominem, uti videtur, haud propagari, mirum est[12]).

Insecta. 2. Jam Pallas suspicatus est, anthracem in *Sibiria* aliisque Imperii Rossici provinciis[13]) endemicum (vulgo *Morawaja Jasswa*) ab *insecto* originem trahere. Hanc opinionem et Heiroth, Hopf et Rehmann defendunt, quamvis nullus eorum praesentiam insecti demonstrare hucusque potue-

der am Milzbrande. Zwey Menschen, welche dieselben abgeledert hatten, wurden am Arme, und ein Dritter, welcher mit entblössten Füssen, die mit dem Blute der gefallenen Rinder befleckte Erde berührt hatte, am Fusse vom Milzbrand-Karbunkel befallen").

10) *Göttingische gelehrte Anzeigen*. 1793. p. 165.

11) Memorabilia sunt experimenta Barthelemy, insitionem contagii lienitidis respicientia, ex quibus inter alia colligitur, hoc contagium minorem vim in animalia carnivora, quam in herbivora exercere. (Froriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde. No.* 188. 9. *B.* 1825.).

12) Brera *giornale di medicina pratica* 1812. *Cap.* 4.

13) „Non in sola Sibiria sed et in aliis Rossiae provinciis, potissimum orientalibus, praesertim Asiaticis, ut in vastis desertis Barabinensi, et Ischimensi, supra flumen Irtisch, circa flumina Uy, Isset etc., item circa humiles Volgae ripas a Tzaricin usque ad Astrachan." (Bunge l. c. p. 4).

potuerit. Constat autem, anthracem Sibiricum aestate fervidissima[14]) et in locis paludosis, ab insectis inquinatis, grassari, ac non solum homines, sed et equos bovesque, et in genere animalia, paucâ lanâ obtecta, afficere. Constat quoque inter *Calmucos*, insecta varia, praecipue *phalangium araneoidem*, *scolopendram morsitantem*, *bibionem sanguinarium* (vulgo *Moskora*) vitia cutis, anthraci similia, producere; nec minus constat, morbum, Sibiriae, neutiquam contagiosum[15]) esse, et sine discrimine sexus et aetatis, inopinate cum pruritu et tumore, illi, qui ex punctura insectorum oritur, plane simili, ingruere, atque certissimo insectorum antidoto, *nicotiana*, profligari. Si objicias, malum Sibiricum, praeprimis quidem faciem, sed haud raro et *partes tectas* prehendere; — exiguo insecto viam undique patere, facile respondetur. Praeterea Burel historias trium aegrotantium, anthrace in Gallia correptorum, refert, quorum duo sensum puncturae ab insecto perceperunt, et tertius insectum, araneae simile, digitis arripuit. Observationes hujus naturae et apud Chopart, Achard et Richard obveniunt[16]). Vimat, insecta per se innocua,

e. c.

14) „Aestatibus frigidiusculis Sibiriam non invadit, eoque minus alia loca." (Idem, ibidem. p. 5).

15) Heinoth l. c. Bunge l. c. p. 15.

16) *Recueil d'observations de medecine militaire. Vol.* 2. p. 517.

e. c. muscas, fortuito ichorem ulcerum malignorum, sive contagium epizooticum secum ferre, ac insonti aliàs punctura anthracem sive carbunculum excitare posse, autumat. Mirum hinc non foret, si incolae Sibiriae etc. morbum istum in locis pascuis, contaminatis ab armentis lienitide laborantibus, moram faciendo, acquirerent. Sunt tandem qui putent, pravam tum atmosphaerae, tum aquarum conditionem, ad carbunculum endemicum producendum, concurrere[17].

Cachexia. 3. Senes, cachectici, ebrietati dediti, retentionibus urinae obnoxii[18] animique curis vexati, anthraci haud raro subjecti sunt. Excitatur idem morbus in valetudinariis aut convalescentibus ab aestu solis[19] et a repetita vesicatoriorum in eundem locum applicatione[20]. Et *bilis* inter caussas illius pertinere videtur[21].

§. LXXII.

17) Bunor l. c. p. 15.

18) La Fontaine in *Götting. Anzeigen.* 1803. p. 626.

19) Portal *précis de chirurgie pratique. Vol.* 2.

20) A vesicatorio ad nucham, brevi temporis spatio, ter repetito, bis hujus partis anthracem J. P. Frank observavit.

21) Carbunculi hac ex caussa, potius *symptoma* febris gastrico-biliosae constituere videntur. Interea carbunculus Hungaricus (Pokoluar), quamvis symptomatibus febrilibus vix stipetur, attamen pro *bilioso* habetur a Schraudio (l. c. p. 112.).

§. LXXII.

D i a g n o s i s.

1. Anthraces et carbunculi confundi queunt cum *bullis*, cum *erysipelate*, cum *furunculo* et cum *cancro*. Facilis confusio.

2. Ne *bullae* cum *carbunculo* confundantur, memorià retinendum, *carbunculos* ambitum habere induratum, lividum, splendentem, *bullas* autem duntaxat rubro halone circumdari; praeterea bullas ad volumen saltem amygdalarum rapide increscere, et sero flavescente, raro purulento repleri; carbunculos vero mox in medio punctum gangraenosum exhibere, exsiccari aut ichorem fundere. Distinctio a bullis.

3. *Erysipelas* sequentibus notis ab anthrace et carbunculo differt. Distinctio ab erysipelate.

Erysipelas.	*Anthrax et carbunculus.*
a. Ruborem *diffusum* exhibet.	a. Anthrax, tumorem inflammatorium *circumscriptum* prae se fert.
b. Pustulae tantummodo sub morbi *curriculo* evolvuntur.	b. Carbunculus, in *primo* jam morbi *limine* pustulà notatur.
c. Gangraena solum in morbi *acme* accedit.	c. Gangraena *initium* tum anthracis tum carbunculi comitatur.

4. Anthracem et carbunculum pro morbis, *gradu* tantum a *furunculo* diversis, habitos fuisse, nomen *furunculi maligni*, quod illis tributum fuit, testa- Distinctio a furunculo.

testatur. Conspicua autem inter hos morbos intercedit differentia potius a forma quam a sede[1]) determinanda.

Furunculus.	*Anthrax et carbunculus.*
a. Centro tumoris maxime *dolente* instruitur.	a. Centrum mali, *sensu orbatum* referunt.
b. Suppurationem *semper* exhibet.	b. Suppurationem *nunquam* offerunt.
c. *Nucleo* in medio instructus est.	c. *Gangraenam* in medio exhibent.

Interea non negandum dari morbum, veluti *medium inter furunculum et anthracem tenentem*[2]), a nonnullis *Vespajum* dictum[3]).

Differentia inter anthrac. et carbunc. 5. Anthracis et carbunculi nomina ut *synonyma* vulgo sumuntur. Ex tradita autem utriusque mali definitione, alius opinionis nos esse elucet. Nec antiqui scriptores[4]) anthracis a carbunculo distin-

1) Vicdessus (l. c.) contendit anthracem a furunculo et abscessu distingui, quoniam ille sedem habet in ipso contextu corii.

2) Fosbrooke (*the Edinburgh medical and chirurgical Journal* 1821. *January*) eum *carbuncular furuncle* vocat.

3) A voce Italica *Vespajo*. Germ. *Wespennest*. Gall. *Guêpier*. (Malvani in *Journ. de médecine. No.* 294. et: Gerson *und* Julius *Magazin der ausländischen Literatur der gesammt. Heilkunde*. 3. *B.* p. 465).

4) Avicenna, anthracem sub nomine ignis *persici*, et carbunculum sub eo *prunae* descripsisse videtur. Franc. Widemann inter anthracem et carbunculum differentiam statuit, quod hic sedem suam semper in

distinctionem, cui nuperrime et Mouton accessit[5]), neglexerunt. Neque *gradu* tantum, e. c. uti erysipelas levigatum ab erysipelate pustuloso, dicti morbi inter se differunt: cum vesicula sive phlyctaena carbunculi tumori inflammatorio anthracis non *superveniat*, sed morbi illius jam constituat *initium*. Differentia demum anthracis a carbunculo ipsi caussarum diversitati superstruitur; insecta enim, cachexia *anthracem* potius; — contagium autem epizooticum *carbunculum*, *pustulam* scilicet malignam proprie dictam, excitant.

6. Cum carbunculo similitudinem habere videtur morbus, inprimis regionibus calidis prius, de quo Aetius[6]), Dioscorides[7]), Severinus[8]), Riverius[9]), Forestus[10]), potissime vero Strack[11]) sub nomine *epinyctidis* egerunt. Consistit epinyctis in *pustula* solitaria, sublivida, vel subnigra, maxime *noctu* in cute erumpente, cum dolore intensissimo, instar ignis urente, humore tenui et acri referta, post paucos dies in ulcus icho-

Epinyctis, therminitum quid sint?

glandulis cutis habeat, ille vero in panniculo tum carnoso, tum adiposo (*Kurze und allgemeine Lehre der Wundarzneykunst. Augsburg* 1737. 2. edit. p. 299).

5) *Diction. des sciences médicales. Paris* 1812. *T.* 2. p. 183.

6) Tetrab. IV. Serm. 2. c. 61.

7) Facile parab. cap. 172.

8) De recondita abscessuum natura. Lib. VII.

9) Observat. communic. No. 1.

10) Obs. chirurg. Lib. I. obs. 16.

11) Hobobl diss. de epinyctide. Mogunt. 1776.

ichorosum sordidum abitura, materiam viscosam glutinosam fundente[12]); nunc vero in *pustulis plurimis*, discretis, eodem tempore in trunco vel et in extremitatibus corporis, fabae magnitudine vel etiam minore, erumpentibus. *Thermintum Galeni* huc pertinere verisimile est[13]).

§. LXXIII.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Anthraces et carbunculi neque resolutionem[1]), neque suppurationem admittunt; ac nisi antequam universum corpus inficiant, qua decet ratione, curentur, aegrotum praecipitant. Frequenter vero morbi initium ab ignaris vilipenditur[2]). Anthrax faciei, animadvertente jam Aetio, prae

12) Strack quandoque plagas, quinque aut sex pollices longas, quatuor vero pollices latas, hine inde cutem ipsam nigram, quasi igne adustam, accedente paulatim eschara profundiore, *foveam* in cute relinquente observavit. Cicatrices similes *Berolini* apud nonnullos, qui, fatente egregio Heim, morbo entis vix definiendo antehac laboraverant, me observasse recordor.

13) *Therminti* Galeno sunt pustulae, basi rubra, purpurea, in apicem nigrum desinentes, summe dolentes, cum gangraenae periculo.

1) Contrarium quidem asserit Bunge (l. c. p. 19.) saltem de anthrace Sibirico.

2) Incolae Sibiriae, quibus carbunculus epidemicus bene notus est, proveniente eo non expavescunt, certi (?) enim sunt, admotis statim remediis morbum absque malis sequelis abiturum. (Bunge l. c. p. 6).

prae aliis malignus est. Pessimi quoque ominis observatur anthrax senum, nisi, eo comparente, alia evanescant mala. Nunquam autem carbunculum *criticum* vidimus. In genere, dum hi morbi sibi ipsis limites ponunt, bonum est. Sin affectio localis celerrime decurrit, si morbus universalis eam proxime sequitur; mors ipsa, spatio paucorum dierum, aliquando secundo jam ingruente nychthemero, praevidenda est.

2. Leges *politiae medicae*, adversus morborum epizooticorum propagationem stabilitae, pericula quoque carbunculi hoc ex fonte contrahendi avertunt. Qui ab insectis oriuntur anthraces, hi forte *fumo*, ex stercore et vegetabilibus, in locis suspectis accensis, per aërem disperso, praepedirentur. Et corporis superficiem *oleo* illiniri, vel faciem saltem ope retis oleo foetenti imbuti obtegi, non inutile erit. Nec *assae foetidae* parcendum foret[3]). Prophylactica.

3. In anthrace et carbunculo *a caussa externa* nascentibus prima indicatio est: irritationem inflammatoriam compescere, focum mali destruere, ac imperio illius in universum corpus limites ponere. Praesente *caussa interna*, actio principii morbosi ad cutem promovenda, primae viae, si opus est, expurgandae, ac vires vitae sustinendae sunt. C. generatim.

3) Vulgus (Sibiriae) suspendit collo animalium gummiresinam assae foetidae vel inungit superficiem corporis pice liquida. (Bunge l. c. p. 17).

sunt. Haec ultima indicatio, et facto jam vitii localis in morbum universalem transitu, locum habebit.

C. localis. 4. Ad compescendam inflammationem focum mali ambientem, praeter *hirudines*, *cataplasma emolliens* applicandum est. *Fomenta frigida*, hoc in morbo cum successu jam tentata[4]) et quae analogia anthracis cum gangraena a gelu commendare videtur, ulteriori tentamini, saltem in recenti morbo, subjicienda forent. Stupendos inde nuper obtinuimus effectus[5]), obtinuerunt alii[6]) Senescente malo, ac inducto jam sphacelo, *fotus* partium finitimarum cum *herbis aromaticis in vino decoctis*, conducit. Plagae gangraenosae parum

4) Yonge in Beddoes *contributions to physical and medical knowledge*. 1799. *No*. 5. Vide et Friese *Annalen* 1. *B*. 1. *St*. *No*. 4.

5) Vilnae aestate a. 1821. a D. Soltkiewicz ad centurionem militum senem, cachecticum, convulsionibus epilepticis obnoxium, in consilium vocatus sum, cui arthrax, seu potius id genus furunculi, quod *Vespajum* nuncupant, ad dorsum prorupuerat. Malum ad circumferentiam trium palmarum extensum erat, et rubor lividus longe ultra, cutim occupabat. Praeterea vires admodum dejectae erant, febrisque conspicua. Suasi ut medio tumoris cataplasma tepidum emolliens imponeretur, circumcirca vero fotus ex *aqua frigida* cum aceto lithargyri adhiberetur. Sic illico morbo prius cunctis auxiliis resistenti, frenum injectum est aegro orci faucibus erepto.

6) Ficker l. c. — Kottmann l. c.

parum extensae, *caustica*, e. c. aut *pulvis super-sulphatis aluminae fusi* (*alumen ustum*), aut *nitras argenti fusus* (*lapis infernalis*), aut *murias antimonii* (*butyrum antimonii*), aut *ignis* [7]) et *calx viva* [8]) olim adhibitae, aut *lapis causticus chirurgorum* nuper commendatus [9]), imponi queunt. Et solutio salis medii, ex connubio acidi muriatici oxygenati cum soda aut cum calce emergentis, tentanda foret [10]). Eschara jam mobilis, ut ichori liber concedatur effluxus, forficibus abigitur. Praesente autem *majoris ambitus sphacelo*, a causticis abstinendum, et *scarificatione* partis mortuae, haec a viva separanda est. Licet et duplex filum cum acu incurvata per locum gangraenosum ducere, ac sumtis elevatisque extremitatibus illius, hunc discindere, ac si quid de sphacelo remaneat, per scarificationem abigere. Vel ipsa partis affectae *amputatio* proposita fuit [11]).

Loco,

7) Celsus. Lib. V. c. 8. No. 1. — De la Vigne: Ergo anthraci ferrum et ignis? Paris. 1616.

8) Aetius l. c.

9) Carron l. c. — Hochmayer l. c.

10) *Observation d'une affection gangréneuse de la joue, guérie par le chlorure d'oxide de sodium de Mr.* Labarraque, *communiquée à l'academie R. de médecine dans sa séance du* 10. *Avril* 1823, *et inserée dans la revue médicale par Mr.* Rey. Cfr. A. G. Labarraque *de l'emploi des chlorures d'oxide de Jodium et de chaux. Paris* 1825. p. 12.

11) Helvetius: Ergo amputatione tutius, quam decussata sectione, anthrax serpens curandus? Paris. 1740.

Loco, prius a gangraena obsesso, *unguentum* aut *digestivum*, aut de *styrace*, aut *aegyptiacum*, aut simile[12]) applicari debet. Interim a rebus nimis irritantibus abstinemus, ac Odieri potius consilium, cataplasma ex *pulvere carbonum opio* et *camphora* commendantis[13]), sequimur. Immo si ulcus omnino purum fuerit, illud filamentis carptis, aqua tepida imbutis, cooperiri ac sanationis opus naturae committi, sufficiet. Sibiriae populi anthracem cum acu vel subula perforare ac ope *muriatis ammoniae* et *foliorum nicotianae tabaci* perfricare solent. Sunt inter eos, qui sine praevia scarificatione *lixivium potassae* et *decoctum tabaci* cum *alumine* super anthracem applicent. Alii cataplasma calidum ex pulvere *herbae solani dulcamarae* cum *muriate ammoniae*, *fermento panis* et *farina avenae* anthraci imponunt. Confirmata magis suspicione latentis in anthrace Sibiriae insecti, *sulphuris* et *mercurii*[14]) virtus

12) Chambon sequens commendat remedium: R. Pulveris acetatis cupri (aerugo crystallisata) unciam unam; — aloes succotrinae, gummi resinae myrrhae ââ unciam semis; — alcohol camphorati et ammoniati, theriacae venetae, mellis puri ââ unciam unam. F. unguentum. — Menuret unguentum ex vitello ovi et uncia una muriatis sodae (sal commune) parat et anthraci illiniri jubet (*Journ. de médecine de Paris* 1810. p. 82).

13) *Manuel de médecine pratique*. p. 48.

14) *Expérience sur la guérison du charbon au moyen du*

vi tus exploranda foret. Item *gummi resinae ferulae assae foetidae.*

5. *Venae sectio*, quamvis a medicis antiquis et non ita pridem a BERTINIO in anthrace et carbunculo commendata, tamen, rite cum aliis animadvertente CHAMBON, vix locum obtinet[15]. Prehenso contra ea jam toto systemate et praesentibus indiciis gastricis, nulla obstante contraindicatione e. c. *gastritide*[16], ad *emeticum*, a SCHRAUDIO maxime laudatum, sine mora confugiendum est. A *remediis alvum purgantibus*, quoniam lente agunt, ac vires facile prosternunt, abstineri suademus. In anthrace a morbo universali originem trahente levia *diapnoica* cum parvis tartari emetici dosibus conducunt. Febrem ingruentem *acidis* tum *mineralibus*, tum *vegetabilibus*, inprimis *succo* C. universalis.

mercure. Par FERRA MOSEA (*osserv. med.* 1. *Marzo* 1824).

15) Forte anthrax Sibiriae exceptionem constituit. Scribit saltem BUNOE (l. c. p. 20.): „Febris, quae tunc temporis nascitur, characterem habet inflammatorium, crescenteque ea formantur inflammationes viscerum abdominalium, forsan et pulmonum: quamobrem tam vitii hujus avertendi, quam totius morbi sanandi caussa, omnino laudanda est methodus antiphlogistica. . . . Protinus itaque instituenda est venaesectio, quantum vires aegroti aliaeque majoris momenti res permittunt; plus aut minus larga, et necessitate urgente, vel symptomatibus recrudescentibus repetenda."

16) Haec et nitri usum excludit (BUNOE l. c.) et exposcit mucilaginosa, oleosa, clysteres etc.

succo citri medicae[17]), temperare oportet. Decrescentibus magis magisque viribus, *decoctum corticis cinchonae officinalis*, infusum radicis *aristolochiae serpentariae*, *camphora*, *subcarbonas ammoniae*, cum *vino* et *jusculis carneis meracibus*, potissima sistunt auxilia. Vel somno indulgere, vel ab eodem abstinere[18]) aeger cupiat, ejusdem hoc votis relinquimus. Sub *convalescentia* omnis in conditionem viscerum abdominalium dirigi debet attentio, ac labefactata eorum functione potissimum ad remedia amara, si alvus tarda fuerit, lenibus purgantibus nupta, deveniendum est.

17) Bertin l. c.

18) Borelli, de carbunculo in urbe *Rupecurvum* endemico loquens, abstinentiam a somno per novem dies potissimum fuisse remedium, refert. (Cent. 2. observat. Obs. 12.).

